


17-9-5

C550.4



BOUGHT WITH
THE GIFT OF
WILLIAM GRAY,
OF BOSTON, MASS.
(Class of 1829).

Nov. 22, 1861.



19.80.5-

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 891) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIMA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM,
CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE ; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDI-
CIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS
TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET
THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO
LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS
SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD
NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,
CHIARÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS
TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER
SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,
SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,
PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,
LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA.
LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VICINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST
PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VICINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE
TIPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD DUO-
DECIM ET CENTUM VOLUMINA UNA CUM INDICIBUS PERVENIET ; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHI-
BET, IDEOQUE INTRA OCTO ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINEBITUR ; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEM-
BRIS 1860 OMNINO APPARUERAT, SED SINE INDICIBUS, UNUNQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUM-
QUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTRÔBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO
FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM
CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN ; SI QUIS
EMAT INTEGRÆ ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE
VOLUMEN PRO NOVE VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXIV.

SS. MACARII AMBO, ÆGYPTIUS ET ALEXANDRINUS. HISTORIA LAUSIACA. '

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENSIA.

1860



SÆCULUM IV, ANNUS 390.

ΤΩΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΕΡΩΝ ΗΜΩΝ

ΜΑΚΑΡΙΟΥ,
ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ,
ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ,
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTORUM PATRUM

MACARII ÆGYPTII,
MACARII ALEXANDRINI,
OPERA QUÆ SUPERSUNT OMNIA;

AD FIDEM VATICANI, VINDOBONENSIS, BEROLINENSIS, ALIORUM CODICUM, PARTIM PRIMUS EDIDIT, PARTIM EDIYA RECOGNOVIT, GRÆCE ET LATINE, HENRICUS JOSEPHUS FLOSS, PHILOS. ET SS. THEOL. DOCTOR, SS. THEOLOGIE IN UNIVERSITATE BONNENSI PROFESSOR, NEMPE A PRINCIPIO VOLUMINIS AD COLUMNAM 448 INCLUSIVE, CÆTERIS COLUMNIS INDE AD FINEM AB EDITORIBUS *Cursus completi* SUMMA CURA ABSOLUTIS.

ACCEDIT, AB IISDEM EDITORIBUS RECOGNITA,

PALLADII HELENOPOLITANI EPISCOPI HISTORIA LAUSIACA.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIENA.

1860

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXXIV CONTINENTUR.

SS. MACARII AMBO, ÆGYPTIUS ET ALEXANDRINUS.

De SS. Macariorum, Ægyptii et Alexandrini, Vitis questiones criticae et historicae ab Henr. Josepho Floss scriptae cum duplici Appendice.

col. 1

S. MACARII ÆGYPTII SCRIPTA.

Apophthegmata.	229
Epistolæ.	405
Preces.	445
Homiliæ.	449
De custodia cordis.	821
De perfectione in spiritu.	841
De oratione.	853
De patientia et discretione.	865
De elevatione mentis.	889
De charitate.	907
De libertate mentis.	935

S. MACARII ALEXANDRINI SCRIPTA.

Apophthegmata.	col. 235
Sermo de exitu animæ justorum et peccatorum.	385

APPENDIX AD MACARIORUM OPERA.

Palladii Helenopolitani episcopi Historia Lausiaca.	991
(Ut fidem liberemus quam in Palladio Helenopolitano episcopo (tom. hujus Patrol. LXV) dedimus; Historia Lausiaca ex editione Ducæana et Cotelieriana cum interpretatione Rosweidi prodit.)	

AVIS.

On nous a demandé, de toutes les parties de l'univers catholique, pourquoi le tome XXXIV* de notre *Cours complet de Patrologie Gréco-Latine*, commencé dans le premier mois de 1858, n'était point terminé en 1860, tandis que presque tous les volumes subséquents l'étaient depuis plus ou moins longtemps.

Nous voudrions ne pas répondre à une question si naturelle et si universelle; mais, quelque douloureux qu'il nous soit de le faire, force nous est de dire au moins la partie de la vérité nécessaire à notre justification.

En conséquence, nous répondons que c'est par la faute du collaborateur qui s'était chargé d'annoter les Macaire. Par convention explicite, datant de 1856 et renouvelée en 1857, le savant docteur devait nous livrer, en peu de mois, la copie entière de son volume; mais, sous des prétextes sans cesse renaissants, le manuscrit ne nous a été livré que tardivement et par petites parties, pour être ensuite retenu tout à fait. Nous pouvons dire avec vérité que, dans les 28 ans de notre carrière de grand éditeur catholique, aucun des milliers d'auteurs ou de traducteurs avec lesquels nous avons eu des rapports, ne nous a fait ainsi tendre la langue. Cependant, pour porter la patience aux limites les plus extrêmes, nous l'avons attendu jusqu'au dernier volume de notre *Patrologie*; et ce n'est qu'arrivés là que, forcés de voir, malgré plus de 50 lettres affranchies de notre part, qu'il n'y avait plus rien à attendre, nous nous sommes mis de guerre lasse, ou pour mieux dire par force majeure, à éditer le volume béant depuis 3 ans. Dieu seul sait les peines et les frais de toutes sortes que nous avons eu à subir pour un seul tome manquant à une si vaste collection! Une masse d'acheteurs de France et surtout de l'étranger n'ont jamais voulu épouser une publication ainsi tronquée. D'autres ont refusé de payer les volumes reçus antérieurement et postérieurement par la seule crainte de ne jamais recevoir le 54°. Et, le long de l'édition, en ne le voyant jamais sortir de dessous presse, tous s'applaudissaient de leur prudence à n'avoir pas voulu souscrire ou payer.

Nous le répétons : il nous est on ne peut plus pénible de dévoiler ces petites misères intérieures; mais pouvons-nous rester sous le coup de réclamations ou de reproches si multipliés? Du reste, cette peine, croyons-nous, est adoucie devant Dieu comme devant les hommes, en ce que, malgré des pertes proportionnées à l'étendue du plus grand ouvrage qui jamais ait été édité dans le monde, nous avons eu le courage chrétien de ne pas nommer l'auteur de tant de frais et de tant de sollicitudes.

Quoi qu'il en soit, nous espérons que les lecteurs ne perdront rien de ce qu'ils avaient droit d'attendre. Nous avons fait tous nos efforts pour continuer sans trop d'inégalité le travail abandonné; de sorte que, si quelques intérêts sont blessés, ce sont les nôtres seuls. LES ÉDITEURS.

Col. 493, D 2, μεταστασις l. [didotatoc. Col. 520 A 14, συνέθειαν l. συνήθειαν. Col. 532 B 2, τὴν l. τῆς. Col. 566 C 2, non l. nunc. Col. 570 C 1, et ignis æterni l. et ab igne æterno. Ibid. 2, constituit l. constituit nos. Col. 617 C 1, ἴνα l. ἴνα. Col. 758 C 3, est l. es. Col. 741 B 12, ἦ l. ἦ. Col. 747 C 6, ob l. ab. Col. 768 A 15 C ὀρχεται l. ὀρχεται. Col. 822 in Monito lin. 2, Georgio Pretio l. Pritio. Ibid lin. 6, l. Vindobonensis. Col. 825 A 12, insectis l. insectis. Col. 830 B 2, ipsoque l. ipsosque. Col. 846 A locum ex psal. cxviii sic lego, ad omnia mandata tua dirigebar; omnem viam iniquitatis odio habui. Col. 850 D 1, terrenis, l. terrenis. Col. 858 A 9, vineæ l. vineæ. Col. 860 C 9, dele τὸ. Col. 862 D 1, quet l. quent. Col. 929 C 1, κατά l. μετά. Col. 949 C 14, φιλάνθρωπῶν, dele accentum ultimæ. Col. 951 A 9, dictum est l. ut dictum est. Col. 956 C 7, δόξα; l. δόξης.

DE SANCTORUM MACARIORUM

AEGYPTII ET ALEXANDRINI

VITIS

QUAESTIONES CRITICAE ET HISTORICAE.

SCRIPSIT EDITOR. EDITIO RECOGNITA.

INDEX CAPITUM.

CAPUT I. Prolegomena.

CAPUT II. Palladius de sancto Macario Aegyptio.

CAPUT III. Palladius de sancto Macario Alexandrino.

CAPUT IV. Rufinus de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino.

CAPUT V. Evagrius, S. Hieronymus, Cassianus de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino.

CAPUT VI. Collectionis Rosweidianaе liber tertius, quintus, sextus, septimus vitarum Patrum et sententiae Patrum Aegyptiorum de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino.

CAPUT VII. Apophthegmata a Possino et a

A Cotelario edita, inedita codicum Vindobonensium appendix Cotelarii Apophthegmatum, vitae Sanctorum de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino.

CAPUT VIII. Sanctorum Macariorum Aegyptii et Alexandrini exilium sub Lucio Ariano Alexandriae episcopo. Socrates, Sozomenus, ceterique rerum ecclesiasticarum scriptores de iisdem. Quando memoria sanctorum Macariorum Aegyptii et Alexandrini agatur.

CAPUT IX. A sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino Macarium S. Antonii ministrum aliosque cognomines diversos esse ostenditur.

1 CAPUT PRIMUM.

PROLEGOMENA.

§ 1. In vastissimis Libyae desertis, haud procul a Nitriae paludibus nitro uberrimis, quatuor ad hodiernum diem exstant monasteria. Quorum unum, quod ab Itali cujusdam, qui paludes istas pretio conduxit, castello in Nitria sito, quantum horis circiter octo asino vectus permeabis, spatium adest, ad nostra usque tempora *monasterium sancti Macarii* appellatur; reliqua singula, singulis distincta nominibus, in universum *Abu Macar* monasteria vocantur, et tota regio *Macariana eremus*. Qui illic degunt monachi paucissimis anni diebus carne vescuntur, ceterum pane vivunt et lentibus bulbo et oleo permixtis, atque in cellulis, quae non nisi per arctissi-

B mam portam lucem intromittunt, habitant precibus dediti. Primo mane surgunt et in ecclesiam properant, ubi adsistunt innixi baculis, Macarianis hodieque nominatis. Rariorem ad quem ibi vitae tempora producant finem, exemplum senis ostendit illius a Tischendorfio, cuius narratione utimur (1), ibi conspecti, centum viginti annos nati, senectute, vigiliis et pernicioso sub fervescente sole arenae colore oculorum lumine privati, animo coelum spectantis et vix unam diei horam somno largientis. Fratres in universum pedibus, quoad calor arenae permittit, inopertis incedunt, ecclesiam non nisi nudis pedibus intrant. Quodsi Tischendorf habitum fratrum illorum ex omni parte descripsisset, veteres non dubito Scetis solitudinis 2 fratres — sic enim Macariana ista

(1) Constantin Tischendorf Reise in den Orient 1846 T. I p. 110 sqq.

PATROL. GR. XXXIV.

eremus et antiquis et nostris temporibus vulgo appellatur — eos nimirum, qui ab Evagrio, Cassiano, aliis describuntur, ante oculos habere crederes. Ipsa monasteria etiamnunc quadrata aut quadrilonga forma sunt et muris, intra quos hortulus nutritur, obsepta. Fac te videre illic senem quendam caecum, ter altare circumgredientem et iuvenili voce alleluia canentem, aut illum centum viginti annos natum, cellam egredientem et abeunti tibi benedicentem, ineffabili sine dubio et ipse, sicut Tischendorf, perfundereris venerationis sensu. Circum ea, quae dixi, quatuor monasteria et Nitriae montes, qui, paullulum eminentes, paludes illas in ampla valle sitas includunt, in arenosis atque immensis solitudinibus, per multa hinc illinc moenia conspiciuntur testantia, quanta olim ibi exstiterit copia monasteriorum (1).

§ 2. Macarius ille, cuius nomine eremus et monasteria hodie dum appellantur — ipsius imago, qua baculo innixus conspicitur, istic frequentissima est (2) — nisi me omnia fallunt, Aegyptius Macarius fuit, primus Scetis solitudinis incola (3), clarus virtutibus, egregius atque invictus athleta Dei (4). Ac moenia vicina, quae in mediis illis desertis creberrima exstant, monasteriorum, quae a quarto saeculo circum Nitriam et in Cellulis floruerunt innumera, venerandae antiquitatis reliquiae sunt, neque iniuste fratres Macariani coenobii ex traditione monasterium suum ante mille quingentos annos fundatum esse contendunt (5), quod, licet non de muris, qui nunc cernuntur, tamen de prima coenobii fundatione certo dici potest. Nec silentio praetereunda esse perpulchra illa traditio videtur, qua praeterito saeculo cuidam in illis regionibus peregrinanti (6) abbas Macariani monasterii affirmavit, in Scete et in Nitriae montibus tot olim exstitisse monasteria, quot annus dies numeret; idque, si rem, non verba spectas, cum variis quarti et quinti saeculi enarratio-

nibus optime convenit. Etiam Ludolfus, rector ecclesiae parochialis in Suchem, dioecesis Paderbornensis, in libro « De itinere terrae sanctae, » quem circa a. 1350 composuit, de illis monasteriis haec tradidit: « Item in Aegypto adhuc quam plurima stant integra claustra et monasteria, ecclesiae et eremitaria, sed tamen deserta, et optime depicta, sed pictura per Saracenos est diversimode vituperata. Item in desertis Aegypti adhuc tot stant cellulae et sanctorum Patrum eremitaria, quod in aliquibus locis, ut credo, per duo vel tria milliaria, de uno ad aliud possit sagittari, et in quam pluribus adhuc degunt Indi Nubiani et Suriani, ad ordinem sancti Antonii et Macarii se habentes. In his desertis Deus per sanctos Patres multa mirabilia est operatus, et specialiter in loco qui *Stichi* [leg. *Scithi*, *Scete*] dicitur, per sanctos Antonium et Macarium, ut in vitis Patrum continetur. In hoc deserto est locus sub altissima et artissima rupe, quo sanctus Antonius degebat, et ex illa rupe fonticulus effluit ad semijactum lapidis currens in sabulum, ut aqua fluida nivem intrat et ultra non apparet. Idem locus a plurimis causa devotionis et delectationis visitatur, atque etiam per gratiam Dei et honorem sancti Antonii multae infirmitates ex ipso fonte sanantur et fugantur. Nam eius specialibus precibus ex rupe creditur fonticulus effluxisse, quod etiam bene patet, quia non videtur plus fluxisse, quam ad modicum habitaculi sui, et hortulum suum irrigasse (7). »

Macarii Aegyptii monasterium in Scete situm « per diei et noctis iter » a Nitria distabat, ut refert scriptor libri secundi Vitarum Patrum, quas edidit Rosweidus (8); Nitriae montium monasteria fundaverat S. Ammon, qui superstite etiam S. Antonio diem supremum obiit (9), ideoque, quod infra patebit, Macarios nostros aetate aliquantulum praecessit. Ille vero locus, ubi alter Macarius, Alexandrinus cognominatus, qui aequalis

(1) Tischendorf l. 1. ; G. Wilkinson *Modern Egypt and Thebes* 1843 Vol. I p. 382 sqq.

(2) Tischendorf l. 1. p. 123.

(3) Cassian. Coll. XV cap. 3, Cassiani Opp. ed. Gazaenus. Lips. 1733 p. 468, Migne Patrol. T. XLIX p. 995.

(4) *Historia Lausiaca* Palladii Macarios Aegyptium et Alexandrinum vocat *γερραλονς ἀρδρας καὶ ἀκαταγρηστονς ἀβλητας*. Cf. infra Caput II.

(5) Tischendorf l. 1. p. 127.

(6) Patri Sicardo, Tischendorf l. 1. p. 117. Cf.

Wandslebli descriptionem monasteriorum codice arabico antiquo desumptam in libro cui titulus: Paulus *Sammlung der merkwürdigsten Reisen in den Orient* T. III p. 255 sqq.

(7) Ludolf, rectoris ecclesiae parochialis in Suchem, *de itinere terrae sanctae* liber. Nach alten Handschriften berichtigt herausgegeben von Dr. F. Deyks. Stuttgart 1851 p. 61 sq.

(8) VV. PP. ed. Rosw. lib. II cap. 29 Ed. Antv. 1628 p. 481, 1. Cf. infra Caput IV.

(9) Vita S. Antonii, S. Athanasii Opp. ed.

Aegyptio fuit, sedebat, ob cellarum ibi dispersarum multitudinem Cellia seu Cellulae nominabatur, quae eodem illo auctore distabant decem fere milliaria a Nitria in interiore deserto (1). Unde colligitur, Alexandrini habitationem, licet Nitria in medio utriusque posita esset, certe haud multum ab Aegyptii monasteriis remotam fuisse. Tanta autem fama duorum Macariorum erat inter illius regionis fratres, ut eidem auctori patres quidam in Celliis narrarent, duos in locis istis Macarios « quasi duo caeli lumina refulsisse (2), » et Palladius, qui una cum Macario Alexandrino tres annos habitaverat in Celliis, illorum laudes referens singulari quadam introductione opus sibi esse putaret, *ne tanta narrans mentiri videretur* (3). Vitae severitas paene incredibilis tum in innumeris Aegyptii monasteriis vigeat, quo referenda sunt crebra et longa ieiunia (4), omnis fere carnis abstinentia (5), vigiliae (6), habitatio in cellulis, in quibus vix poterat corpus moveri (7), et alia, quae duriora in monasteriis exerceri solebant. A monachis in monasteriis degentibus distinguendi sunt eremitae, qui maioris spiritualis perfectionis gratia, abbate consentiente, in interiorum solitudinem se abdebant, ubi parvam cellam inhabitantes singulis diebus aquam e monasterio missam cum pane recipiebant (8); nonnumquam vero et ipsi locum aquosum sibi eligebant, quo sererent et panem sua manu conficerent (9). Sed eremitica vita etiam abbates aut senes monasterio-

Bened. Patavii 1777 T. I P. II p. 672 (cap. 60); VV. PP. Rosw. p. 51, 1 (cap. 32). Vita S. Pachomii cap. 1, VV. PP. Rosw. p. 115, 2.

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 478, 1.

(2) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2.

(3) Hist. Laus.; cf. infra Caput II.

(4) Alii post quinque dies, alii post duos, alii post tres, alii semel tantum in hebdomade comederunt, alii hebdomades integras ieiunarunt. Cf. Rosweidi *Indicem rerum in vitas Patrum s. v. ieiunium*.

(5) « De carnibus vero et vino tacere melius puto quam quidquam dicere, quando nec apud plurimos quidem monachorum istiusmodi aliquid reperitur. » Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. I. I. p. 638 (cap. 7), VV. PP. Rosw. p. 38, 1 (cap. 6).

(6) Vigiliae et nocturnae orationes apud monachos creberrimae erant. Cf. Rosweidi *Indicem s. v. vigiliae*.

(7) Talem cellulam inhabitavit Macarius Alexandrinus. Cf. infra Caput III.

(8) Sulpicius Severus Dial. cap. 10, Gallandii Bibl. PP. T. VIII p. 405, 2, Migne Patrol. T. XX

rum saepissime utebantur, ita quidem, ut sol se in cellam monasterio vicinam reciperent, quod quidem de S. Antonio (10), Macario Aegyptio (11), aliis relatum legimus. Eremitarum denique severitatem longissime superabant anachoretae (12), qui, saepenumero totam paene vitam in interiore solitudine sine ulla hominis ope degentes, per quinquaginta saepe annos et amplius nullius hominis vultum adspiciebant, radicibus, pomis, herbis vescentes. Nec sine voluptate fervescentem solis ignem, sitis ardorem, defectum aquae in honorem Christi ferebant. Nonnumquam viator, desertum peragrans, ante ipsorum obitum quasi a Deo missus superveniebat, qui nudos eos longisque capillis in corpore obtectos in ultima hora reficiebat et honesto tumulo sepeliebat (13). Fratres autem in monasteriis semper nudis pedibus et baculis inmixtos incessisse, caput cucullo indutum et humeros scapulari, corpus zona cinctum habuisse, insuper melotem i. e. ovinam pellem gessisse, apud Evagrium (14), Cassianum (15) et in Vitis Patrum editionis Rosweidianae copiosissime narratur.

§ 3. Solitariam in Aegypto vitam quarti saeculi et, quo inde late diffusa est, in Syria et Palaestina uberius describere, ab hoc loco alienum est. Quamquam haec pauca adiungenda duximus. Pater monachicae institutionis in Aegypto S. Antonius magnus fuit; nam « necdum [ante eum] tam crebra erant in Aegypto monasteria, neque omnino quis p. 190. Cf. Vit. S. Antonii, S. Athan. Opp. I. I. cap. 50, VV. PP. Rosw. cap. 24, 25.

(9) Ita S. Antonius. Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. I. I. p. 665 (cap. 50), VV. PP. Rosw. p. 48, 2 (cap. 25).

(10) Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. I. I. p. 662 (cap. 45), VV. PP. Rosw. p. 47, 2 (cap. 22).

(11) Cf. infra Caput II.

(12) « Habitant plerique in eremo sive ullis tabernaculis, quos anachoretas vocant; vivunt herbarum radicibus, nullo unquam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequententur; quas nox coegerit, sedes habent. » Sulp. Sever. Dial. I cap. 15 (Rosw. I. I. p. 540, 2).

(13) Vita Onuphrii, VV. PP. Rosw. p. 99 sqq. De coenobitis et anachoretis cf. S. Hieron. ep. 22, Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 419 sqq. Cassian. Coll. XVIII cap. 4 sqq. Opp. ed. Gazaeus p. 316 sqq., Migne Patrol. T. XLIX p. 1093.

(14) In libro, qui inscriptus est *Capita practica ad Anatolium*. Galland. Bibl. PP. T. VII p. 553 sqq.

(15) Cf. de coenobiorum institutis lib. I Cassiani Opp. ed. Gazaeus p. 4 sqq., Migne I. I. p. 59 sqq.

quam aviam solitudinem noverat, sed quicunque in Christi servitute sibimet ipsi prodesse cupiebat, non longe a sua villula separatus instituebatur (1). » S. Antonius vero, licet vita eius multos patres ad imitationem inflammaverit, et « cunctis ad imitandum praeclare proposita (2) » novum illum ad eremos concursum multum promoverit, minime hunc interiorum gentis Aegyptiae religiosum animi sensum temere procreavit, verum tempora illa Aegypti ad 6 vitam monachicam quam maxime inclinabant. « Post persecutionem Diocletiani et Maximiani crudelium principum multitudo gentium [in monasteria] intravit, et fecunditas Ecclesiae fructus amplissimos coepit exhibere (3). » Nam « considerantes, qui de gentibus in Christo crediderant, martyrum passiones, eorumque sincerum circa Christum confessionis affectum, coeperunt et ipsi per gratiam Domini Sanctorum vitam conversationemque sectari, et huius institutionis esse, ut etiam his illud aptaretur Apostoli: Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus non erat dignus mundus, in solitudinibus errantes et montibus, in speluncis et cavernis terrae (4). » Vides studium martyrii, timorem Dei, atque curam verae salutis animae viros illos in eremum eduxisse, in qua vitam in Deo collocatam viverent, et morte pro Christo in persecutionibus subeunda non dignati nunc sibi ipsi et mundo morerentur, ut exurgerent in Christo. Anachoreticam et solitariam quarti saeculi vitam continuatum martyrium

A dicas, novum quoddam martyrii genus, quod, quo magis ipsorum voluntatem Deus ducere dignaretur ad exitum, ipsi sibi imponebant, ac tanquam viam perfectiorem securioremque sibi eligebant, saecularem vitam, id quod bene observes, minime despicientes (5). Ex illo autem interiore tantum, quod spiritus effervescens operatur, desiderio sanctitatis exemploque a senibus sanctis ad imitandum proposito explicari potest, quod tota quasi Aegyptus senes 7 illos in deserto sit secuta, et una cum iis lubentissime asperrimos vitae labores tulerit, quod post sex vel septem decennia vastissimae solitudines monasteriis sanctisque viris ita fuerint refertae, ut, « quanti populi habebantur in urbibus, tantae paene in desertis haberentur multitudines monachorum (6), » quod ad horribiles Scetis locos e palatio Arsenius (7), e mollibus aedibus iuvenes tenerae aetatis (8) ad labores vix ferendos properaverint, quod Nitria mons quinque millibus (9), Scete magno numero monachorum (10), Cellia innumeris abundaverint cellulis (11), regiones ad Memphim et Babylonem pertinentes ingenti monachorum multitudine affluerint (12), circa Nilum numerosissima conspecta sint monasteria (13), quod Serapion fere decem millia monachorum rexit (14), quod in Tabennis Pachomius pergrandem fratrum copiam regula tenuerit (15), civitas autem Oxyrynchus in Thebaide monachis fuerit intrinsecus et extrinsecus repleta et circumdata, eius aedes publicae nec non templae antiquae superstitionis a monachis inhabita-

(1) Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. l. 1. p. 634 (cap. 3), VV. PP. Rosw. p. 36, 2 (cap. 3).

(2) Vita S. Pachomii cap. 4, VV. PP. Rosw. p. 113, 2.

(3) Ibid. p. 114, 1.

(4) Prolog. in Vitam S. Pachomii, ibid. p. 113, 1.

(5) Revelatur, Paphnutium sanctitate similem esse symphoniaci cuidam, qui in vico quodam cantandi arte victum quaerebat. Eundem revelatur similem esse praeposito vici calusdam vicini. Idem sanctitate similis indicatur negotiatori Alexandrino viginti millibus solidorum mercimonia tribus navibus deferenti ex Thebaide. VV. PP. Rosw. lib. II cap. 16 p. 473 sqq.; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 44, 45, 46. Macario vox Dei: « Macari, » inquit, « necdum ad mensuram duarum mulierum pervenisti, quae in proxima pariter habitant civitate. » Ibid. lib. III cap. 97 p. 515, 1. Talia vero exempla in VV. PP. multa inveniuntur.

(6) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 7 p. 461, 2; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 52, Opp. Meursii ex recens. J. Lami Florentiae 1746 T. VIII p. 497.

(7) Index Rosweidi s. v. Arsenius.

(8) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 3, 2; lib. III cap. 196. Cf. infra Caput VI.

(9) Hist. Laus. l. 1. cap. 8 p. 359.

(10) Cf. infra Caput II.

(11) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 26 p. 501, 1; lib. II cap. 22 p. 478, 1.

(12) Ibid. lib. II cap. 18 p. 476, 1.

(13) Sulp. Sev. Dial. I cap. 10, 17, Gallard. Bibl. PP. T. VIII v. 405, 407, Migne Patrol. T. XX p. 190, 195.

(14) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 18 p. 476, 1; Hist. Laus. cap. 77 Opp. Meurs. l. 1. p. 537. Codicibus Vindobonensibus Historiae Lausiacaе nihil de Serapione continetur, cf. Palladii *Historiam Lausiacaе ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam*, infra huic nostrae editioni Historiae Lausiacaе praepositam.

(15) Vita S. Pachomii, VV. PP. Rosw. p. 112 sqq.; VV. PP. Rosw. lib. III cap. 34; Hist. Laus. cap. 39, Opp. Meurs. l. 1. p. 454. Monasterium quoque virginum S. Pachomius sorori suae exstruxit. Vita

ta sint, et per totam illam civitatem multo plura A monasteria, quam domus exstiterint, ita ut urbs tota una ecclesia esse videretur, atque episcopus loci viginti millia virginum et decem millia monachorum B inibi habitare affirmaret (1). Ex interno tantum martyrii sensu, qui totam Aegyptum inflammabat, ex adpectu libidinosae paucorum paganorum vitae, ex desiderio anteactae vitae severiore disciplina corrigendae, e senum eremitarum constantia, patientia, virtutibus, miraculis Dei ope patris, intelligi potest ille concursus ad monasteria vitaeque severitas, quae nimia saepenumero cuiuspiam videatur e vulgari more modoque iudicanti, atque effecit, ut exeunte quarto saeculo Aegyptus cunctis terris religionis facem praetulerit. S. Hieronymus e Dalmatia, Rufinus ex Italia, Sulpicius Severus e Massilia, Evagrius e Ponto, Palladius e Constantino- poli, Cassianus aliique e Palaestina, nobiles viri et feminae (2) e Roma Aegyptum petunt, ut adpectu et consuetudine senum fructus Spiritus sancti sibi colligant. Ad Francos (3) usque et Indos (4) fama curationum, quas per senes Deus efficiebat, penetravit. Aegyptus unum monasterium, cuius filiae essent Syria et Palaestina (5), esse videbatur. Tanta vero inter omnes monachos disciplina C vigeat, tamque mire quemvis trahebat seniorum exemplum, ut duo iuvenes, aegroti eremitae ficus aliquot deportare iussi, cum a via aberrassent, post nonnullos dies defuncti fame invenirentur in deserto, intactis ficibus, quas aegroti tradituri fuerant (6). 9 Qua obedientia quosdam modum severitatis excessisse vix negari potest; sed e contraria parte libertatis atque inertiae modus multo saepius ex-

Pach. cap. 28 p. 124, 1; cf. Hist. Laus. cap. 40 sqq., ibid. p. 457 sqq.

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 5; Paradisus Opp. Meursii T. VIII p. 642; Codd. Vindob. Hist. Laus., cf. Palladii *Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam*, infra huic editioni *Historiae Lausicae* praepositam: edita vero exemplaria *Historiae Lausicae de Oxyryncho* civitate nihil narrant. De monasteriis civitatis Antinoi in Thebaide sitae cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 96.

(2) Fabiola, Paula, Marcella, aliae, quarum vitas S. Hieronymus pulcherrime epistolis suis descripsit. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. XXII].

(3) Vita S. Hilarionis cap. 17, VV. PP. Rosw. p. 79.

(4) Vita Barlaam eremitae a Joanne Damasceno conscripta cap. 1, VV. PP. Rosw. p. 243, 1.

ceditur, et extraordinaria tempora non ordinariis normis diiudicanda sunt. Simeon Stylites (7) ille, qui totum paene vitae tempus in columna stabat, et altero genu arecente vermicibusque e corpore ebullientibus in altero sano insistebat solo per integros multos annos, qui, quum mater clamaret: Pater tuus propter te tristitia confectus decessit, ac lacrimas profunderet acerbissimas, ita ut testante discipulo, qui vitam eius descripsit, omnes qui aderant flerent, ipse quidem « audiens vocem genetricis suae posuit faciem suam in manus suas et ploravit amare (8), » sed de proposito suo hominum vires excedente moveri non poterat: ille, inquam, Simeon Stylites quid non exemplo severitatis suo effecit! quot paganos incultos hoc inaudito spectaculo Christo lucratus est! quanta nominis fama per totum percrebrescens Orientem infideles concussit et Christianos inflammavit! Fructus autem quam uberes e mirabili illo Orientis ad angelicam vitam volatu in Ecclesiam redundarint, et argumento sunt quarti et quinti saeculi Patres, qui sancto studio eius temporis nutriti ad maximam illam sanctitatis et magnitudinis claritatem evehebantur, et ostendunt cetera quae sequuntur saecula, quibus monachica vita ad occidentales quoque regiones accessit. In quas e monachica vita, praecipue inde a tempore S. Benedicti, fructus redundasse amplissimos, nemo negat.

§ 4. Sed incommoda quoque ex indiscreto quorundam et superabundanti studio (9) interdum emanasse fatendum est. 10 Quid, quod ipsi fundatores et primi illius vitae auctores, quum ingens hominum multitudo cuiusvis aetatis omnisque vitae conditionis atque ge-

(5) S. Hilarion († 371), S. Antonii discipulus, prima Palaestinae et Syriae monasteria exstruxit. In cuius vita haec leguntur: « Habebat Dominus Jesus in Aegypto senem Antonium, habebat in Palaestina Hilarionem iuniorem. » Vita Hilarion. cap. 10, VV. PP. Rosw. p. 78, 1. De S. Hilarione cf. Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. Henricus Valesius p. 519 sqq., et Epp. S. Hieron.

(6) Cassian. lib. V de spir. gastr. cap. 40, VV. PP. Rosw. p. 551, 1, Cassiani Opp. ed. Gazaeus d. 103 sq., Migne Patrol. T. XLIX p. 263 sq.

(7) VV. PP. Rosw. p. 170 sqq.

(8) Ibid. cap. 8 p. 172, 2.

(9) Huc pertinent Valens, Hero, Ptolemaeus, virgo lapsa, Stephanus, Eucarpus, de quibus narrat Historia Lausiaca ed. Meurs. capp. 32. 33. 34. 35. 105. Alios infelices monachos recenset Cassian. Coll. II. capp. 5. 6. 7. 8.

ueris ad eos conflueret, ad finem, quem initio sibi proposuissent, non pervenire se questi sint! Illo quo S. Antonius moriebatur anno S. Hilarion, qui in Syriae desertis monasteria instituerat, cum grande aedificium et multitudinem secum habitantium turbasque eorum cerneret, qui diversis languoribus et immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere hominum tota solitudo repletur, quotidie flebat moerens ac dicens: rursus se ad saeculum reversum esse, monasterii nomine ad dispensationem fratrum se villae possessiones et supellectilem habere; quare postea aedes in Juliani Apostatae persecutione, dum ipse abfuit, dirutas restituere noluit, sed in vastitates secessit (1). Neque infitior, indignos nonnunquam ad monasteria confugisse, cuius rei exempla apud scriptores invenimus, licet plurimi impii senum mansuetudine pii tandem effecti sint (2); immo ipsas haereses ex caecis nonnullorum studiis interdum processisse (3). Sed nihilominus tempora illa salutem Ecclesiae quam maxime promoverunt. Quod tribus prioribus saeculis martyres, id quarto et ineunte quinto saeculo anachoretae, **11** eremite, monachi Orientis, tanquam novi quidam innumeri martyres (4) efficiebant. Nam ut martyrum cruciatibus fides ac vita Christianorum sibi facem accendebat, ita severitate illorum, qui mundum prorsus spernebant, ceterorum fidelium voluntas incendebatur. Ut martyrum constantia paganismi vim frangebatur, ita solitariorum exemplum ultima templa diruit. Ut e vultu martyrum, quum ad crudelissima supplicia pergerent, hilaritas et laetitia coeli effulgebat, ita in ardore et studio, quo monachi omnia carnis supplicia ipsi sibi imponebant, christianae religionis virtus revelabatur. Ut tria priora saecula sine historia martyrii eorum, qui se Christo addixerant, intelli-

(1) Vita S. Hilarion. cap. 23 sqq., VV. PP. Rosw. p. 81, 1 sqq.

(2) Ipsos latrones ab iis conversos et monachos factos esse legimus. VV. PP. Rosw. lib. X cap. 166 p. 912, 1; lib. I p. 77, 1; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 99, passim. A veris monachis, coenobitis nimirum et anachoretis, de quibus solis hic agitur, distinguendi sunt isti pseudomonachi, quos S. Hieronymus Remobooth, Cassianus Sarabaitas, alii Βόρχοι seu pabulatores vocarunt. S. Hieronymus: « Hi, » inquit, « bini vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitratu ac ditone viventes, et quasi ars sit sancta, non vita, quidquid vendiderint, maioris est pretii Apud hos affectata sunt omnia: laxae manicae, ca-

gere nequis, ita quarti et quinti saeculi Ecclesiae historia cum hoc novo martyrio monachico, ex quo iustam lucem suam accipit, arctissime cohaeret. Macariis autem nostris id debetur, quod post Antonium primi fere exstiterint magnae illius in Aegypto saeculi quarti religiosae animorum inflammationis auctores et promotores: quo quidem in genere quantum excellerint, viva illa traditio, quae Macarii nomen ad hodiernum diem prae ceteris omnibus, qui in istis vastitatibus Libyae olim vixerunt, per quindecim saecula tulit (5), luculenter demonstrat. Signa vero et prodigia ab his senibus facta, quamvis a scriptoribus illius temporis saepenumero praeter verisimilitudinem narrentur, vix tamen semper psychologicae, ut nonnulli fecerunt, aut alio quodam naturali modo interpreter. Quisquis Christiano nomine non indignus est, magnis temporibus manum Dei in hominibus magna fecisse profiteri paratus est. Idque ipsum cur hic non statuatur, quum idem in apostolis et Patribus Ecclesiae minime infitiamur, non intelligo. In fabulosa autem narrationum *forma* si saepenumero offenderis, scito et cum gentis Aegyptiae indole et cum singulari senum vivendi genere temporumque insuper natura eam intime cohaerere; quocirca illis libris de **12** patribus eremi scriptis poesin quandam contineri dixerim a factis ac prodigiis senum profectam, sed fama et poetica gentis atque aetatis indole mire excultam et exornatam.

§ 5. Sed haec de primordiis vitae monachicae sufficiunt. Jam antequam, quae de Macariis leguntur, digerere incipiamus, de fontibus breviter monendum est. Auctores, qui Macariorum tempore aut paulo post mortem eorum in Aegypto fuerunt, ita ut vel Macarios ipsi viderint, vel ab eorum aequalibus edocti sint, nomino Evagrius, Rufinus, S. Hiero-

ligae follicantes, vestis grossior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractatio clericorum, et si quando dies festus venerit, saturantur ad vomitum. » Ep. 22, S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I. [Patrol. T. XXII] p. 419. Cassian. Coll. XVIII, 7, Opp. ed. Gazaetus p. 521, Migne p. 1102 sq.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. c. 36. De monacho, qui in sectam Hieracitarum incidit, vide infra Caput II. De monachis Origenismum proflentibus cf. Sulp. Sev. Dial. I cap. 6, Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 404, 2 sqq., Migne Patrol. T. XX p. 187.

(4) Cassianus anachoretas et coenobitas « vivos martyres » vocat. Coll. XVIII cap. 7 ed. Gaz. p. 522, Migne p. 1106.

(5) Tischendorf l. l. p. 119.

nymum, Palladium, Cassianum. Quorum, si **A** **Macarios** spectas, locupletissimus atque fidis-
simus testis est Palladius, qui secundo Theo-
dosii magni imperantis anno ad portum Ale-
xandriae appulit (1), triginta sex mensibus in
monasteriis, quae circa Alexandriam erant,
peractis in montem Nitriae secessit (2), et in
Celliis, in quibus novem annos transigebat,
tres una cum Macario Alexandrino vixit (3).
Aegyptius vero Macarius anno, antequam Pal-
ladius in solitudinem egrediebatur, mortuus
erat (4). Itaque facile intelligis, auctoritatem
Palladii maximi faciendam esse, idque eo mag-
is, quum se fidum spectatorem exhibeat, et **B**
longa annorum serie « ex virtute gesta san-
ctorum sanctarumque in Aegypti solitudine
et in Libya et Thebaide et Syene et Tabennis,
deinde in Mesopotamia, Palaestina et Syria,
et in partibus Occidentis et Romae et in Cam-
pania et in iis, quae sunt circa eas, partibus »
ipse peregrinando cognoverit (5). Liber, quem
Palladius de monachis edidit, Lauso cuidam
praeposito dedicatus est, unde nomen *Histo-*
riae Lausiacaе, aut simpliciter *Lausiacaе*
(graece *Ἱστορία πρὸς Λαύσον*) traxit. Cuius tres
exstant latinae versiones valde inter se diffe-
rentes. Ex quibus ea, quae ceteris duabus
multo locupletior est, Gentiano Herveto **13**

A interprete CLI capita complectitur (6). Altera,
quae pariter ac ceterae apud Rosweidum le-
gitur, incerto vetere interprete, capitibus XX
constat (7). Tertia denique, itidem incerto ve-
tere interprete, LVIII capitibus prodiit hoc
indice: « Heraclidis paradisus (8), » qui quidem
titulus falsus est, quum legendum sit « Palla-
dii paradisus, » ut est in vetustissimo codice
eiusdem versionis ineunte sec. IX scripto,
quem adii Romae in bibliotheca monasterii
Yerusalemme in Croce (9). Heraclidis paradi-
sus alius omnino liber fuisse videtur, cuius
codices Romae in bibliotheca Christinae regi-
nae asservantur (10). Sed ad illas tres versiones
14 *Historiae Lausiacaе* accedit graeci textus
itidem triplex editio, quarum nulla cum versio-
nibus convenit. Princeps graeca editio prodiit
ex codice bibliothecae Palatinae cura Meursii
capitibus CIII (11), eaque haud parum a versione
Herveti, prorsus autem a ceteris versionibus di-
stat. Quo quidem textu Meursiano longe pleni-
orem e codicibus Regiis una cum versione Her-
veti capitibus CLI edidit Fronto Ducaeus (12).
Denique capita nonnulla in hac ceterisque
editionibus omissa tanquam nova quaedam
illius editionis supplementa vulgavit Cotele-
rius (13). Quibus additamentis et Ducaeii et Cote-
lerii auctam editionem iam habes in collectione

(1) Hist. Laus. cap. 1. Opp. Meurs. T. VIII, p. 348.

(2) Ibid. cap. 8 p. 360.

(3) Ibid. cap. 21 p. 396.

(4) Ibid. cap. 20 p. 396.

(5) Prolog. ad Hist. Laus. Opp. Meurs. I. I. p. 340; VV. PP. Rosw. p. 706.

(6) Primum prodiit Parisiis 1555, 4°; recusa est ibidem 1570, 4°, atque cum scholiis Laurentii Barrensis in eius historia christiana veterum Patrum Paris. 1583 fol. p. 55, nec non in Bibl. PP. cur. de la Bigne Paris. 1589 et 1610 T. VII, in VV. PP. Rosw. lib. VIII p. 704 sqq., et in Meursiana editione *Historiae Lausiacaе Palladii*, Opp. Meursii T. VIII p. 334 sqq.

(7) Edita est in Vitis Patrum, quae triplici vice sine typographi, loci et anni nota tempore nascentis typographiae prodierunt, fol.; recusa in Theodorici Loher a Stratis prototypo veteris ecclesiae, Coloniae 1547, fol., et in VV. PP. Rosw. p. 984 sqq.

(8) Eam sub titulo: « Heraclidis paradisus » primus videtur edidisse Jac. Faber Stapulensis Paris. 1504. Collata cum codice ms. Veneto, qui non Heraclidem, sed Palladium scriptorem recte profertur, prodiit in Vitis per Aloysium Lipomanum collectis T. III Venet. 1554. Denique exstat in VV. PP. Rosw. p. 939 sqq. De variis bisce trium versionum editionibus cf. Jo. Alb. Fabricium in

Bibliotheca Graeca, Opp. Meurs. ex rec. Lami T. VIII p. 667, 1, infra in initio nostrae editionis *Historiae Lausiacaе*, et VV. PP. Rosw. Proleg. XIV, p. XLIV.

(9) Huius Bibliothecae codice XLI fol. 9 haec legis: « *Incipit liber, qui appellatur paradysus Palladii monachi, qui fuit discipulus Evagrii.* Multi quidem multos variosque libros, cet. » Textus codicis a libro impresso parum nobis discrepare visus est. Codex Venetus quoque Palladium scriptorem praese fert.

(10) In catalogo latino Bibl. Christinae Romae legis: « Cod. Nr. 432 Heraclidis paradisus sive lib. de VV. SS. Patrum ad Lausum praepositum palatii. » Nomine scriptoris omissio in catalogo latino Bibl. Vaticanae legitur: « 2. Paradisus, liber sic inscriptus de Vitis Sanctorum, 353 Nr. 499; denuo 363 Nr. 1312. » Graviter dolemus, quod rebus gravioribus nimis occupati hos codices, cum Romae essemus, examinare non potuimus.

(11) Lugd. Bat. 1616, 4°. Meursius notas addidit eruditas, nonnulla etiam e codice Bibliothecae Regiae Parisiensis, cum Lutetiae versaretur, supplevit.

(12) Auctarium Bibl. PP. Paris. 1624, fol., T. II p. 893 — 1053; Bibl. PP. Paris. 1654 T. XIII p. 893-1053. Accedunt Ducaeii notae.

(13) Eccl. Graec. Mon. Lut. Paris. 1677 T. III p. 417 — 420 et p. 158 — 170.

Operum Meursii ex recensione Joannis La- A
 rui (1). Caveo teste in Isaaci Vossii bibliotheca
 codex Lausiaca inveniebatur, qui editis duplo
 auctior fuit (2). Ex omnibus vero istis, quae
 habentur, editionibus nulla ita comparata est,
 ut genuini textus speciem prae se ferat. Vides
 igitur, difficultatem maximam hic nobis ob-
 oriri. Sed commode evenit, ut in bibliotheca
 Caesarea Vindobonensi genuinam, quod mihi
 quidem videtur, Historiam Lausiacam adhuc in-
 cognitam repererim in duobus Codd. Mss., quo-
 rum utroque integra continetur, membranaceo
 et pervetusto uno, chartaceo altero (3). Ac ge-
 nuitatis 15 notam huic inedito textui vindico
 cum propter nexum rerum, a qua parte nihil
 desideratur, tum propter simplicitatem dictio-
 nis et praeclaram totius libri dispositionem.
 Edita exemplaria Historiae Lausiacaе si cum
 textu horum codicum confers, mire interpolata
 et babylonica quadam confusione affecta
 apparent, ita ut, quae in medio libro legenda
 sunt, legantur in fine, et, quae ad finem per-
 tinent, medium locum occupent (4). Quare
 primum genuino Historiae Lausiacaе de Ma-
 carii textu, quem ex codicibus descripsi,
 infra utemur; deinde edita exemplaria com-
 parabimus. Varietates illae in exemplaribus
 inde natae esse videntur, quod ex aliis de vita
 patrum eremi scriptis modo plura, modo pau-
 ciora in Historiam Lausiacam translata, atque
 antiquis iam temporibus cum ea commixta
 sint. E quo numero praecipue illum Heraclidis
 paradisum fuisse existimo, qui dedicatus fuisse
 videtur (5) eidem Lauso praeposito, cui Pal-
 ladius Historiam Lausiacam inscripsit. Sic ex
 prooemiis duobus Historiae Lausiacaе, quae
 Meursiana editio affert, prius, quod a verbis :
 'Εν ταύτῃ τῇ βιβλίῳ κ. τ. λ. incipit (6), equidem
 Heraclidi tribuerim. Nam Palladium ambas

dedicatorias epistolas, quae ibi leguntur,
 operi suo praefixisse vix credideris : Vindo-
 bonenses vero codices, priore ommissa, statim
 ab altera, quae incipit : *Μακαρίῳ κ. τ. λ.* (7),
 ordiuntur. Praeterea edita Historiae Lausiacaе
 exemplaria haud exigua receperunt incre-
 menta e graeco et latino textu libri VV. PP.,
 qui in collectione Rosweidi ordine secundus
 est (8). Atque ipsum hunc librum, ut mox vi-
 debimus, Rufinus e graeco in latinum 16 ser-
 monem transtulit, quam versionem iam S.
 Hieronymus bene cognovit. Graecum autem
 exemplar in Lausiaca scribenda, ut patebit,
 ipse Palladius adhibuit. Ex quibus colligitur,
 ea quae in editis Historiae Lausiacaе exempla-
 ribus praeter illud, quod codex Vindobonensis
 suppediabit, reperiantur, e fonte satis an-
 tiquo fluxisse, atque etiam observatu dignis-
 sima esse. De singulari vero necessitudine,
 quae inter istum Heraclidis paradisum, hunc
 librum secundum et Historiam Lausiacam
 Palladii intercedere videtur, disseremus.

§ 6. Expedita hac difficultate ad novam
 haud minus incommodam accedimus, quam
 affert Rufinus. Is sub Valentis imperio, quum
 S. Athanasio mortuo Lucius Arianus sectator in
 episcopatum Alexandriae per fenestram, ut
 dicunt, se intrusisset, una cum senibus in de-
 serto vivebat, dirasque Lucii persecutiones
 sustinebat. Nam istas turbas describens ipse :
 « Per idem, » inquit, « tempus patres mona-
 chorum vitae et antiquitatis merito Macarius
 et Isidorus aliusque Macarius atque Heraclides
 et Pambus, Antonii discipuli, per Aegyptum
 et maxime in Nitriae deserti partibus habe-
 bantur viri, qui consortium vitae et actuum
 non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis
 angelis habere credebantur; quae praesens
 vidi loquor, et eorum gesta refero, quorum

(1) Jo. Meursii Opp. ex rec. Jo. Lami T. VIII
 Florentiae 1746, fol., p. 534 — 670.

(2) Guill. Cave, Scriptt. eccles. Hist. litt. de Pal-
 ladio ed. Bas. 1741 T. I p. 376. Meursius quoque
 Palladii quandam διήγησιν περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον
 διαλαμψάντων πατέρων invenit. Atque Meursius :
 « id quoque opus », inquit, « si placere hanc Hi-
 storiam Lausiacaе editionem intellexero, communi-
 cabo. » Sed nunquam hoc praestitit, neque satis
 certo scimus, quid illo inedito libro comprehensum
 sit. Cf. Opp. Meursii T. VIII p. 332. 668. [infra initio
 nostrae editionis Historiae Lausiacaе].

(3) Alter est Cod. ms. hist. graec. Bihl. Caes.
 Vindob. Nr. 84, olim 29, membran., pervetustus,
 optimae notae, 4°, et constat foliis 123. Alter char-

taceus est Cod. ms. hist. graec. N. 9, olim 42, an-
 tiquus, fol. maiore, quo Lausiaca continetur fol.
 163 — 230. Cf. Commentt. Lambecti Vindob. 1782
 T. VIII p. 663. 840; de Nessel Catal. P. V. p.
 143. 31.

(4) Ordinem, quo res in textu codicum Vindo-
 bonensium narrantur, legis in *Palladii Helenopoli-
 tani episcopi Historia Lausiaca ad codicis Vindobo-
 nensis fidem breviter delineata*, infra huic nostrae
 editioni Historiae Lausiacaе praeposita.

(5) De hac re infra videbimus.

(6) Opp. Meurs. l. l. p. 333.

(7) Ibid. p. 337.

(8) VV. PP. Rosw. p. 448-485.

in passionibus socius esse promerui (1). » A multitudo referebat (5). » Qua in epistola quum Rufinus S. Athanasio superstiti in Aegyptum venisse videtur; etenim Melaniam, cuius Rufinus in itinere comes fuit, S. Athanasius ovina pelle, quam ipse a Macario abbate dono acceperat, donavit (2). Atque 17 Melania, postquam res suas Alexandriae vendidit, montem Nitriae ingressa cum sanctis patribus dimidium fere annum versabatur. Quos deinde a praefecto Alexandriae relegatos in Palaestinae regionem circa Diocaesaream sitam secuta est, suisque et opibus et manibus sedulo adiuvit (3). Rufinum vero una cum Melania in Palaestinam advenisse S. Hieronymus audiverat, qui Florentio scribit: « Et quia frater Rufinus, qui cum sancta Melania ab Aegypto Hierosolimam venisse narratur . . . (4). » Epistolam eidem Rufino reddendam S. Hieronymus literis ad Florentium iunxerat, in qua legimus: « Audio te Aegypti secreta penetrare, monachorum invisere choros, et caelestem in terra circumire familiam; » tum: « Rufinum enim Nitriae esse, et ad beatum perrexisse Macarium, crebra comitantium

senes Aegypti « confessores et voluntate iam martyres » nominet, tempus istius persecutionis, quam Lucius agitabat, aperte significatur (6). Ille quidem nuntius, Rufinum cum Melania Hierosolyma advenisse, vanus fuerat; nam Rufinus nondum eo venerat (7): probat tamen haec altera epistola, Rufinum tunc senes Aegypti 18 invisisse. Atque hic ipse de Nitria et de Macario a se visitatis in Apologia [Invectiva] II: « Ego, » inquit, « qui sex annis Dei causa commoratus sum, et iterum post intervallum aliquod aliis duobus [Ed. Bened. post intervallum *aliquot aliis diebus*], ubi Didymus . . . , et ut ad eremimagistros veniam, quibus et attentius et frequentius vacabamus, ubi Macarius Antonii discipulus, et alter Macarius, et Isidorus, et Pambus . . . (8). » Sex isti anni, de quibus loquitur, quin migrationem ipsius ex Aegypto in Palaestinam antecesserint, dubium esse nequit. Istos quoque duos annos [vel *aliquot dies*], quia Palladius Rufinum, Aegypto relicta, Hierosolymis una cum Melania degisse narrat (9), in alteram 19 [brevem] quandam

(1) Hist. Eccl. lib. II cap. 4 Auctt. Hist. Eccles. Basil. 1544 p. 242, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 271, Migne Patrol. T. XXI p. 511.

(2) Textus Meursii eo loco, quo de hac pelle narratur, corruptus est. Legitur enim: « Κώδιον προδάτου μεγάλου ηνεγκεν [ή θαινα] τῷ ἀγίῳ καὶ μακαρίῳ Μακαρίῳ, ὅπερ κώδιον οὗτος ὁ τοῦ Χριστοῦ θούλος καταλέλοιπεν τῷ ἀγίῳ καὶ μακαρίῳ Ἀθανασίῳ τῷ μεγάλῳ, ὡς δὲ καὶ [ἡ] μακαρία δούλη τοῦ Χριστοῦ Μελάνη μοι εἶπεν, ὅτι παρὰ τοῦ ἀγίου καὶ θαυμαστοῦ ἀνδρὸς Μακαρίῳ ἐγὼ ἔλαβον τὸ κώδιον ἐκεῖνο κ. τ. λ. (Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 21 p. 410.) Ubi sine dubio legendum est: παρὰ τοῦ ἀγίου καὶ θαυμαστοῦ ἀνδρὸς μακαρίου Ἀθανασίου κ. τ. λ. Codices Vindobonenses Historiae Lausiaca recte scribunt: ὅπερ κώδιον αὐτὸς κατέλιπε τῷ ἀγίῳ Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ. Καὶ ἡ μακαρία δὲ Μελάνη εἶπέ μοι ὅτι παρὰ τοῦ ἀγίου Ἀθανασίου ἐκεῖνο τὸ κώδιον ἔλαβον, ξένιον τῆς δαίτης λεγόμενον. Aliter omnino de pellis donatione refert fragmentum, quod exstat in codice ms. theol. graec. Bibl. Caes. Vindob. Nro. 274, olim 238, chart. fol. 247, 2, in harum quaestionum Appendice priore sub IV typis excusum, ubi legimus: Κώδιον, ὅπερ ὁ ἄγιος Μάρκος καταλέλοιπε τῷ ἀγίῳ Μακαρίῳ τῷ μεγάλῳ, καὶ οὗτος τῇ μακαρίᾳ Μελάνῃ ἀφήκεν τὸ ξένιον τῆς δαίτης ἐπιλεγόμενον. Sed hoc fragmentum recenti manu negligenter scriptum non potest auctoritati eodicum illorum Historiae Lausiaca opponi. Neque vero Marcus, sed Macarius Alexandrinus, pellem a leaena accepit, quam Athanasio reliquit. Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 4 l. l. De permutatione nominum

Μάρκος et Μακάριος cf. infra Caput III.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 117 Opp. Meurs. l. 1. p. 594.

(4) Ep. 4, S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 336.

(5) Ed. 3, ibid. p. 332. 333.

(6) S. Hieron. Opp. ed. Migne T. 1 [Patrol. T. XXII] Praef. p. XLIX.

(7) « Rufinus autem frater, ut scribis, necdum venit. » S. Hieron. cap. 5 ad Florentium, ibid. p. 336.

(8) Rufini Apologia [Invectiva] in S. Hieronymum lib. II cap. 12 Opp. ed. Vallarsi p. 367 cum nota, Migne Patrol. T. XXI p. 594; S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV P. II. p. 424.

(9) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 119 Opp. Meurs. l. 1. p. 596. Palladius tradidit, *Rufinum Hierosolymis viginti septem annos una cum Melania hospites undique adventantes excepisse*. Quod non omnino verum esse potest. Nam Rufinus iam duos annos Aquileiam reversus Anastasio Papae anno 301 scripsit, *se post triginta fere annos parentibus reditum esse*. Rufini Apologia ad Anastasium cap. 1, Opp. ed. Vallarsi p. 403, Migne Patrol. T. XX, p. 623. S. Hieron. Apol. II, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV p. 389. Idem fere Rufinus passim in Apologiis [Invectivis] in S. Hieronymum tradit. Rufini Apol. [Invectiva] lib. II cap. 22, Opp. ed. Vallarsi p. 331, Migne l. 1. p. 560; S. Hieronymi Opp. ed. Bened. T. IV p. 376. Ergo Rufinum, qui in Aegypto per sexennium degit, plus annos viginti duos Hierosolymis vixisse, statui nequit. At error

commorationem cadere credideris, quam Rufinus Alexandriae fecerit, antequam in Palaestinam abiret. Certe hi duo anni [vel *aliquot dies*] annum 385, quo Theophilus episcopus Alexandriae factus est (1), antecedunt. Nam S. Hieronymus in Apologia Rufino: « Tu, » inquit, « postquam hic [Theophilus] episcopus factus est, Alexandriae non fuisti (2). » Hinc igitur Rufinum bis tantum Alexandriae et quidem ante annum 385 fuisse, satis in promptu est.

Quorsum haec, quae de Rufino disputavimus, spectent, iam, quaeso, perpende. Legimus enim apud S. Hieronymum: « Huius [Evagrii] libros per Orientem graecos et interpretante discipulo eius Rufino latinis plerique in Occidente lectitant. Qui librum quoque scripsit quasi de monachis, multosque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, et quos fuisse describit, Origenistas, et ab episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium videlicet, et Eusebium, et Euthymium, et ipsum Evagrium, Or quoque et Isidorum, et multos alios, quos enumerare taedium est, et iuxta illud Lucretii (I, 935 sqq.):

Ac veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flavoive liquore.

Ita ille unum Joannem in ipsius libri posuit

Palladii facillime inde explicatur, quod Rufinus Hierosolymis una cum Melania vixit, quae viginti septem annos Hierosolymis fuit. Hist. Laus. cap. 117, 118. Melania, Hieronymo teste, quem de hac re bene edoctum esse oportebat, Hierosolyma venit anno X Valentis imperatoris, i. e. anno 374. (Hieron. Chronicon.) Idem quod Palladius (Hist. Laus. cap. 117) indicat, Paulinus Nolanus (Opp. ed. Lebrun ep. 29) non negat. Paulinus (l. 1.) Melaniam « post quinque lustra » Romam remeasse ait, numero usus pleno, qui non urgendus, sed ad accuratiorem Palladii summam explicandus est. Inde vero, quod editus Palladii textus (cap. 119) habet, Melaniam triginta septem annos hospites excepisse, nequaquam cum Tillemontio statuas, eam decem annos in Aegypto quoque mansisse, quum apertum errorem scriptoris hic deprehendamus, qui pro $\kappa\eta'$, i. e. viginti septem posuerit $\lambda\eta'$, i. e. triginta septem. Haec de Melania annotavimus, quia in hoc capite Tillemontium (Mémoires ed. Paris. T. X p. 596. sqq. 821 sqq.), Rosweidum (Rufini et Melaniae peregrinatio VV. PP. p. 425 sqq.) et Stillingium (Vita S. Hieron., AA. SS. Boll. Sept. T. VIII p. 552 sqq.), licet ipsi inter se multum discrepent, graviter errasse invenimus. Superest, ut annotemus, Rufinum senes quoque Mesopotamiae « apud Edessam et in Carrarum par-

tibus » vidisse (Rufin. Hist. Eccl. lib. II c. 8 Opp. ed. Vallarsi p. 279, Migne Patrol. T. XXI p. 517), quod iter, postquam Hierosolyma venit, instituisse videtur.

A principio, quem et catholicum et sanctum fuisse non dubium est, ut per illius occasionem ceteros, quos posuerat, haereticos ecclesiae introduceret (3). » Hisce S. Hieronymi verbis quin liber indicetur, quem Rosweidus « secundum librum VV. PP. » inscripsit (4), in quo de Joanne primo loco, deinde de Ammonio, Evagrio, Or, Isidoro, 20 aliis multa leguntur, dubitari nequit. Fateor, de Eusebio quidem et de Euthymio nihil haberi in illo Rosweidiana collectionis libro secundo: at S. Hieronymum ea nomina cum Eulogio et Didymo, qui in libro leguntur (5), confundere, aut corruptionem longa temporum serie in ipsos codices aut libri aut S. Hieronymi epistolae irrepsisse, consentaneum est.

Itaque verbis illis S. Hieronymus Rufinum libri istius significat scriptorem, non Evagrium, uti nonnulli (6) contenderunt, quod, qui locum S. Hieronymi attente legerit, sibi facile persuadebit (7). Accedit, ut complures codices manu scripti, inter quos unus vetustus, quem Rosweidus in edendis vitis adhibuit, Rufini nomen aperte profiteantur (8).

Unde iam difficultas satis magna oritur. Nam si in librum secundum accuratius inquiris, luce clarius apparet, Rufinum esse non posse C auctorem.

Primum enim auctor libri secundi non tem-

tibus » vidisse (Rufin. Hist. Eccl. lib. II c. 8 Opp. ed. Vallarsi p. 279, Migne Patrol. T. XXI p. 517), quod iter, postquam Hierosolyma venit, instituisse videtur.

(1) Socr. Hist. Eccl. lib. V cap. 12. Sozom. Hist. Eccl. lib. VII cap. 14. Tillemont Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique, Paris. 1707 T. IX p. 594. XII p. 447, 2. Fleury Hist. Eccl. Ed. Aug. Vind. ac Oenop. 1768 T. IV p. 755.

(2) Apol. III, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV p. 455.

(3) Ep. 133 ad Ctesiph., S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 1151.

(4) VV. PP. Rosw. p. 448 sqq.

(5) Capp. 14 et 24 p. 472, 2; 479, 1

(6) Baronius, alii.

(7) Librum Xysti Pythagorae ab eodem scriptore sub nomine Sixti Papae et martyris, et librum Eusebii Caesariensis sub nomine Pamphili martyris editos esse, illa epistola S. Hieronymi docet, cuius apologia eandem banc fraudem Rufino tribuit. S. Hieron. Ep. 133 l. 1. Apol. adv. Ruf. lib. II ed. Bened. T. IV p. 419; lib. III ibid. p. 449. Cf. Tillemont Mémoires T. XVI p. 657, 1.

(8) VV. PP. Rosw. Proleg. § X p. XXVII.

pore Valentis imperatoris paullo post S. Athanasii mortem (373), aut ante annum 385 monasteria Aegypti lustravit, quo tempore Rufinum in Nitria versatum esse cognovimus, sed multo post exeunte anno 394 sub finem imperii Theodosii Magni, qui obiit anno 395 d. XVI Calend. Februarii (1); socium vero itineris Palladium habuit, qui Historiam Lausiacam scripsit. Quae quidem ex libro secundo ipso dilucide colliguntur. Nam auctor huius libri statim ab initio haec narrat: Fuisse septem, se nimirum cum sex sociis, qui Joannem eremitam prope Lycum civitatem convenissent. Joannem ipsis, quum **21** ab eo profecturi essent, praedixisse, hac ipsa die victorias religiosi principis Theodosii de Eugenio tyranno reportatas Alexandriae nuntiatas esse, ipsumque Theodosium non multo post propria morte vitam finiturum. Triduo autem post discessum suum de morte Joannis se in itinere certiores esse factos (2). Sed eadem haec, quae in libro secundo Rosweidiana collectionis latino sermone leguntur, graece expressa fere ad verbum in Historia Lausiaca Palladii exstant, hoc uno discrimine, quod, quae noster ipse expertus est, Palladius a sociis narrata esse refert. Septem fratres peregrinos omnes fuisse in solitudine Nitriae, se quidem, nec non beatum Evagrium, Albinum et Ammonium. Scire se omnes studuisse, quae nam Joannis virtus esset, sed dubitasse Evagrium, an omnino eum convenire possent. Quare postero die, oclusa cella, solum se, nesciis sociis, ad Joannem in Thebaidem profectum esse. Quum vero ab eo reversus sociis rem narrasset, post duos menses hos quoque senes ad Joannem venisse, sibi autem nar rasse. Sequuntur fere ad verbum, ut monuimus, illa, quae modo ex libro secundo retulimus (3). Eugenium vero tyrannum Theodosius apud Alpes devicit anno 394 d. VIII Idus Septembris (4). E quibus colligitur, scriptorem libri secundi senes Aegypti invisisse

A exeunte anno 394, et Palladium eius itineris, quod e Nitria ad Joannem in Lyco fecerat, socium habuisse.

Alterum quidem, Palladium scilicet scriptoris libri secundi socium in itinere fuisse, alius quoque huius libri locus comprobat. Legimus enim, Apollonium monachus suis tres dies, antequam scriptor libri secundi cum sociis eum convenerit, praedixisse: « post triduum adfuturos tres fratres de Hierosolymis venientes (5). » Sed idem Palladius quoque triduo ante suum **22** adventum ab Apollonio praedictum esse in Historia Lausiaca iisdem plane verbis narrat (6). Ubi ne offendaris, quod Palladius dicitur venisse Hierosolymis. Nam Palladius, etsi novem annos ordinariam sedem in Celliis fixerat, hoc tamen ipso tempore nunquam peregrinatus est. Circa annum 394 Hierosolymis adfuit. Quod epistola indicat, quam paullo ante ad episcopum Hierosolymorum a S. Epiphanio scriptam anno 394 S. Hieronymus latine reddidit. Cuius in fine S. Epiphanius: « Palladium vero, » inquit, « Galatam, qui quondam nobis carus fuit, et nunc misericordia Dei indiget, cave, quia Origenis haeresim praedicat et docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris (7). » Exeunte anno 394 (8) Palladius Joannem in Lyco invisit, atque sex illi socii se Hierosolymis venisse aperte fatentur; nam Joanni: *Pro utilitate*, inquit, *animarum nostrarum ad te venimus ab Jerusalem, ut, quod auditione acceperamus, id cerneremus oculis* (9). Ex quibus, quando Palladius Hierosolymis fuerit, et quando inde redux factus sit, apparet. In eodem vero reditu Hierosolymis Palladius cum duobus sociis Apollonium quoque inviserit necesse est. Nam altero in Palaestinam itinere valetudinis gratia tribus annis post, quam Joannem in Lyco inviserat, suscepto non in Aegyptum rediit, sed in Bithyniam venit, ubi episcopus ordinatus est (10).

23 Constat ergo, scriptorem libri secundi

(1) Socr. Hist. Eccl. lib. V cap. 25.

(2) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 1. p. 451, 1. 457, 1.

(3) Hist. Laus. cap. 44 Opp. Meurs. l. I. p. 468. 472. 488.

(4) Socr. Hist. Eccl. lib. V cap. 24. Cf. Baronii Annal. a. 394 num. V sqq. ed. Luc. T. VI p. 145. Fleury Hist. Eccl. T. IV p. 1034.

(5) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 7 p. 464, 1.

(6) Hist. Laus. cap. 53 Opp. Meurs. l. I. p. 503.

(7) Ep. 51. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I

[Patrol. T. XXII] p. 527.

(8) Duobus scilicet mensibus ante victoriam, quam Theodosius d. VIII Id. Septembris de Eugenio reportavit, Alexandriae nuntiatam.

(9) Hist. Laus. cap. 44 Opp. Meurs. l. I. p. 473; VV. PP. Rosw. lib. II p. 451, 1.

(10) Hist. Laus. cap. 44 Opp. Meurs. l. I. p. 472. Tillemontius (Mémoires T. XII p. 656, 2) aumat, scriptorem libri secundi Apollonium senem ante annum 385 invisisse; sed locus, quo Tillemontius innititur, a latino libri interprete perpe-

et cum Palladio exeunte anno 394 Hierosolymis in Aegyptum venisse, Apolloniumque una cum eo invisisse, et e numero sex sociorum Palladii fuisse, qui Joannem in Lyco senem adierunt. Sed ut ista argumentatio iusto fundamento nitatur, res gravis explicanda superest. Multa enim capita libri secundi, inter quae totum illud de Apollonio, paene ad verbum in Historia Lausiaca habentur. Unde igitur haec necessitudo?

Quam, si utrumque librum accurate examina-veris, maximam esse invenies. Nam quae illic de senibus Thebaidis et circumiacentis regionis leguntur, cuius quidem generis sunt, quae de Joanne in Lyco, abbate Ben, civitate Oxyryncho, Theone, Apollonio, Coprete, ex ore Copretis de Patermutio, abbate Syro, Isaia et Paulo, de Pithyrione, Eulogio, Apelle, ex ore Apellis de Joanne quodam, denique de Paphnutio referuntur, ea omnia tam accurate Historia Lausiaca continentur, ut fere nulla nisi latini et graeci idiomatis differentia appareat. Reliqui autem tres senes e regione Thebaidis, quorum liber secundus mentionem facit, duo Ammones scilicet, de quibus capitibus IV et VIII narratur, et Elias, in Lausiaca plane omittuntur. Illa vero quae de Nitria eique confinibus, quorum e numero sunt narratio de Ammonio, Evagrio, Cronio, de Macariis, de Ammone primo Nitriae monacho, de Paulo Simplice, ipsa quoque regionis descriptio, porro quae de senibus Alexandriae, quo pertinet relatio de Isidoro et de Didymo, in libro secundo exstant, ea apud Palladium longe aliter et multo uberius describuntur. Idem de Serapione regionis Arsenoitidis valet; de Origene vero et Piammone Palladius nihil tradit. De abbate Or quomodo auctores inter se differant, infra exponetur. Epilogus denique, quo liber secundus finem itineris Aegyptiaci narrat, non minus in Historia Lausiaca reperitur.

En necessitudinem, quae inter librum secundum et Historiam Lausiacam, quam codices Vindobonenses exhibent, intercedit. His enim genuinum Lausiaca textum contineri supra

ram redditus est, quod, si Historiam Lausiacam de eodem sene contuleris, facile intelliges. Ceterae autem difficultates, quae Tillemontio aliud tempus itineris Aegyptiaci indicare visae sunt, facillime explicantur.

(1) Hist. Laus. prolog., Opp. Meurs. l. l. p. 340, VV. PP. Rosw. p. 706.

(2) Hist. Laus. cap. 1, Opp. Meurs. l. l. p. 348 cum nota Meursii.

monuimus. Sed unde talis necessitudo librorum istorum, qui de 24 senibus Thebaidis eadem eodem plane modo narrant, nata est?

Res sane duplici tantum modo explicari potest. Aut enim alter scriptor ipse librum alterius e capitibus illis de senibus Thebaidis compilavit, aut tertius quidam spuria illa intulit. Posterius statui nequit. Nam Historia Lausiaca codicum Vindobonensium ita comparata est, ut de tot capitibus spuris cogitare prorsus nequeas; sin capita ista e Historia Lausiaca tanquam spuria tolleres, partem libri integram desiderares. Liber vero secundus si capita ista de senibus Thebaidis tanquam spuria tollantur, vix libri nomen retinet.

Difficillimum igitur est ad credendum, illa capita in alterutro libro, aut in utroque, spuria esse. Verum multae rationes admonent, ut Palladium ipsum e libro secundo ea mutuatum esse et Historiae Lausiaca suae intexuisse statuamus.

Primum enim Palladius Historiam Lausiacam multo post, quam liber secundus editus est, vulgavit. Nam Historia Lausiaca prodiit, quum Palladius « tricesimum tertium annum ageret in conversatione cum fratribus et vita solitaria, vicesimum autem episcopatus, totius autem vitae quinquagesimum tertium (1). » Ac Palladius ad fratres venit « viginti annos natus Theodosio Magni iterum consule, » i. e. anno Christi 388 (2). Quare Lausiaca ante annum 421 non edita est. S. Hieronymus vero, qui librum secundum novit, mortuus est anno 420, et Rufinus, quem libri secundi interpretem esse probabimus, iam anno 410 obiit (3). Unde librum secundum Historia Lausiaca aetate multo priorem esse sequitur.

Quod si constat, facillime intelligitur, Palladium saltem libri secundi caput de Joanne in Lyco compilasse. Totum enim libri caput de Joanne in Lyco etiam in Historia Lausiaca paene 25 ad verbum exstat (4). Sed unum locum, quo liber secundus commemorat, septem simul fratres ad Joannem venisse (5), scriptor huius capituli Lausiaca correxit: se

(3) Tillemont Mémoires T. XII p. 303. 313. Epistolam ad Ctesiphontem S. Hieronymus anno 415 scripsisse videtur. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXI] Praef. p. LXXXIX.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 1 p. 449 - 457; Hist. Laus. cap. 44. 45. 46. 47. Opp. Meurs. l. l. p. 464-485.

(5) VV. PP. Rosw. l. l. p. 431, 1.

primum, sex postea Joannem adiisse, ac sibi de sorte sua futura a Joanne varia praedicta esse (1). Quae praedicta de Palladio valent. Unde apertum est, Palladium ipsum illud caput libri secundi mutuatum esse, e suis vero illa, quae visitationem Joannis accuratius ac uberius explicent, addidisse. Nam etiam libri secundi caput de Joanne in Lyco genuinum esse S. Hieronymus testatur (2).

Sin autem Palladius unum caput libri secundi satis longum in Historiam Lausiacam suam transtulit, quid obstat, quin et cetera capita, quae utrique libro communia sunt, ab eodem Historiae Lausiacae intexta esse dicamus, praecipue, quum Palladius, ut saltem e capite de Joanne haud dubie constat, scriptoris libri secundi in itinere socius fuerit, quocum una Hierosolymis venerat.

Ergo probabile est, Palladium, quum Historiam Lausiacam scriberet, capita illa de senibus Thebaidis e libro secundo in eam transtulisse. Iam vero istam necessitudinem, si tertius quidam capitum compilator statuatur, iuste explicari non posse, supra vidimus. Quare solum restat, ut statuamus, ista capita ab ipso Palladio Lausiacae intexta esse. Id vero rectius explicari nequit, quam eo, ut Palladium non solum Joannem in Lyco et Apollonium, de quibus iam certo constat, sed ceteros quoque omnes Thebaidis senes una cum scriptore libri secundi invisisse, eademque ista una cum eo expertum esse opinemur. Quapropter postea, quae socius bene exposuerat, in librum suum recepit; quae vero longiore habitatione ipse melius quam socius cognoverat, scilicet quae ad senes circa Alexandriam et in Nitria eique confinibus habitantes spectant, suo Marte descripsit. **26** Quod si contendimus, necessitudo ista te amplius offendere nequit.

Itaque necessitudine, quae libro secundo Rosweidianae collectionis intercedit cum Historia Lausiaca Palladii, iuste explicata, conclusio, scriptores horum librorum exeunte anno 394 socios itineris in Thebaide fuisse, non evertitur, sed magnopere confirmatur. Re-

deamus nunc ad gravissimam rem, quaerentes, num hic socius Palladii et libri secundi scriptor Rufinus fuerit, nec ne. Quod quidem fuisse nequit. Nam supra (3) ostendimus, Rufinum post annum 385 in Aegypto non amplius adfuisse. Neque in Rufini libris, neque in illa dissensione, quae Rufino cum S. Hieronymo fuit, de itinere, quod exeunte anno 394 aut omnino post annum 385 in Aegyptum susceperit, quidquam invenitur. Palladius denique, si Rufinus itineris socius fuisset, de eo in Historia Lausiaca aliter sane scripsisset, ac scripsit (4).

Hinc igitur satis perspicuum videtur, Rufinum illum Palladii socium et libri secundi scriptorem non esse. Quod alio firmissimo argumento probatur. Legimus in libro secundo: « Narrabant autem nobis quidam ex patribus, qui ibi [in Celliis] erant, quod in locis istis duo Macarii quasi duo caeli lumina refulsissent (5). » Ergo scriptor libri Macarios, quibuscum se in Nitria versatum esse Rufinus supra ipse nos docuit, ipse non cognovit. Quo fit, ut Rufinus libri secundi scriptor esse non possit. Neque Evagrius eius libri scriptorem existimare licet, quod quispiam fortasse e verbis S. Hieronymi supra allatis conficere velit. Nam Evagrius itidem se cum Macariis conversatum esse ipse testatur (6).

Apparet, uti probavimus, Rufinum librum secundum non composuisse. Sed eum, nisi S. Hieronymus et codices antiqui omnino erraverint, saltem interpretem libri esse necesse est. **27** Atque librum istum, qui in collectione Rosweidi idiomate latino exstat, primitus graece scriptum fuisse, si textus graeci fragmenta a Cotelerio vulgata (7) aut fragmenta, quae in Historia Lausiaca Meursianae editionis servata sunt (8), contuleris, facile tibi persuadebis. Itaque iam de interprete, num Rufinus sit nec ne, accurate videamus.

Ae primum quidem, quia in libro secundo Macarius Alexandrinus, qui Palladio oculato teste in Celliis vixit (9), in Scete habitasse dicitur (10), nemo inducatur, ut statuatur, Rufinum interpretem non esse, quippe qui, si fuisset,

(1) Hist. Laus. l. I. Opp. Meurs. l. I. p. 462-472.

(2) Ep. 433 ad Ctesiph.

(3) Initio huius §.

(4) Hist. Laus. cap. 118. 119.

(5) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2.

(6) Capita practica ad Anatolium 93. 94. Galland. Bibl. PP. T. VII p. 565.

(7) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 171-184. Opp. Meurs. l. I. p. 639 sqq.

(8) Multa enim libri istius capita graece in Historia Lausiaca legi, supra (p. 23) ostendimus.

(9) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 21 Opp. Meurs. l. I. p. 396. Cf. infra Caput III.

(10) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 21 p. 481, I.

talem errorem, quia cum Macariis ipse versatus est, correxisset. Nam error illi relationi non inest, quum Macarius Alexandrinus eodem Palladio teste non in Celliis solum, sed interdum in Scete quoque habitavit, ubi cellam habuit (1). Deinde Rufinus, licet in interpretandis libris summa cum libertate versetur, vix unquam tamen artem criticam sic exercuit, ut scriptorem emendarit. Quare, si scriptor errasset, id a Rufino correctum esse vix expectari posset. Denique num omnino Rufinus, qui in summa illa rerum perturbatione, quum Lucius monachos eremi exagitaret, Macarios in Nitria convenit (2), de habitatione singulorum tam accurate edoctus fuerit, admodum potest dubitari. Istinc igitur nihil obstat, quominus Rufinum libri secundi interpretem esse dicamus.

Iam porro, quod Rufinum interpretem esse comprobet praeter S. Hieronymi verba et codicum testimonia, audi. In libro enim secundo, in fine narrationum de Macariis locum legis, qui a nemine nisi a Rufino scriptus esse potest. Locus hic 28 est: « Sed et multa, ut diximus, alia de operibus sancti Macarii Alexandrini mirabilia feruntur, ex quibus nonnulla in XI libro Ecclesiasticae Historiae inserta, qui requirit, inveniet (3). » En apertam allegationem Continuationis Historiae Ecclesiasticae Eusebii, quam scripserat Rufinus. Neque vero talis parenthesis a Rufino interprete textui adiecta offendant, quum Rufinus in interpretandis libris maxima cum libertate versari solet. Ad Continuationem autem istam provocat, in qua scripserat de Macario haecque verba addiderat: « Verum si singulorum mirabilium gesta [a Macario scilicet] prosequi velimus, excludimur a proposita brevitate, maxime cum haec narrationem proprii habere operis mereantur (4). » Ad ea igitur verba, quin ille locus libri secundi respiciat, dubitari nequit. Neque, quum scripserit: « ut diximus, » dubitationi locus relinquatur, Rufinum ut Continuationis, ita et illius loci libri secundi esse scriptorem, ipsius autem libri secundi si non scriptorem, tamen interpretem.

(1) Hist. Laus. l. 1. p. 408.

(2) Rufini Hist. Eccl. lib. II cap. 4 ed. Basil. l. p. 242, ed. Vallarsi p. 27, Migne l. 1. p. 511.

(3) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 482, 2.

(4) Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 4, l. 1.

(5) VV. PP. Rosw. p. 548.

(6) Eccl. graec. Mon. l. 1.; Opp. Meurs. l. 1. p. 639 sqq.

Quod de libri istius interprete disputavimus, praefatio quoque libri (5) saltem aliquatenus comprobare videtur. Quae graece bis habetur, et in « Paradiso, » cuius fragmenta Cotelerius edidit (6), et in priore prooemio Meursianae editionis Historiae Lausiacaе (7). Atque edita Paradisi fragmenta, inter quae etiam praefatio, satis accurate cum libro secundo conveniunt. Contra a prooemio isto Meursianae editionis praefatio Paradisi et libri secundi hisce gravibus capitibus differt. Ubi enim scriptor prooemii se rogatu Lausi praepositi scripsisse ait, ibi praefatio illa scriptorem « in gratiam fratrum in monte Oliveti commanentium » scribere perhibet. Rursus prooemii scriptor addit, se et de mulieribus dicturum, quod autem praefatio omisit; neque libro secundo de mulieribus quidquam continetur. Ceterum praefationem inter et prooemium istud intimam necessitudinem 29 esse, in aperto est. Quid igitur? Num prooemium istud, an illa praefatio vel Paradisi vel libri secundi prius extitit?

Quae res, nisi forte codicibus aliquando decernatur, ad liquidum vix perducetur. Si vero coniecturis uti licet, prooemium aetate prius esse dixeris. Vix enim quisquam loco verborum: *librum in gratiam monachorum in monte Oliveti commanentium scriptum esse*, dedicationem ad Lausum ponet, aut librum de mulieribus quoque narraturum esse falso addet, nisi ut sic nova praefatio prodeat, qua alii cuiquam libro praefetur. Iam vero Historia Lausiaca genuinum prooemium, quo liber Lauso dedicatur, habet. Quare nemo, ut alterum cum altera ad Lausum dedicatione fabricaret et adderet, compelli potuit. Neque alius liber, cui libri secundi praefatio sic depravata praefigi potuerit, cognoscitur. Unde praefationem istam illo prooemio aetate priorem esse parum verisimile est.

Quapropter haec coniecerim. Cum multa significant, Lauso dedicatum et Heraclidis librum fuisse (8), quid, si prooemium istud, quod ad Historiam Lausiacam non pertinere supra ostendimus, reapse libri Heraclidis

(7) Opp. Meurs. l. 1. p. 333 sqq.

(8) Heraclidem librum de vitis patrum Lauso dedicatum scripsisse cum codicibus Vaticanis, quos supra recensuimus, tum eo probatur, quod in fine et libri a Rosweido sub Heraclidis nomine editi et Historiae Lausiacaе a Meursio editae *epilogus ad Lausum* exstat, qui codicibus Vindobonensibus testibus ad Historiam Lausiacam non pertinet. Cf.

prooemium, Heraclidis vero illum habendum esse librum dicamus, quo liber secundus et Historia Lausiaca innituntur?

30 Quod si statuis, difficultates omnes facile explicantur. Heraclides enim, Rufinus et Palladius amici et Origenistarum duces fuerunt (1). Rufinus in monte Oliveti cellam habens, ut Melania coetui virginum, ita ipse congregationi monachorum praefuit (2). A quibus ut librum de senibus componeret rogatus, ex Heraclidis amici libro quae sibi usui erant congeffit et ore latino edidit. Opusculum, quod sic nascebatur, monachis Oliveti inscripsit, atque, quia monachi muliebria non curant, quae Heraclides de mulieribus habebat, omisit. E senibus praecipue Origenistas attulit, quapropter in S. Hieronymi accusationem incurrit, qui Rufinum, quum quasi novus liber ita prodiret, auctorem dicere iure aliquo potuit. Nec non istiusmodi compositionis vestigia liber secundus aliquantum prae se ferre videtur.

Isto igitur modo difficultates facile solvuntur. Sed si illa posueris, Rufini librum ut ore latino ita et graeco exstitisse statues. Quod cum fragmenta Cotelerii postulant, tum libri secundi narratio de Or abbate comprobare videtur. Sic enim Palladius de eo scripsit: « Magno huic sancto suo testimonio tribuit virtutem universa fraternitas, praecipue autem ancilla Dei Melania, quae hunc montem ante me est ingressa. Ego enim eum non offendi vivum (3). » Ergo Or abbas mortuus fuit, antequam Palladius senes Thebaidis adiit. Liber vero secundus longa utitur narratione, quae incipit: « Vidimus et alium apud Thebaidem

Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem breviter delineatam, infra huic nostrae editioni Historiae Lausiacae praepositam. De libro graeco ab Historia Lausiaca diverso, qui Cotelerio et Caveo testibus in codicibus mss. sub nomine Heraclidis exstat, non satis compertum habemus. Trithemius in libro de Scriptt., Eccl.: « Heraclides, » inquit, « inter alia scripsit ad aedificationem legentium opus insigne de vita et conversatione sanctorum patrum in eremo vel in coenobiis degentium sub regula, cui titulus est Paradisus. » Sed cui liber dedicatus sit, Trithemius non addit. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 566. Cave Scriptt. Eccles. Hist. lit. s. v. *Heraclides*. Trith. de Scriptt. Eccl. cap. XCH.

(1) Palladii Dial. de vit. S. Joannis Chrysost. cap. XX, S. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon (Paris. 1754 sqq.) T. XIII p. 76 sqq., Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 320. Tillemont Mémoires T. XI. Cave Scriptt. Eccles. Hist. lit. s. v. *Heraclides*.

A venerabilem virum Hor nomine (4). » Itaque scriptor huius capituli libri secundi abbatem vidit, quem Palladius non amplius vidit. Quamquam eum una cum scriptore isto senes Thebaidis invisisse supra ostendimus. Fateor huius quidem difficultatis explicandae varia sane genera excogitari posse. Sed quia Melania Or abbatem adiit, de quo eximia Palladio narravit, verisimillima explicatio haec esse videtur, Rufinum una cum Melania ad abbatem Or esse profectum, atque in componendo libro secundo illa de hoc sene suo Marte addidisse. Iam vero eadem de abbate narratio, quae latine in libro secundo exstat, graeco quoque servata est inter quaedam fragmenta a Cotelerio edita et in Meursiana editione Lausiacae (5). Unde, cum et alia graeca libri secundi fragmenta inveniantur, eum librum existimabis et latine et graeco exstitisse, ut usui graecorum ac latinorum monachorum inservire posset. Nomen Paradisi graeco exemplari inditum inde explicatur, quod Heraclidis liber, cuius pars erat, Paradisus inscriptus fuit

Atque haec existimatio nostra, Rosweidianae VV. PP. collectionis librum secundum etiam graeco exstitisse, codicum fide egregie probatur. Nuper enim Montefalconii bibliothecam Coislinianam (Paris. 1715 fol.) evolvens, p. 138 indicem offendi libri graeci, qui codice LXXXIII saeculi circiter x continetur, inscripti: *Ἱερωτόμων ἢ κατ' Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ιστορία*, cuius capita cum libro secundo omnino ita concinunt, ut omnis dubitatio tollatur. Id quod ei, qui rem accuratius examinaverit, plane apparebit (6). S. Hieronymo hunc librum falso attribui, non est quod pluribus dicam.

(2) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 118 Opp. Meurs. l. I. p. 596. Rufin. Apol. [Invectiva] in S. Hieron. lib. II cap. 8, Opp. ed. Vallarsi p. 365, Migne Patol. T. XXI p. 594, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV p. 420.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 11, l. I. p. 369.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 2 p. 457, 2.

(5) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 159; Hist. Laus. ed. Meurs. l. I. p. 371.

(6) Montefalconius illum librum ita describit: « Cod. LXXXIII, olim CCCXLVIII, membranaceus x circiter saeculi, foliorum 357. Continet ea quae sequuntur... fol. 266 *Ἱερωτόμων ἢ κατ' Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ιστορία*, i. e. *Historia monachorum Aegyptiorum*. Liber Hieronymo perperam adscriptus. Similis fere argumenti librum Palladio adscriptum iamdiu notum fecit Joannes Meursius, in praefatione videlicet ad Lausiacam Historiam, quod opus graecum primus edidit ille Lugduni Batavorum a. 1616. Est, inquit, in bibliotheca mea eiusdem an-

Itaque hoc obtinuisse mihi videor, illa conjectura difficultates optime solvi; quas vix alia ratione tam facile solvi crediderim. Sin autem vera sunt, quae conjecimus, Rufinum interpretem libri secundi esse, atque quodammodo auctorem dici posse, denuo intelligitur (1).

Sed conjecturas mittamus, atque ex iis, quae de libro secundo disputavimus, quae certa sunt, in unum componamus. Ea quidem huc redeunt. Graecus scriptor rerum, quae in libro secundo leguntur, certo non cognoscitur. Nec solum liber secundus, sed etiam graecus liber, e quo ille hauriebatur, Palladii Historiam Lausiacam aetate multum antecedunt. Deinde e libro secundo, aut, quod verisimilius est, ex eodem, quo is utebatur, fonte Palladius ea, quae ad senes Thebaidis pertinent, aliaque nonnulla in Lausiacam suam transtulit. Latinus denique 32 libri secundi interpres Rufinus est, qui librum in eam formam redegit, quae nunc habetur. Ac-

A cedit coniectura, Heraclidis fortasse librum fuisse, e quo libri secundi scriptor et Palladius hauserunt. Quantopere vero optandum sit, ut singulae vitae patrum eremi hucusque non editae, quarum multos codices graecos in bibliothecis vidimus, nec non Heraclidis paradisus, Historia Lausiaca Palladii graecumque libri secundi nostri exemplar edantur vel ad melioris fidei codices excudantur, unde nova lux huius quaestionis oriri possit, facile patet (2).

Expedita iam de libro secundo quaestione de Rufino id solum restat monendum, alium insuper fontem historiarum de Macariis ab eo relictum esse in *Continuatione* illa operis Eusebii, quam modo laudavimus.

§ 7. Et haec quidem de Rufino. Nunc ad Evagrium transeamus, qui varia de senibus scripta reliquit, in quibus de Macario tertantum loquitur. Fuit is natu maior Palladio; hic enim apud Socratem illius discipulus appellatur, ita tamen, ut paulo post mortem

clitoris διήγησις περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον διαλαμφάντων ἀγίων πατέρων. *Id quoque opus, si placere hanc Historiae Lausiacae editionem intellexero, communicabo* [Cf. annotationem nostram supra p. 14 not. 5]. An idem qui hic noster liber fuerit, incertum est. Vide notas Frontonis Ducaei in Lausiacam Palladii Tom. II Biblioth. Patrum graecolatinae. Auctoris praefatio praemittitur, cuius initium hoc: *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπιγνώσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὁ καὶ ἡμᾶς καθοδηγήσας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ δειξάς ἡμῖν μεγάλα καὶ θαυμαστά καὶ γραφῆς ἀξία* etc., i. e. *Benedictus Deus, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad veritatis agnitionem venire. Qui et duxit nos in Aegyptum, ibique nobis ostendit magna et mirabilia, memoria scriptoque digna.* Hunc librum conscripsit, inquit, *παρακληθεὶς συνεχῶς ὑπὸ τῆς εὐλαβοῦς ἀδελφότητος τῆς ἐν τῷ ἀγίῳ ὄρει τῶν ἐλαιῶν πολιτενομένης*, i. e. *frequenter rogatus a religiose fraternitate quae in sancto monte Olivarum conversatur.* Describit autem vitas sanctorum Patrum Joannis Lycopolitani, abbatis Or, Ammonis, abbatis Ben, monachorum civitatis Oxyrynchi, Theonis, Eliae, Apollo, Amun, Copretis, Patermutii, abbatis Surus, abbatis Elle, Apelle Joannis, Paphnutii, Pityrionis, Eulogii presbyteri, Isidori, Seraptonis, Appollonii martyris, Dioscori, monachorum Nitriae, alterius Ammonii, alterius Didymi oculatissimi, Chronidis et eorum qui cum eo erant, Macarii Aegyptii, Amun, Macarii cognomento πολιτικοῦ, Pauli simplicis, Ammonae, et Joannis. Deinde enumeratione facta periculorum, quibus hac in peregrinatione perfunctus est, claudit fol. 322, verso. »

(1) Tillemont. Mémoires T. XII et iterum T. XV statuit, Rufinum librum secundum non nomine suo scripsisse, sed alterius, Petronii scilicet Bononiensis episcopi, cuius *itineri describendo calamum suum commodavit.* Nititur Tillemontii argumentatio loco Gennadii, qui cap. XLI: « Petronius, » inquit, « scripsisse putatur vitas patrum monachorum Aegypti. » Sed doctum virum errasse dissertatio de vita Petronii, quae AA. SS. Boll. Oct. T. II p. 422 sqq. exstat, pag. 428. 429, dilucide ostendit.

(2) In codice ms. 11831 Bibliothecae Burgundicae Bruxellensis Sec. XVII, 4^o, invenimus *Διηγήματα περὶ τοῦ βίου τῶν ἀγίων πατέρων*, in quorum sine haec verba leguntur: « *Ex ms. Bibliothecae Augustanae ταύτας τὰς διηγήσεις descripsit fide qua debuit Danielis Davidis ex fratre nepos Hoeschelius Anno S. N. 1664 mense Januario.* » Is, qui codicem descripsit, in schedulae fronti adglutinatae pag. 1 notavit haec verba: *Τοῦ μακαρ. καὶ ἀγιοτάτου Παλλადίου ἐπισκόπου Ἐλενουπόλεως πρὸς Λαῦσον πραικόσιτον διηγήματα περὶ τοῦ βίου τῶν ἀγίων πατέρων. Ex codice membranaceo Bibliothecae Augustanae. Quod in margine saepiuscula huius apographi compendiose legitur exaratum σημ., nihil aliud est quam σημειῶσαι i. e. nota, observata, » etc., pag. 2 indicem capitum latine apposuit. Capita autem graeca illius libri ita se excipiunt: I. *Περὶ Ἰωάννου τοῦ ἐν Λυκῷ, ἑστὶ δὲ πάλις Θεοδοῦτος.* Ἐθεασάμην οὖν ἐν τοῖς ὄροις Λυκῷ τῆς Θεοδοῦτος τὸν μέγαν καὶ μακάριον Ἰωάννην ἄνδρα ἀγιὸν ἀληθῶς κ. τ. λ. (in cod. p. 1 sqq.). II. *Περὶ Ἡρωῶς τοῦ ἀκριβοῦς καὶ ἐναρέτου τὸν βίον καὶ κεροδόξου... γειτνιῶν μοι Ἀλεξανδρέως κ. τ. λ. (p. 30 sqq.),* finitur μετ' ὀλίγας ἡμέρας. III. *Περὶ τῶν Ταβερνησιωτῶν καὶ**

Valentis Augusti, qui anno 378 obiit, uterque A floruerit (1). Evagrius in solitudinibus Aegypti ipse solitariam vitam duxit, et Palladio teste quinquaginta quatuor annos natus in solitudine animam efflavit (2). Unus ex septem sociis fuit, inter quos Palladius et libri secundi scriptor e Nitria ad Joannem in Lyco profecti sunt (3). Scriptor quidem iste Evagrium in Celliis vidit (4); Evagrius ipse in libris ad Anatolium amicis scriptis se in Scete residere profitetur (5). Quum Evagrius tribus solis locis (6) de Macariis loquatur, neque, de quonam Macario narret, ubique addiderit, licet aetate ceteris antecedit, et una cum Macariis in illis regionibus 33 eodem tempore vixerit, post Palladium et Rufinum testem audiri eum consentaneum videtur.

§ 8 Venimus ad S. Hieronymum. Qui non nisi oblata occasione obiterque de Macariis loquitur, sed unam nobis difficultatem de Macario quodam obiicit (7), quam suo loco expediemus. Multum temporis in Aegypto illum

τὰ περὶ τὸν ἄγιον Παχώμιον. Ταβέννησις ἐστὶ τόπος ἐν τῇ Θηβαΐδι κ. τ. λ. (p. 33 sqq.), finis : ἀκοινωνήτους ποιήσας. IV. Περὶ τῆς ὑποκρινομένης μωρίας παρθένου. Ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ παρθένος τις ἦν κ. τ. λ. (p. 40 sqq.), finis : καὶ ὑπὸ τῶν πλειόνων μυστατομένη. V. Περὶ Πιτηροῦμ [finis huius nominis in codice lectu difficilis est]. Περὶ ταύτης τῆς ὁσίας τῷ ἁγίῳ Πιτηροῦμ [nomen lectu difficile est] παρῆστη ἄγγελος κ. τ. λ. (p. 42 sqq.), finitur : περὶ τῆς γενναίας ταύτης μακαρίας. VI. Περὶ Διδύμου τοῦ ἀπὸ ὀμμάτων καὶ ἐρμηνέως τῶν θείων Γραφῶν, κ. τ. λ. (p. 45 sqq.), finitur : καὶ τὴν ἑβδομάδα, καὶ εὐρηται οὕτως. VII. Περὶ Παφνουτίου. Μιὰ τῶν ἡμερῶν συνδραμόντος καὶ Παφνουτίου κ. τ. λ. (p. 47 sqq.), finitur : τοὺς ἀλλοφύλους εἰς τὸ θρος τοῦ δοῦκ. VIII. Περὶ τοῦ ἄλλου Παφνουτίου. Ἐθεασάμεθα δὲ καὶ τὸν τόπον Παφνουτίου κ. τ. λ. (p. 56 sqq.), finis est : καὶ ἀγγέλων ἀναλαβανόμενον ὑμνοῦντων τὸν Θεόν. IX. Περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις καὶ μεγάλου πατρὸς Ἀπολλῶ. Ἐθεασάμεθα δὲ καὶ ἕτερον ἄνδρα ἁγίον κ. τ. λ. (p. 63 sqq.), finitur : Ἰερουσαλήμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν. X. Περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κόρη, ἐν οἷς καὶ περὶ τοῦ μεγάλου πατρὸς Πατερμουθίου. Ἦν δὲ τις πρεσβύτερος ἔχων πλησίον ἐκεῖ κ. τ. λ. (p. 85 sqq.), finis : τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀνάπαυσιν. XI. Περὶ τῆς ἀειμνήστου καὶ μακαρίας Μελάνης. Ἡ τρις μακαρία Μελάνη Σπάνη ἦν κ. τ. λ. (p. 98 sqq.), finitur : ἐν Ἰερουσαλήμ ἔχουσα συνοδίαν παρθένων. XII. Ἐτι περὶ τῆς μεγάλης καὶ ἁγίας Μελάνης λόγος ἕτερος τοῦ αὐτοῦ. Περὶ τῆς θαυμασίας καὶ ἁγίας ἐν γυναιξὶ Μελάνης κ. τ. λ. (p. 100 sq.), finitur : ἀπρακτα μετανοούντων ὄψε τοῦ καιροῦ. XIII. Περὶ Μελάνης τῆς νεωτέρας. Ἐπεὶ δὲ προὔπεσθόμεν ἄνωτέρω δι-

transegisse vix crediderim. Id enim ex Rufini Apologia [Invectiva] colligi potest, qua legitur : « Ceterum iste [S. Hieronymus], qui in tota vita sua non totos triginta dies Alexandriae, ubi erat Didymus, commoratus est, per totos paene libellos suos longe lateque se iactat Didymi videntis esse discipulum, et καθῆγητὴν, id est praeceptorem, in Scripturis sanctis habuisse Didymum. Et omnis ista iactantia uno mense quaesita est (8). » Quanquam autem S. Hieronymus Alexandriae aliquantisper tantum Didymum auditurus consedit, tamen, antequam in Palaestinam rediret, Aegypti monasteria peragravit. Ipse enim scribit : « Contendi Aegyptum, lustravi monasteria Nitriae et inter Sanctorum choros aspides latere perspexi (9), » Origenistas intelligens, quibus favebat Rufinus. Singula igitur, quae per S. Hieronymi opera sparsa de Macariis leguntur, post Evagrii loca diiudicabimus.

§ 9. Ultimus se nobis offert Cassianus. Is exeunte saeculo quarto, quum iuvenis esset,

γῆσασθαι περὶ τοῦ παιδίου Μελάνης κ. τ. λ. (p. 103 sqq.), finis : καὶ παρθένων καὶ δουλίδων. XIV. Περὶ Πινναίου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. Ὁμοίως καὶ Πινναϊνὸς ὁ τότε ἀνὴρ αὐτῆς, νῦν δὲ τῆς ἀρετῆς σύνεργος κ. τ. λ. (p. 109), finis : ἔργοις τῆς ἀρίστης πολιτείας. XV. Περὶ τῆς ὑποδεξαμένης παρθένου τὸν μακάριον Ἀθανάσιον. Παρθένον οἶδα τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἣν κατέλιθα κ. τ. λ. (p. 109 sqq.), finis : εἰς τὴν ἐμὴν δόξαν καὶ ἀσφάλειαν. XIV. Διήγησις Ἰππολύτου τοῦ γνωρίμου τῶν ἀποστόλων. Ἐν ἄλλῳ βιβλιδιᾷ [cod. βιβλιοθαλάμῳ] ἐπιγεγραμμένῳ Ἰππολύτου κ. τ. λ. (p. 112 sqq.), finis : μακαρίων σταφάνων παρὰ τῆς ταύτου φιλανθρωπίας ἤξιώθη. Itaque hoc opus non tam libro collectionis Rosweidianaee secundo cognatum, quam e singulis capitibus Historiae Lausiacaee compositum esse intelligitur.

(1) Hist. Eccles. lib. IV cap. 23 ed. Valesius Mog. 1677 p. 238.

(2) Hist. Laus. cap. 88 Opp. Meurs. l. I. p. 549.

(3) De hac re supra p. 24 disputavimus.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 27 p. 479, 1.

(5) Galland. Bibl. PP. T. VII p. 553.

(6) Ibid. p. 561. 565.

(7) In vita S. Pauli eremitaee, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV. P. II p. 69.

(8) Rufini Apologia [Invectiva] in S. Hieronymum lib. II cap. 12, Opp. ed. Vallarsi p. 367, Migne Patrol. T. XXI p. 594; S. Hieron. Opp. ed. Bened. l. I. p. 422.

(9) Apol. adv. Rufinum lib. III, S. Hieron. Opp. ed. Bened. l. I. p. 459 sq. De itinere S. Hieronymi in Aegypto cf. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. XXII] p. 60 sqq.

ex coenobio Bethlehemitico in Aegyptum venisse videtur (1), et in sola Thebaidis eremo septennium explevit (2); unde colligere licet haud exiguum temporis spatium reliquae peregrinationi—nam multum peregrinatus est—ipsum impendisse. Neutrum Macariorum superstitem invenit, sed, quae in Collationibus Patrum de iis refert, ex 34 ore Serapionis senis, et Nesterotis, antiquissimi anachoretæ, accepit (3). Nihilominus libri Cassiani ad cognoscendam indolem et disciplinam solitariorum illius temporis magni pretii sunt et ob integritatem scriptoris et ob prudens, quo eum excellere arbitror, iudicium.

§ 10. Commemoratis auctorum, qui cum Macariis vixerunt, aut ab eorum aequalibus de iis edocti sunt, scriptis restat, ut de ceteris fontibus, quorum auctores et aetatem nescimus, quaeramus. In his numerandi sunt Rosweidianae collectionis tertius (4), quintus (5), sextus (6) et septimus (7) liber VV. PP., atque liber sententiarum patrum Aegyptiorum (8). Qui quidem libri quibusnam graecis scriptoribus—nam primitus graece compositi fuerunt—originem debeant, ignoramus, ac sola latinorum interpretum nomina cognita sunt, ex quibus istos quoque antiquissimis illis temporibus scriptos esse apparet. Tantum vero abest, ut iis propria contineatur temporum senumque descriptio, qualem libri Palladii, Rufini, aliorum praebent, ut nihil nisi collectio relationum et sententiarum videantur congestarum ex variis de senum vita et disciplina scriptis sive deperditis aut in pulvere adhuc delitescens, sive iam excusis. Nihil, qui eos concinnavit, ipse vidit, nihil ipse percepit, nihil ipse expertus est. Incipiens ab aliqua historiuncula alteram et tertiam addit, quae singulae singulos senes spectant, ac saepenumero ipsis verbis auctoris cuiusdam, quem novimus, ita ut compilationem undique manifestam deprehendas. Magni autem, dummodo quae confuderunt acriter dispiciamus, aestimandi sunt libri illi, quum multa nobis

A referant, quae apud auctores Macariis aequalis non leguntur, et fortasse ex scriptis sunt desumpta, quae aetatem Macariorum attingunt. 35 Liber quartus Rosweidianae collectionis supra haud nominabatur, quod non nisi excerptis Sulpitii Severi et Cassiani locis constat, qui melius in plenis eorum libris leguntur, et ad superiorum scriptorum classem pertinent. Neque Sulpitius Severus de Macariis expresse uspiam loquitur. Libro nono et decimo VV. PP. Rosweidianae collectionis nihil de Macariis continetur. Iam vero quod ad librum tertium et septimum attinet, animadvertendum est, omnes locos, qui in septimo leguntur de Macario, si eadem narratio in tertio quoque reperitur, cum huius libri relatione prope ad verbum consentire. Unde efficitur, alterutrum interpretum in libro conscribendo non solum eundem graecum textum, sed etiam alterius versionem ad manus habuisse. Verum inter librum tertium et quintum ea tantum similitudo intercedit, ut in narrationibus de Macariis, quae in utroque leguntur, concinnatores eodem graeco textu usos esse statui oporteat. Quod idem de nexu inter sextum et tertium librum valet, hoc solo discrimine, quod una de Macariis narratiuncula in utroque iisdem verbis reddita est. Sententiae denique patrum Aegyptiorum a Rosweido in fine collectionis editae paucissima dumtaxat in nostram rem suppeditabunt.

§ 11. Sed ad fontes a Rosweido editos alii accedunt. Inter quos primo loco nominanda videntur illa *Apophthegmata patrum*, quae apud Cotelierum Eccl. Graec. Mon. T. I p. 338 sqq. habentur, alphabetico ordine digesta. Quod opusculum, cuius primam mentionem saec. XII factam esse invenio (9), ita compositum est, ut singulorum patrum nominibus narrationes, quae de iis circumferebantur, subiunctae sint. Codices ego Viennae duos inspexi, unum membranaceum et pervetustum (10), 36 alterum chartaceum (11). Qui quidem codices ab exemplari Cotelierii non-

(1) Cf. Cassiani Opp., Alardi Gazaevi ep. ad lectorem initio. Oudin. Commentar. de Scriptt. ecclesiast. T. I p. 1133 sqq.

(2) Coll. XVII cap. 31, Opp. Cassiani ed. Gazaevus p. 513, Migne p. 1087.

(3) Cf. infra Caput V.

(4) VV. PP. Rosw. p. 492 sqq.

(5) Ibid. p. 562 sqq.

(6) Ibid. p. 644 sqq.

(7) Ibid. p. 665 sqq.

(8) Ibid. d. 1002 sqq.

(9) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 166 cum nota Cotelierii p. 747. Cf. infra Caput VII.

(10) Cod. ms. hist. graec. Bibl. Caes. Vindob. Nr. 44, olim 41 fol. Apophthegmata illa exstant a fol. 1 usque ad fol. 141, 2. Codicem maximopere dignum, qui cum exemplari Cotelierii conferatur, descripsit Lambecius Commentar. T. VIII p. 838.

(11) Cod. ms. hist. graec. Nr. 9, olim 42 in fol. maiore. In principio et fine mutilus est. Apophthegmata illa habentur fol. 1—80. Codicem Lambecius descripsit l. I. p. 840 sqq.

nullis locis differre, atque etiam locupletiores esse videbantur, ita ut maximopere digni sint, qui cum edito textu Cotelieri conferantur. Observandum autem est, compilatorem illius opusculi Apophthegmata inscripti in praefationis fine de appendice quadam a se adiecta loqui, qua « senum effata, quorum nomina non nominantur, » collegert (1). Eam igitur appendicem, quam nuspiam editam videmus, chartaceo illo altero codice a fol. 80, 1 usque ad fol. 163, 1 contineri existimo, quippe quo continuo post Apophthegmata collectio narrationum de patribus sine inscriptione sequatur; sed initium deesse videtur. Hae autem narrationes solummodo usque ad fol. 145, 2 de senibus anonymis agunt, unde aliae nonnullae de senibus, quorum nomina addita sunt, sequuntur, atque inter eas tres de Macariis, quas e codice descriptas iusto loco adjugetur. Neque illud hic omittere, in altero quoque, membranaceo illo et pervetusto, codice post Apophthegmata a fol. 141, 2 usque ad fol. 158 quasdam narrationes continuo sequi inscriptas: *Διήγησις ἐκ τοῦ βίου τοῦ Ἀββᾶ Δανιήλ. Ἦν τις γέρων ἐν τῇ Σκήτῃ...* (2). Itaque alteram habemus Apophthegmatum appendicem, quae tamen, quum nomina senum, de quibus agitur, adscripta sint, eadem illa, cujus Apophthegmatum praefatio memorat, esse nequit. De Macariis huic alteri membranacei codicis appendici nihil inest.

Iam praeter illa Apophthegmata et quae cum iis cohaerent, alia quoque nonnulla Apo-

(1) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 339: Ἐπειδὴ δὲ εἰσι καὶ ἕτεροι λόγοι γερόντων ἀγίων καὶ πράξεις μὴ ἐμφαίνοντες τὰ ὀνόματα τῶν τε εἰρηκότων αὐτοῦσι καὶ πραξάντων, τούτους μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν κατὰ στοιχείον ἐν κεφαλαίοις ἐξεθέμεθα.

(2) Brevem hoc loco notitiam rerum, quae in altera hac, membranacei codicis, appendice continentur, cum lectore communicare lubet. Ubi fol. 141, 2 — fol. 158 narrationes septem leguntur ita inscriptae: I. *Διήγησις ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἀββᾶ Δανιήλ. Ἦν τις γέρων ἐν τῇ Σκήτῃ ὀνόματι Δανιήλ καὶ εἶχε μαθητὴν. συνέκησαν δὲ τῷ μαθητῇ αὐτοῦ κ. τ. λ. II. Περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἀπὸ ὀμμάτων. III. Περὶ τῆς ἀγίας καὶ σώφρονος κόρης. IV. Περὶ τῆς πατρικίας μετονομασθείσης εὐνοῦχος. V. Περὶ ἀργυροπράτου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ. Ἦν τις ἀργυροπράτης ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ νεώτερος ὀνόματι Ἀνδρονίκος κ. τ. λ. VI. Περὶ τῆς προσποιουμένης μεθύειν. VII. Περὶ τοῦ Λατόμου.* His igitur capitibus codex terminatur. Recentior manus in fine adscripsit: *τέλος τῶν ἀποφθεγμάτων καὶ πράξεων τῶν ἀγίων πατέρων*, quae re-

phthegmata, quae Possinus prior, 37 deinde Pritius edidit (3), adhibebimus, nec non ea, quae passim in vitis Sanctorum, quas Bollandistae ediderunt, habemus (4). Porro quae de exilio senum temporibus illius persecutionis a Lucio excitatae e Rufino, Socrate et Sozomeno repetuntur, non omitemus, ac locum denique e vita S. Posthumii examinabimus, quo lis de Macario S. Antonii discipulo, num unus ex nostris Macariis fuerit, nec ne, discernetur (5). Neque vero nostrum esse illud visum est, eorum quoque Historiae Ecclesiasticae scriptorum, qui fontibus illis primariis innituntur, ex iisque res et verba hauserunt, e quorum numero Socrates, Sozomenus, deinde Suidas, Nicephorus Callistus sunt; locos relationesque in medium proferre, quippe quibus parum proficere possimus. Attamen eos breviter recensere a re alienum non esse putavi.

Stratam igitur viam alacriter iam nunc insistamus, singulis de Macariis in unum componentes et claram idoneamque eorum effigiem, quantum possumus, depingentes. Ac primum quidem Palladium testem audiamus.

CAPUT II.

PALLADIUS DE SANCTO MACARIO AEGYPTIO.

§ 12. Palladii Historia Lausiaca, quae codicibus Vindobonensibus continetur, de duobus Macariis incipit hoc modo: « Sanctorum et immortalium patrum, Macarii Aegyptii et Macarii Alexandrini, egregiorum et invictorum athletarum, honestae vitae certamina, quae sunt multa et magna, vereor dicere et descri-

spicere videntur ad vocabula ab eadem manu in folio chartaceo fronti codicis adglutinato scripta: *βιβλος περιέχουσα Ἀποφθέγματα καὶ πράξεις ἀγίων πατέρων συναθροισθεῖσα ὑπὸ διαφόρων ἀγίων καὶ σοφῶν ἀνδρῶν.* Apophthegmata autem, quae codicis fol. 1, 1—141, 2 leguntur, hoc titulo antiqua manu scripto: *βιβλος περιέχουσα Ἀποφθέγματα καὶ πράξεις ἀγίων πατέρων* insignita sunt.

(3) Thesaurus Asceticus sive syntagma opusculorum octodecim a graecis olim patribus de re ascetica scriptorum. Ea nunc primum prodeunt e vetustissimis mss. codicibus eruta, collectore atque interprete Petro Possino Soc. Jesu. Parisiis 1684. 4. Apophthegmata exstant p. 243 sqq. Sancti Patris Macarii Aegyptii opuscula nonnulla et apophthegmata ed. Jo. Georgius Pritius Lipsiae 1699. Apophthegmata exstant p. 251 sqq. Eaque typis repetivimus infra in harum quaestionum Appendice altera sub II.

4) Cf. infra Caput VII.

5) Cf. infra Caput VIII.

bere, ne iis, qui talia minus curant, mendax esse videar propter immensam magnitudinem exercitationum vires naturae excedentium. Sed et eorum gratia, qui virtutibus spiritus ornati dona divina experti sunt dignis distributa, virtutes enarrabo sanctorum Macariorum, qui nomina quoque sanctis suis certaminibus asceseos digna possidebant. » Qua singulari atque insolita introductione usus Palladius Macarios sane prae ceteris senibus, quorum res gestas narravit, magnopere praedicat. Ac pergit ita narrare : « Primum quidem Macarii Aegyptii, qui vixit integros nonaginta annos, virtutes proferam. Is in solitudinem triginta annos natus ascendit, in qua annos sexaginta peregit. Tanta labores exercitationis tulit constantia, ut post decem annos insigni quadam distinctione dignus habitus *παῖδα-ριότητων* vocaretur, quia citius, quam pro aetate, virtutibus profecerat. Quadraginta enim annos natus potestatem expellendi daemones, gratiam curationis, spiritumque prophetiae accepit, et honorabili quoque sacerdotio dignus existimatus est. Cum ipso duo habitabant discipuli in intima solitudine, quae vocatur Scete. Quorum unus semper prope illum erat eorum causa, qui veniebant, ut curarentur; alter seorsum sedebat in propria cella. Procedente autem tempore vir sanctus perspicaci oculo praevidens, ei, qui sibi ministrabat, Joannis nomine, qui postea presbyter factus est in ipsius vicem : Audi, inquit, frater, meam admonitionem, quoniam te tentat spiritus avaritiae. Ita enim equidem vidi, neque ignoro, si meam aequo animo tuleris exhortationem, in opere Dei hoc loco consummaturum te esse gloriosumque fore et flagellum non appropinquaturum tabernaculo tuo. At si me non audieris, Giezi in te finis veniet, cujus et morbo laboras. Haec dicta sunt quinque annos antequam sanctus obiit. Et quindecim annis post mortem Macarii quum Joannes bona pauperum avertisset, ita laboravit elephantiasi, ut in corpore eius non inveniretur integer locus, in quo quis digitum figere **39** posset. Ita in eo, qui non obedierat, propheta sancti viri impleta est. De cibo autem et potu supervacaneum est narrare, quoniam ne apud socordiores quidem monachos monasteriorum, quae extra sunt, inveniri ingluvies possit aut alia quaedam a consuetudine eorum, qui in istis locis morantur, diversa vivendi libertas, cum propter inopiam rerum necessariorum, tum propter zelum Dei inter eos, qui

A ibi habitant, unoquoque semper proximum variis vitae institutis vincere contendente. Atque ad aliam hujus viri exercitationem quod spectat, ipse dicebatur adsidue in ecstasi esse, et majori tempore Deo magis quam rebus terrenis occupari. Nec pauca feruntur miracula ab eo peracta.

« Libidinosus quidam homo, Aegyptius genere, captus erat amore cuiusdam pudicae mulieris, quae viro nupserat. Quum desiderio frustraretur, convenit magum, cui : Fac, inquit, arte tua, aut ut amet me, aut ut maritus eam foras eiiciat. Magus, quae poterat expertus, quoniam castum ejus animum dimovere non posset, effecit, ut equa videretur iis, qui eam intuebantur. Maritus ergo ejus ubi foras venit, in forma equae eam conspicatus ingemuit ac flevit de iis, quae acciderant. Vocatis deinde vici presbyteris eam ostendit, sed ne hi quidem rem intellexerunt. Quum igitur illa tribus diebus nihil omnino comedisset, postremum Deus, sanctum suum glorificaturus, cogitationem marito iniecit adeundi cum ea sanctum virum in solitudine; quare is capistro ligatam ut equam duxit, ubi vir Dei habitabat. Appropinquant fratres : Quid, inquit, huc equam adduxisti? Ille respondet : Ut iusti oratione misericordiam consequatur. At hi : Quid tandem mali habet? Respondet : Haec, quam videtis equam, cara mea uxor erat, et, quid iam ei acciderit, nescio. Revelata autem sancto omnia erant, quae femina patere-tur, et Deum orabat pro ea. Illi vero quum ista audivissent, referunt ad servum Christi Macarium, dicentes : Equam aliquis huc adduxit. Quibus is : Vos, inquit, estis equi, qui equorum oculos habetis; illa autem femina est, ut est creata, et ita transformata oculis tantum **40** apparet eorum, qui sunt decepti. Deinde aqua benedicta nudam, quam adduxerant, a summo vertice aspersit, quumque super caput eius precatus esset, statim omnibus eam videntibus femina apparuit. Atque vir Dei ei cibum apponi iussit. Tum eam commonuit, dicens : Nunquam non compares in ecclesia Dei et in communione mysteriorum Christi; haec enim tibi acciderunt, quia iam quinque hebdomadibus non accessisti ad intemerata Christi mysteria. Ita eam corpore et anima sanata dimisit.

« Porro dicebatur posteriore vitae suae tempore subterraneum fodisse cuniculum in dimidii spatium stadii et speluncam adiecisse. Si quando igitur complures ei erant molesti,

occulte e cella egressus abiit in speluncam, ita, ut nemo eum inveniret. Abiens vero per cuniculum viginti quatuor orationes dicebat usque ad speluncam, et rediens totidem.

« De eo quoque fama exiit, quod mortuum suscitavit, ut convinceret haereticum, qui resurrectionem corporum non profitebatur. Quae quidem fama constans fuit in solitudine.

« Alias ad ipsum mater adduxit adolescentem, qui a daemone vexabatur, a duobus adolescentibus utrimque constrictum. Eamque in eum vim daemon exercuit, ut trium modiorum panes comederet et amphorae Ciliciensis aquam biberet. Quos cibos exinde eructans in vaporem resolvebat, tanquam igne consumerentur. Est enim ordo quidam daemonum, qui igneus vocatur; qui quidem non essentia, sed, ut in hominibus quoque invenitur, mente potius differunt. Iste igitur adolescens, si a matre non satis ei suppeditabatur, saepe propriam suam edebat corporis egestionem et lotium bibebat. Flente matre et lamentante sanctumque enixe obtestante, istum sanctus excepit et supplex pro eo Deum oravit. Ac post duos dies miserum daemon cruciatum remisit. Tunc matri ejus: Quantum, inquit, vis, ut comedat? Quam, cum decem libras significasset, increpavit, quia nimium dixisset; atque iterum super adolescente precatus cum ieiunio septem dierum, daemonem ingluviei ab eo expulit et cibum ei constituit trium librarum panem, quem comedere deberet, **41** si operaretur. Ita et hunc virtute divinae gratiae sanatum matri reddidit.

« Talia Deus stupenda miracula fecit per dilectum suum Macarium, cuius immortalis anima nunc est cum angelis. Ego sanctum ipse non conveni; anno enim, antequam in solitudinem ingrediebar, obierat (1).»

§ 13. Hisce ea, quae Historia Lausiaca codicum Vindobonensium de Macario Aegyptio habet, continentur. E quibus singula si contuleris, cognosces, textum Meursii in hoc quidem capite rebus vix differre, sed depravationibus scatere. Ad ea autem, quae commemoravimus, adnotanda nobis haec esse videntur.

Primum quidem e verbis, quibus duos di-

(1) Textus graecus legitur infra in harum Quaestionum Appendice priore sub I.

(2) Cf. supra p. 4.

(3) Vita S. Antonii, S. Athanas. Opp. T. I P. II p. 689 sqq., Rosw. VV. PP. 59 sqq.; Hist. Laus.

A scipulos una cum Macario in Scete habitasse legimus, unum in cella Macarii, alterum in propria cella, nemo concludet, alios solitarios una cum Macario inibi non vixisse. Senes enim abstinentia et virtutibus insignes procul aliquantum a monasteriis, quibus praeerant, sibi cellam instituere solitos esse supra docuimus (2). Ita S. Antonius legitur duos pariter ad mortem usque secum discipulos habuisse, ceteris monachis, qui sub ejus disciplina vivebant, in vicinitate degentibus (3). Solitarios vero praeter duos illos cum Macario in Scete habitasse, iam inde patet, quod Macarius presbyter Scetis fuit.

B Narratio, quae sequitur, de femina in equam mutata etiam in libro secundo (4), sed nupiam alibi invenitur. Nec libri secundi narratio tam large exculta est, atque illa Palladii, neque mulier est, sed virgo, filia patris familias vicini oppidi, quae, ut verbis ipsis utamur, « per phantasias magicas videbatur hominibus in equinum animal versa, ut putaretur equa esse, et non puella. Hanc adduxerunt ad eum [Macarium **42** Aegyptium]. Tunc ille perconctatus, quid vellent? Aiunt parentes eius: Equa haec, quam vident oculi tui, puella virgo et filia nostra fuit, sed homines pessimi magicis artibus in animal hoc quod vides mutaverunt eam. Rogamus ergo, ut ores Dominum, ut commutet eam in hoc quod fuit. At ille ait: Ego hanc, quam ostenditis mihi, puellam video nihil in se pecudis habentem; hoc autem, quod dicitis, non est in eius corpore, sed in oculis intuentium. Phantasiae enim daemonum sunt istae, non veritas rerum. Et cum introduxisset eam cum parentibus suis intra cellulam, flexis genibus orare Dominum coepit, simulque et parentes rogat secum Domino supplicare; et post haec perungens eam oleo in nomine Domini, omni fallacia visus expulsa, virginem videri omnibus ut etiam sibi videbatur effecit. » Verisimile est, utramque et Historiae Lausiaca et libri secundi narrationem ex eodem fonte manasse. Quod facilius creditur, quum ex iis, quae supra disseruimus (5), constet, Palladium, qui Lausiacam scripsit, aut librum secundum aut, quod nobis probabilius visum est, textum graecum, e quo liber ille fluxit, adhibuisse

ed. Meurs. cap. 26 Opp. Meurs. I. I. p. 419.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 480, 1; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 194, Migne Patroł. T. XXI p. 451.

(5) Cap. I §. 6.

Eundemque, qui anno post mortem Macarii Nitriae montem intravit, ubi decem fere annos solitudini Scetis vicinus degit (1), accuratorem famae relatores duxeris, praesertim quum Rufinum infidum interpretem esse constet.

Quod ad fabulam ipsam attinet, magicas artes apud Aegyptios ab antiquissimis inde temporibus in usu fuisse, non est, quod dicam. Legimus etiam, Commodum imperatorem Philippum Aegypti administratorem « cunctis curiositatem magicam sectantibus finem imposuisse (2). » Quarto saeculo imperatores adversus magos leges sanxerunt (3), quarum una eorum quoque scientiam proscribit, qui magicis accincti artibus aut contra salutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse **43** detegantur (4). Iuvenis e regione Gazae urbis oriundus, de quo in vita S. Hilarionis († 372) narratur, a magis edoctus sub limen domus puellae amatae tormenta quaedam verborum et portentosas figuras in aëris Cyprii lamina sculptas defodit; quo facto insanire virgo coepit, inclamare nomen adolescentis, et prae amore in furorem verti, quo a S. Hilarione liberatur (5). In nostra fabula magus feminam, cui turpem amorem iniicere nequit, non ita mutat, ut sit, sed ut videatur tantum equa esse. Apud veteres ethnicae gentes legimus, homines quosdam in animalia ita

converti, ut re vera animalia sint, quorum naturam, mente integra servata, accipiant. Quod experti sunt socii Ulyssis, Actaeo, Io, alii a Circe, Diana, Jove aliisque diis in animalia mutati (6). Ac magi medii aevi ipsi quidem formam ac naturam animalium induunt, cuius rei exempla apud veteres quoque non desunt (7), neque tamen alios in animalia vertere potuisse dicuntur (8). Quare et ab istis antiquis et ab hisce medii aevi mutationibus nostra probe est distinguenda, quae, magicis praestigiis effecta, non in corpore feminae, sed in oculis intuentium exstitit. Talem autem vim, qua hominum oculi decipiuntur, magis attribuunt S. Lactantius, Tertullianus (9), Minucius Felix. E quibus S. Lactantius: « Magorum quoque ars, » inquit, « omnis ac potentia horum [daemonum] aspirationibus constat, a quibus invocati, visus hominum **44** praestigiis obcaecantibus fallunt, ut non videant ea, quae sunt, et videre se putent illa, quae non sunt (10). » Minucius Felix: « Magi quoque, » inquit, « non tantum ciunt daemones, sed etiam, quidquid miraculi ludunt, per daemones faciunt; illis adspirantibus et infundentibus praestigias edunt, vel quae non sunt, videri, vel, quae sunt, non videri (11). » Sed exempla, magos praestigiis effecisse, ut homo conspiceretur animal, multa inveniri vix crediderim (12). Quanquam alia oculorum ludibria

(1) C. infra Caput III §. 20.

(2) S. Eugeniae vita cap. 1, VV. PP. Rosw. p. 340, 1.

(3) Tit. Cod. de maleficis et mathematicis (IX, 18).

(4) Lex 5 Cod. l. l.

(5) S. Hilarionis vita cap. 14, VV. PP. Rosw. p. 78, 2 sqq.

(6) Odys. X, 229 sqq.; Ovid. Metam. lib. III, 193 sqq.; Aeschyl. Prometheus; Ovid. Metam. lib. I, 610.

(7) Herod. IV, 105.

(8) Grimm Mythologie Ed. I p. 623. Ubi vir doctus non omnino vere dixisse videtur; nam in Trithemii Chron. Hirsaug. ed. Francof. 1601 ad a. 1010 de iuvene a duabus vetulis in formam asini mutato legitur. Cf. Vinc. Bellov. Spec. Nat. III, 109. Heliodorus quemvis hominem in quodlibet animal mutare poterat. Cf. Fazelli rerum Sicularum decas I lib. III, 4, 59 sqq. Grimm illum locum libri sui ipsaq. iam reprobasse videtur; nam in altera editione non habetur.

(9) Apolog. cap. 22. 23.

(10) Divin. instit. II, 15 §. Lact. Opp. ed. Migne T. I p. 332.

(11) Octavius cap. 26, Bibl. Patrum Eccl. Lat. select. c. Gersdorf Vol. XIII Lips. 1842 p. 37,

Migne Patrol. T. III p. 322.

(12) S. Augustinus de civ. Dei XVIII, 18: « Et nos, » inquit, « cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, ubi stabularias mulieres, imbutas his malis artibus, in caso dare solere dicebant, quibus vellent seu possent viatoribus, unde in iumenta illico verterentur, et necessaria quaeque portarent, postque perfuncta opera iterum ad se redirent, nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamque servari, sicut Apuleius in libris, quos Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno, humano animo permanente, asinus fieret, aut indicavit, aut finxit ». Augustinus addit: « Haec vel falsa sunt, vel tam inusitata, ut merito non credantur ». S. Aug. Opp. ed. Migne T. VII [Patrol. XLI] p. 574. Trithemius l. l.: « Contigit, » inquit, « circa haec tempora Henrici imperatoris mirabile factum. Iuvenis quidam maleficio duarum vetularum in formam asini mutatus est, ita ut omnibus videntibus asinus appareret, quod multis impossibile videtur non intelligentibus, quod permissione divina spiritus malignus oculos hominum mirandis ludificationibus illudere potest. » Cf. Vinc. Bellov. l. l. et Fazelli l. l. In Chronici Hirsaugiensis editione altera locupletiore, S. Galli 1690

a magis facta medio aëvo saepe narrantur. Faustus, ut unum tantum prodam, currum foeno oneratum devorare ac postea evomere videtur, vina, quæ compotores optant, e mensa elicit, efficitque, ut quisque nares ceterorum pro uvis habeat (1). Neque, utrum daemone ope magus Aegyptius equae speciem suggererit feminae, a Palladio et libro secundo edocemur (2). In apocrypha S. Basilii vita — saeculo 45 mea quidem sententia octavo vel nono conscripta — de amatore traditur, qui suadente mago diabolum ipsum adit, apud quem per literas Christo renuntiat, sed nuptiis factis ad poenitentiam se con-

vertit (3). Atque incolae Siwah Oasis hodie dum magos sibi amorem mulierum conciliare posse credunt (4).

46 Iam, quomodo Macarius feminam a magi praestigiis solvat, animadvertite! Orationibus ad Deum praemissis infelicem aqua benedicta a summo inde vertice capitis madefacit, ut Palladius narrat, oleo sancto perungit, testante libro secundo. Quod quidem utrumque, et oleum et aqua benedicta, apud senes Aegypti in usu fuit ad magorum fallacias evertendas. Olei usus ad curandos infirmos, aquae benedictae ad magorum incantationes solvendas frequentior fuisse videtur. Aqua benedicta et

T. I p. 155, eadem, ut videtur, historiuncula ad a. 1013 haec traditur: « Circa haec tempora res miranda contigisse in Burgundia legitur, de qua multi sapientes diversimode opinantur. Mulier quaedam saga, quales vulgo recte maleficas appellamus, iuvenem quendam poculo exantato diabolicis non dubium carminibus in bestiam commutasse visa est, ita quod omnibus, qui eam viderant, non homo, sed asinus apparebat. Quae res quam sit facilis permittente Deo, ac sagae coeoperante diabolo, iam dudum sententia doctorum exploratum habemus, qui confirmant, diabolo non esse difficile, modo cunctipotens permiserit Deus, hominum decipere sensus.»

(1) Die Sage von Doctor Johannes Faust unters. von H. Düntzer 1846 p. 177. 203. 70. Similia prodigia in oppido Crucenaco magister Theodo Magus fecit. De quo Trithemius in chron. Spauheim. ad a. 1262 ed. Francof. a. 1601 p. 284 haec narrat: « Anno Joannis abbatis huius monasterii X, venit quidam homo ex partibus inferioribus ad terras istas, qui vocabatur magister Theodo, magus et praestigiator admirabilis, qui multa et incredibilia fecit prodigia. Nam in oppido Creutznacht coram omni populo publice in foro caput fauuli sui amputavit, quod post spatium unius dimidiae horae corpori iacentis restituit. Cum canibus in aere quasi ad venandum ambulare videbatur, ascendens atque descendens, et clamans in altissimis quasi a remotis. Armatum hominem devorasse putabatur. Currus quoque lignis seu focuo oneratos cum equis devoravit, sicut nescientes modum putabant. Alia quoque stupenda fecit, quae scribi hoc in loco superfluum duxi.»

(2) Magos vim suam ad prodigia facienda a daemone repetere credi solet. De prodigiis autem, quae daemone ope edunt, S. Augustinus l. l.: « Firmissime tamen, inquit, credendum est, omnipotentem Deum omnia posse facere quae voluerit, sive vindicando, sive praestando, nec daemones aliquid operari secundum naturae suae potentiam, quia et ipsa angelica creatura est, licet proprio sit ultio maligna, nisi quod ille permiserit, cuius iudi-

B cia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sane daemones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur quaestio; sed specie tenus, quae a vero Deo sunt creata, commutant, ut videantur esse quod non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim daemone arte vel potestate in membra et lineamenta bestialia veraciter posse converti, sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando sive somniando per rerum innumerabilia genera variatur, et cum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perducere, ita ut corpora ipsa hominum alibi iaceant, viventia quidem, sed multo gravius atque vehementius quam somno suis sensibus obsideratis; phantasticum autem illud veluti corporatum in alicujus animalis effigie appareat sensibus alienis, talisque etiam sibi homo esse videatur, sicut talia sibi videri posset in somnis, et portare onera; quae onera, si vera sunt corpora, portantur a daemone, ut illudatur hominibus, partim vera onerum corpora, partim iumentorum falsa cernentibus.» S. Aug. Opp. ed. Migne T. VII p. 574 sq.

(3) Vita S. Basilii, scriptore Pseudo-Amphilochio, cap. 8, VV. PP. Rosw. p. 156, 1 sqq. cf. AA. SS. Boll. Junii T. II p. 307 sqq. Hoc antiquissimum pacti cum diabolo inibi exemplum est, si Pseudo-Amphilochius fabulam, quam ab Helladio Basilli ministro se accepisse refert, revera e vita S. Basilii, quam Helladius scripsit, mutuatus est. Foederibus Theophili vicedomini (AA. SS. Boll. Febr. T. I p. 484. 888; Sommer de Theophili cum diabolo foedere Berol. 1844), Militarii (Mone Anzeiger 1834 p. 266 sqq.), Heliodori (Vit. S. Leonis Cataniae Episc. AA. SS. Boll. Febr. T. III p. 224), aliorum cum diabolo ictis non amor puellae iniiciendus, sed honores, divitiae, artes magicae expetuntur.

(4) V. Minutoli, Reise zum Tempel des Jupiter Ammon in der libyschen Wüste und nach Oberaegypten, herausg. von Dr. Toelken, Berlin 1824 p. 179.

oleo sancto Macarius Alexandrinus daemoniacum curat (1). Aqua illa S. Hilarion incantationes magorum a stabulo Itali avertit (2), Macedonius mulierem daemone ingluviei liberat (3), insanae medetur (4), Aphraates equum Imperatoris sanat (5), locustas arceat (6). Aqua a senibus benedicta « salutare pharmacum » vocatur, quo et morbi depelluntur, et daemones fugere coguntur (7). Exorcismos tamen a senibus ad daemonem emovendum adhibitos esse non reperi.

Porro causam, cur magus feminae nocere potuerit, Macarius hanc indicat, quod quinque ea hebdomadibus non accesserit ad intemperate Christi mysteria. Quibus verbis eucharistiam intelligi, vix ambigere poteris. Eucharistia autem illusiones daemonum arceri aut, si adhibitae sunt, destrui, saepissime legitur. Cassianus, ut unum e multis exemplum afferamus, iuvenem, sumpto pane caelesti, ab impudica daemonum illusionem liberatum esse tradit (8). Atque alia exempla, quibus eucharistia praestigias daemonum solutas esse docemur, Delrio congecit, ad cuius librum derogamus (9). Si vero intima cum 47 Christo consociatione et crebro ad eius mysteria accessu fallaciae daemonum eliduntur, quanto magis praestigiae hominum, quibus daemon vim nocendi suppeditat, diluentur!

§ 14. Sed transeamus ad cetera, quae de Macario Aegyptio Palladius retulit. De cuniculo a Macario acto, per quem, si qui ei molesti erant, in speluncam abibat, apud solum Palladium legimus. De mortuo vero, quem resuscitavit, ut haeretico resurrectionem corporum persuaderet, liber secundus (10), Cassianus (11), nec non appendix ad Apophthegmata, quae

A typis nondum vulgata est, fuse narrant. Cassiano quidem rem « antiquissimus anachoreta » Nesteros exposuit, ut ostenderet, patres non nisi extrema et inevitabili necessitate coactos signa fecisse. Ac Nesteros haereticum appellavit Eunomii sectatorem; liber secundus « Hieracitam, quod genus haereseos invenitur apud Aegyptum » vocat. Eumque Hieracitam fuisse, quia resurrectionem carnis negavit, probabilius est, Eunomianis, utpote Ariano- rum asseclis, de trinitate errantibus (12). Haereticus, arte dialectica usus, sinceritatem fidei catholicae subvertere conabatur et « magnam iam multitudinem hominum deceperat, » ut Cassianus, « per multam loquendi artem plurimos fratrum, qui habitabant in eremo, conturbabat, » ut liber secundus perhibet. Macarius igitur, a catholicis viris, qui ruina tantae subversionis gravissime movebantur, rogatus, ut simplices 48 animos totius Aegypti ab infidelitatis naufragio liberaret, advenit (13), quo praesente haereticus pravam fidem suam itidem asserere ausus est (14). Tum sanctus « Aristotelicis spinis » impeditus (15), quoniam verba simplicia callidis argumentis elidi et fidem fratrum periclitari videret (16), multiloquio haeretici apostolica brevitate finem imponens (17): Quid, inquit, opus est, nos verbis contendere ad subversionem audientium? Exeamus ad sepulchra et nomen Domini super mortuum, qui primus inventus fuerit, invocemus et, cui nostrum concesserit Dominus, suscitare mortuum, sciant omnes, quia illius fides probatur a Deo (18). Qui sermo omnibus, qui aderant, fratribus placuit. Iam vero narratio Cassiani differt. Libro enim secundo Macarius cum Hieracita statim, ut vi-

(1) Cf. infra Caput III.

(2) Vita S. Hilarion. cap. 14, VV. PP. Rosw. p. 79, 1.

(3) VV. PP. Rosw. lib. IX cap. 13 p. 850, 1.

(4) Ibid.

(5) Ibid. cap. 8 p. 821, 1.

(6) Ibid. p. 821, 2.

(7) Ibid. cap. 21 p. 840, 2.

(8) Collat. XXII cap. 6. Cassiani Opp. ed. Gazaenus p. 581, Migne p. 1225.

(9) Disquisit. magic. lib. VI cap. II Sect. III Q. 3 ed. Mog. 1624 p. 985 sqq.

(10) Cap. 28 VV. PP. Rosw. p. 480, 2.

(11) Coll. XV cap. 3. Cassiani Opp. ed. Gaz. r. 468, Migne p. 995.

(12) Eunomius corpora resurrectura esse non negavit; nam in fidei confessione sua: « Posthaec, » inquit, « credimus in eam, quae per Salvatorem fu-

tura est, resurrectionem corporum, horum scilicet ipsorum quae dissoluta sunt, una cum propriis membris ac partibus, nullo deficiente aut immutato ex iis, quae uniuscuiusque corpus componebant, dum viveret ». Basnage lectt. antiq. T. I, 180. De Eunomio cf. ibid. p. 172 sqq. Tillemontius (Mémoires ed. Brux. 1719 T. III P. III p. 998) monet, Hieracitas, qui et de Trinitate falsa docuerint, Eunomianos appellari posse. Sed hic de haeretico agitur, qui corporum resurrectionem negavit, quod quum in Eunomianos non cadat, ille haereticus Eunomianus vocari prorsus nequit.

(13) Cass.

(14) Lib. sec.

(15) Cass.

(16) Lib. sec.

(17) Cass.

(18) Lib. sec.

detur, ad sepulchra venit, eumque hortatur, ut mortuum in nomine Domini evocet. Sed Hieracita : Tu, inquit, qui proposuisti, prior evoca. Macarius igitur, in orationem ante Deum prostratus, postquam sufficienter oravit, elevatis sursum oculis : Domine, ait, quis nostrum rectam fidem teneat, ostende elevato hoc mortuo. Id cum dixisset, fratris cuiusdam, qui nuper sepultus erat, nomen evocat. Quo de tumulo respondente, accedentes fratres continuo, quae superposita fuerant, auferunt, et eductum e sepulchro vivum exhibent. Hieracita vero, ubi haec vidit, obstupefactus in fugam vertitur et a fratribus cunctis insequentibus extra terminos terrae illius exturbatur. Apud Cassianum vero res aliter se habet. Ibi enim non statim ad sepulchra procedunt, sed haereticus, quum illa sibi a Macario proposita esset doctrinae probatio, coram circumstante plebe pudore constrictus assentiri se simulat, seque crastino die adfuturum promittit. Postridie autem expectantibus omnibus, qui spectaculi cupiditate commoti ad locum condictum studiosius confluerant, mala conscientia infidelitatis suae exterritus aufugit ac protinus e terra Aegypti decessit. Quem quidem Macarius, usque ad horam nonam cum multitudine praestolatus, quum declinasse videret, assumpta plebe ad sepulchra perrexit, et mortuum e temporibus Pharaonum ad respondendum sibi evocavit, quem deinde cum ceteris in pace dormire iussit. Atque Nesteros addit : « Haec igitur eius [Macarii] virtus et gratia, quantum in ipso fuit, semper fortasse latuisset, nisi eum necessitas totius provinciae periclitantis, et erga Christum plena devotio amorque sincerus istud exercere miraculum compulisset. Quod utique ut ab eo fieret, non ostentatio gloriae, sed caritas Christi et totius plebis extorsit utilitas; ut beatum quoque Heliam fecisse Regum lectio manifestat, qui ignem de caelo super hostias impositas pure idcirco descendere postulavit, ut periclitantem Pseudoprophetarum praestigiis fidem totius populi liberaret. » En satis magnam differentiam ! Libro enim secundo est fratris cuiusdam corpus humatum, quod evocatur, apud Cassianum antiqua mumia e tempore Pharaonum. Qua idem occasione data Aegyptiorum morem, ob Nili inundationem corpora defunctorum pigmentis redolentibus condita editioribus cellulis recondendi, uberius describit. Nam mos corpora humandi apud Aegyp-

tios demum inde a S. Antonio obtinuit, qui pulverem pulveri reddendum esse censuit (1). Praeterea mumia illa, postquam locuta est, denuo dormit, a Domino resuscitanda in fine temporum; frater vero libri secundi, terra detecta, surgit, prodit, nec eum in tumulum revertisse legimus. Deinde quod haereticus apud Cassianum secreto aufugit, libro vero secundo a Macario convictus fugatur, levioris momenti differentia est.

Sed narrationibus libri secundi et Cassiani longe copiosior est illa, quae in ista Apophthegmatum appendice typis nondum vulgata exstat. Quam, etsi longa sit et amplificata, tamen 50 quum quaedam habeat memoratu digna, latine redditam integram apponere placuit :

« Senex tradidit de abbate Macario. In terra Arsenoita monachus quidam sedebat, qui multos annos vitam sanctorum egerat. Cui, quum gloriae cupidus esset, propter superbam elationem et temeritatem spiritus pythonis insedit, qui primum a vera fide eum depulit, tum ad doctrinam eorum, qui Hieracitae vocantur, adduxit. Atque hi Salvatorem humanam assumpsisse carnem, nostrumque, quo vestiti sumus, corpus resuscitari negant. Tria esse principia iidem dicunt, Deum, materiam et malum, quibus quisque construatur, neque Deum Verbum hominem esse factum perfectumque hominem assumpsisse, neque omnino servari causam omnium rerum effectricem. Ita vero ipse perversus animas seduxit quingentas. Quod effecit multa multis et quidem variis prorsus modis loquendo, interitum scilicet, inventa, mortisque despectum. Nec non daemonia eiecisse ferebatur secundum illud in evangeliiis : Signa facient et prodigia, ut, si fieri possit, etiam electi seducantur. Multum enim principes daemonum in hoc genere valent ad illa nimirum ipsa abolenda; nam libenter consentiunt in interitum animarum. Loci igitur episcopus cum clero suo virum Dei Macarium abbatem adiit, quo summa cum reverentia salutato : Si vis, inquit, veni nobisque succurre. Nam si te superstite vicinitatem nostram non purgamus, omnes illi adhaerebunt, et facillime fiet, ut plures etiam, quam hucusque, errori subiecti seducantur. Cui ille respondet : Ecce ego plebeius homo quid ei faciam? Episcopus autem perstitit venerabundus et : Ita, inquit, confido, si tu veneris, Deum pacificaturum Ecclesiam suam; saepe enim

(1) Vit. S. Anton. cap. 90, S. Athan. Opp. t. I. p. 689.

in h proposueram, ad te proficisci, sed prohibuit clerus, ne mundanis hominibus derisui fierem. Iam vero non amplius ferens populi corruptionem et etiam Dei, qui ait : Sanguinem ipsius quaeram e manu vestra, accusationem timens te adii, missus a Deo. Tum ille surrexit, eumque ad seductorem secutus est. Quem ubi vidit, episcopo : Hic, inquit, spiritum principem habet, eumque eiiciendi **51** meum opus non esse scito; nam contra hos spiritus nondum omnino certavi. Duo enim agmina daemonum esse sancti aiunt, unum eorum, qui libidines corpori infundunt, alterum eorum, qui spirituales afferunt errores. Quod quidem alterum genus difficile est ad subigendum. Eos enim satanas immittit magis et seductoribus et haeresiarchis et veneficis et si qui alii id generis sunt. At episcopus : Quid ergo, inquit, faciemus ? Respondet senex : Precibus opus est; nam sermo non proficit. Iubent igitur procedere seductorem, isque ad eos egressus est. Quem statim episcopus lingua adortus : Cur, inquit, tanto temporis spatio nobiscum non communicasti ? Cui ille : Quia, inquit, non recte sentitis. Tum sanctus Macarius : Tune igitur, inquit, recte sentis ? Sane quidem, ille respondet. Macarius : Quid vero est, quod tu sentis ? Ille : Num recte creditur, carnem et ossa suscitari ? Sanctus respondet : Si ex nobis loquimur, bene loqueris. Sin veritas id voluit, quid obloqueris ? Sed ne multa verba perdamus, dicam tibi, quid sentiamus; quibus si assentieris, bene facies; sin minus, Deo repugnas, cuius dogmata spernis. At ille : Ego, inquit, prior fidem meam exponam. Tum Macarius : Prava, ait, fides ne nominetur, sed dicamus catholicam Ecclesiae fidem. Et statim innuit episcopo, ut eam profiteatur. Qui circumstante populo incipit fidem ita exponere : Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, et in coessentiale eius Verbum, per quod aeva fecit, quod in consummatione temporum in abolitionem peccati apparuit in carne, quam e sancta Maria virgine susceperat, quod crucifixum, mortuum et sepultum est, et resurrexit tertia die, sedetque ad dextram Patris, ac denuo venturum est in tempore futuro, iudicare vivos et mortuos; et in Spiritum sanctum, Patri eiusque Verbo coessentialem; credo in resurrectionem quoque animae et corporis, sicut Apostolus ait : Seminatur corpus naturale, suscitatur corpus spirituale, et rursus : Oportet enim corruptibile hoc induere incorrupti-

abilitatem. Post haec Macarius haeretico : Vides, inquit, quid dicat. Is vero respondet : Mihi quidem e verbis noli fidem **52** afferre, sed eamus ad sepulchra; si unum ex ibi iacentibus suscitaveris, sciam vos bene sentire; ipse ego animam sine corpore afferam. Sanctus vero Macarius ad episcopum conversus : Multum, inquit, nefas sane, Deum tentare, neque dignaturum esse eum propter unum daemonicum tantum facere signum confido. Respondet episcopus : Minime, pater, veruntamen propter totam vicinitatem. Tunc abierunt ad sepulchra. Incipit Hieracita invocare daemonem, sed minime potuit animam evocare tenuem aq nudam. Quum igitur nihil effecisset — ipsi enim revera repugnabat Spiritus sanctus — iis : Propter incredulitatem, inquit, vestram non possum animam evocare. Statim Macarius indignatus genua flectit, nihil vero promisit, et quum unam horam in oratione perseverasset, in conspectu omnium surrexit, et sepulchro palma pulsato — baculi enim, quibus monachi illius regionis utuntur, rami palmarum sunt — hominem suscitavit non in terra defossum, nuper mortuum, sed ex antiquis aliquem. Tum Hieracita vocato : Quare, inquit, ex hoc, num suscitatur corpus. Qui tanto signo exanimatus, postquam daemon ab eo discessit, ad pedes sancti provolutus est cum cuncto populo. Quum vero eum occidere quaererent, Macarius eos prohibuit, atque in eremum eum abduxit. Suscitatus autem, interrogatus, num Christum profiteretur, dixisse fertur, se ne audivisse quidem de eo in vita sua. Pharaonis enim regis tempore se obiisse dixit, ideoque ante adventum Christi vixit. Quem quum baptizasset Macarius, secum habuit tres annos, quibus elapsis veram ille dormitionem dormivit, ita, ut ei aptetur verbum Domini : Neque hic peccavit, neque parentes eius, sed ut reveletur gloria Dei. Interrogavit autem episcopus sanctum Macarium, an non gloria in cor eius ascenderit, tam multis ante eum procumbentibus ob tantum signum. Cui respondet : Cuius cor otium habet gloriam hominum respiciendi, is Deum nondum cognovit. Is enim, quidquid facit, hominibus facit. Qui vero dignus est habitus afflatu Dei, is in multo certamine versatur, quasi in novacula staret, timens, ne decidat. Talis unum solum habet desiderium, egrediendi **53** scilicet e corpore. Quod vero ad gloriam attinet, haec ei ne in mentem quidem venit. Hanc autem ei doctrinam dedit : Adduc mihi.

inquit, aliquem in mari ambulantem et coelum versus oculos in solem, cuius radii sustentetur, defigentem; cui quis praecipiat: Si locum, in quo ambulas, adspicis, in mare submergeris, quid ei accidet, si inobediens fuerit? Ita, qui in gloriam Dei oculos intendit, gloriam, quae ab hominibus provenit, pedibus calcat. Hanc autem si respicit, ab illa decedit. A qua si deciderit, multis aliis affectibus agitur. Cetera vero huius sancti, quam misericors fuerit et fraternus, et quantam habuerit discretionem in operibus, nunc quidem silebo (1).»

Haec igitur narratio a duabus istis, quas e libro secundo et e Cassiano supra attulimus, eo potissimum differt, quod resuscitatum a Macario baptizatum esse et tribus annis in eremo transactis denuo obiisse docet, quod liber secundus non habet et Cassianus aperte negat. Quando vel a quo narratio scripta sit, neque ex ea ipsa, neque aliunde satis constat. Fides, quam episcopus exponit, Spiritum sanctum Patri et Filio *ἁμοούσιον* vocat. Qua voce synodus Constantinopolitana et symbola fidei de Spiritu sancto non utuntur (2). Sed Spiritum Patri et Filio *ἁμοούσιον* iam S. Athanasius appellat (3). 54 Unde verisimile est, eam vocem in Aegyptiorum formulis fidei antiquo usu receptam fuisse. Quia vero e verbis, quibus symbolum Constantinopolitanum de Spiritu sancto loquitur, in illa, quam episco-

(1) Textus graecus legitur infra in harum quaestionum Appendice priore sub V.

(2) Symbolum concilii Constantinopolitani de Spiritu sancto haec habet: « Καὶ [πιστεύομεν] εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν ». Mansi Conc. Ampl. Coll. T. III p. 565. Iisdem fere verbis de Spiritu sancto cetera quoque fidei symbola loquuntur.

(3) « Καὶ οὐκ ἄδηλον, ὅτι οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν τὸ πνεῦμα, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' ἐν ὄν. μᾶλλον δὲ τοῦ λόγου ἐνὸς ὄντος ἴδιον, καὶ τοῦ θεοῦ ἐνὸς ὄντος ἴδιον καὶ ἁμοούσιον ἐστίν. » S. Athan. Ep. ad Serapion. cap. 27. S. Athan. Opp. ed. Petav. 1777 T. I P. II p. 540. S. Athanasius Spiritum sanctum cum Patre et Filio eiusdem substantiae (τῆς αὐτῆς οὐσίας) esse ait. De Incarn. contra Arian. cap. 9. 19. Opp. S. Athan. l. I. p. 704, 708. Spiritum sanctum σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας esse docet Damasus papa (366-384) in epistola, quam scripsit Paulino episcopo Antiocheno. Mansi Conc. Ampl. Coll. T. III p. 488. Sanctam trinitatem consubstantialiam (*ἁμοούσιον τὴν ἁγίαν τριάδα*) praedicat Meletius episcopus Antiochenus. Ibid. p. 339. Cf. S. Epiphan. haer. 76 et in

opus exponit, fide ne unum quidem legitur, formulam totamque istam, cui inserta est, narrationem satis antiquam esse facile credideris. Hieracitas resurrectionem corporum negasse S. Epiphanius docet, qui doctrinam eorum large exposuit (4). Neque vero S. Epiphanius, neque S. Hilarius (5), neque alius quisquam, quantum invenio, retulit, Hieracitas tria rerum principia agnovisse et, Deum Verbum hominem factum esse, causamque omnium rerum effectricem servari, infitiatos esse. Unde hisce nova aliqua de Hieracitis edocemur, quibus fundamenta doctrinae, quam profitebantur, dilucidius cognoscuntur. Ad illud vero enuntiatum Macarii, se contra daemones principes nihil valere, quod spectat, idem S. Antonius quoque professus est teste Palladio (6). Mortuum ad respondendum evocatum esse legimus in libro Samuelis (7). Umbrae mortuorum evocatae esse dicuntur in Homeri *Νεκυία* (8), apud Lucanum (9), Tacitum (10), Plinium (11), Philostratum (12), Dionem Cassium (13), 55 alios (14). Apud quos umbrae interrogatae aut respondent, aut respondere detrectant; deinde ad inferos revertuntur (15). Moses, ne Iudaei magos, qui *νεκρομαντεῖα* faciunt, adirent, lege vetuit (16). *Νεκρομαντεῖα* superstitiosa esse Cicero ostendit (17). Tertullianus illas manium apparitiones fallacias daemonum appellat (18). Quod

Ancorato. Spiritus Patri « consubstantialis » iam vocatur in liturgia S. Iacobi fratris Domini, cf. Binterim Denkwürdigkeiten T. IV P. II p. 149.

(4) Haer. 67.

(5) Hilarius de Hieraca disputat De Trin. lib. VI, 12. S. Hilar. Opp. cur. Migne T. II p. 165 sqq.

(6) Hist. Laus. cap. 29 Opp. Meurs. l. I. p. 433.

(7) Sam. I, 28.

(8) Od. XI, 23 sqq.

(9) Phars. VI, 632 sqq.

(10) Annal. II, 28.

(11) Nat. Hist. XXX, 6.

(12) Vit. Apoll. Tyan. IV, 16.

(13) Hist. Rom. LXXVII, 15.

(14) Hor. sat. I, 8, 41. Plura exempla habet Delrio Disquisit. magic. II, Q. 26.

(15) Apollonius (apud Philostratum l. I.) de umbra Achilles, quam evocarat: « Ταῦτα, inquit, εἰπὼν . . . ἀπῆλθε εἰς ἀστραπὴν μετρία, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀλεκτρούνας ἦδη ψόθης ἤπτοντο. Ed. Olearii Lips. 1709 fol. P. 154.

(16) V Mos. XVIII, 11. III Mos. XIX, 31.

(17) Tusc. disp. I, 16.

(18) Lib. de anima cap. 57. Tertull. Opp. ed. Semler T. IV p. 284 sqq., Migne Patrol. T. II.

idem fere senserunt S. Chrysostomus, S. Augustinus, alii (1). Nec minus postero quoque aevo imagines mortuorum a magis excitatae esse leguntur. Sic, ut haec tantum exempla prodam, Basilio imperatori filii umbra a Santabareno monacho ostenditur (2); a Fausto Helena formosissima femina scholaribus monstratur (3). Ab his igitur magorum fallaciis aut ludibriis miracula senum plane differunt. Qui non magorum instar imagines tantum efferunt, sed Christi ope, ut anima in corpus redeat, totusque homo reviviscat, efficiunt. Submersos quidem, suffocatos et sine baptismo mortuos senum ope vel oratione resuscitados esse, centies legitur (4). E quibus ii, qui resuscitantur, ut baptismum accipiant, vel aliud ipsis aliisve utile opus peragant, expleto hoc munere statim denuo mori solent; ceteri saepe 56 longum etiam tempus vivunt (5). Sed mortuos ad respondendum evocatos esse raro invenitur. Macarius Aegyptius duos alios defunctos, non quidem, ut resurgerent, sed ut e tumultu sibi ad interrogata responderent, coegisse (6), atque etiam, ut cranium alicuius defuncti, quod super terra invenit, sibi de poenis inferni loqueretur (7), effecisse fertur. Mortuus vero ad corporum resurrectionem probandam resuscitatus esse in vita S. Patricii quoque plane consimili modo traditur (8). Quia Palladius narrat, constantem in solitudine famam fuisse de mortuo, quem Macarius resuscitavit, ut corporum

p. 747 sqq. Sauli Samuelem vere apparuisse docuit Justin. Resp. ad Quaest. 52 Quaest. Christian.

(1) S. Chrysost. homil. 29 in Matth., Opp. ed. Montfaucon T. VII p. 366 sqq., S. Aug. de Civit. Dei lib. X, 9 sqq. et passim. Cf. Justin. Apol. II cap. 5 sqq. ed. Paris. 1638 p. 65 sqq., ed. Otto Iena 1842 T. I p. 295 sqq.; Orig. contra Celsum I, 68 et passim.

(2) Michael Glycas anal. Pars IV ed. Bonn. p. 550.

(3) H. Düntzer Die Sage von Doctor Johannes Faust p. 175; cf. ibid. p. 159 sqq. Delrio Disquisit. magic. l. I.

(4) In indice morali cuiusvis fere toni AA. SS. Boll. s. v. *mortuus* plurima exempla laudantur.

(5) Mortuus monachus, a S. Comgallo resuscitatus, quindecim postea annos vixit. AA. SS. Boll. Mai. T. II p. 581, d.

(6) Cf. infra Capita IV et VI.

(7) Cf. infra Caput VI.

(8) Patricio, Hiberniae apostolo, regulus, quem baptizarat: «Si,» inquit, «avum meum a diebus multis incineratum resuscitaveris in virtute Jesu Christi, firmiter credam resurrectionem mortuo-

a resurrectionem Hieracitae probaret, neque quando et qua oblata occasione id factum sit, addit, credideris, varias de hoc prodigio iam illis Palladii temporibus exstitisse narrationes magnopere inter se discrepantes. Quae si non exstitissent, Palladius historiam prodigii haud omisisset.

§ 15. De illo adolescente, qui tam multos panes comedebat cibosque comesos evomebat, a Macario Aegyptio sanato solus Palladius tradit. Hominem illustrem, qui a daemone furioso 57 occupatus pariter propria comedebat excrementa, sanavit S. Antonius (9). Mulier quaedam, quae quotidie triginta gallinas comedebat neque cibi aviditatem explere poterat, sanata est a S. Macedonio (10). Adolescenti isti morbum ingerit daemon ingluviei, qui ex ordine est eorum, qui ignei vocantur. In vita S. Antonii, ubi de daemonibus large disseritur (11), ordo quidem igneorum daemonum non distinguitur. De gradibus vero daemonum scribens Trithemius: «Multa enim,» inquit, «sunt genera daemonum, et certis inter se gradibus distant, ratione locorum, in quae cadentes a principio sunt detrusi. Primum quidem genus daemonum appellatur igneum. Quod circa superiorem pervagatur aerem, nec unquam ante iudicii diem ad inferiora demergitur, sed continuo sub regionibus permanentes lunaribus nullum habent cum hominibus in terra commercium (12).» Quam Trithemii descriptionem igneorum daemonum

rum. » Patricius cum regulo et plebe multa ad tumulum accessit. Quem cum baculo Jesu signasset humumque erui fecisset, facta oratione hominem in admirationem omnium et confirmationem fidei catholicae resuscitavit. Qui poenas inferni enarrat, baptizatur et eucharistia percepta in eodem sepulchro in Domino dormit. Neque quisquam eorum, qui aderant, de resurrectione mortuorum amplius dubitavit. AA. SS. Boll. Mart. T. II p. 557, e. At, D inquires, quomodo homo, qui poenas inferni sustinuit, baptizari, eucharistiam percipere et salvari potest? Eadem difficultas etiam in narratione de cranio, quod Macario Aegyptio de poenis inferni loquitur, occurrit. De qua infra Cap. VI. Sed Patricii prodigium illi, quod in resuscitando mortuo Macarius edidit, simillimum est.

(9) Vit. S. Antonii, VV. PP. Rosw. cap. 36, S. Athan. Opp. cap. 64 p. 674.

(10) VV. PP. Rosw. lib. IX cap. 15 p. 830, 1.

(11) Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. cap. 22—43.

(12) Jo. Trithemii Lib. octo quaestionum ad Maximilianum Caesarem q. VI. Cf. Delrio Disquisit. magic. lib. II Q. 27 Sect. 2.

maxima ex parte falsam esse bene Delrio animadvertit, qui tamen concedit, igneos ideo vocari daemones, quia in aeris regione superiore maneant (1). Sed Palladius daemonem, qui adolescentem istum agitabat, igneum ideo vocat, quia cibi, quos infelix iste evomebat, tanquam igne consumebantur; quare daemon ille propter naturam suam, quae igni comparari potest, neque propter suam in aere habitationem igneus vocatur. Adolescens vinculis adstrictus ad Macarium ducitur; daemoniaci enim, ne noceant, vinculis constringi solebant (2).

§ 16. E verbis denique Palladii, quibus narrationem ille de Macario Aegyptio concludit, quando hic Macarius mortuus sit, definiamus. Palladius: « Ego, » inquit, « sanctum ipse non conveni; anno enim, antequam in solitudinem ingrediebar, obierat (3). » Ergo, quando Palladius solitudinem ingressus sit, quaeritur. Ipse se Alexandriam venisse refert secundo consulatu Theodosii Magni (4). Quem gessit Theodosius, fastis consularibus testibus, collega Fl. Cynegio, anno Chr. 388 (5). Palladius ab Isidoro xenodocho Dorothei senis, prope Alexandriam habitantis, disciplinae traditus est, quam non totos tres annos sustinuit, quia in morbum vehementem incidit (6). Tribus vero annis in monasteriis, quae circum Alexandriam erant, peractis in montem Nitriae se contulit, ubi annum integrum degit. Tum deum in intimam solitudinem, qua Cellia seu Cellulae significantur (7), venit (8). Ergo, num inter Palladii adventum in montem et in solitudinem distinguendum sit, quaeritur. Palladius de habitatione sua in monte saepe loquitur (9). Nathanael senem obiisse narrat quindecim annos ante suum adventum in mon-

te (10). Evagrius, in monte Nitriae quum habitasset biennium, tertio anno ingressum esse tradit solitudinem (11). Unde inter adventum in monte et adventum in solitudine Palladius ipse distinguere videtur. Quod Bollandus statuit (12), Tillemontius in ambiguo relinquere videtur (13). Ac Bollandum secuti sunt Caveus (14), Possinus (15), Fabricius (16), 59 de Nessel (17), Pritius (18). Sed num recte omnino senserint, ambigo. Vix enim dubium esse videtur, quin Palladius dicere voluerit, Macarium Aegyptium anno antequam ipse illas regiones accesserit obiisse. Atque mons Nitriae Sceti solitudini propinquior fuit, quam Cellulae (19); neque, cur Palladius annum mortis Macarii a tempore adventus sui in Cellulis definierit, intelligitur. Accedit, quod Palladius inter montem Nitriae et intimam solitudinem distinguit, quare adventu in solitudine adventum in Nitria significari probabile est. Nec Palladium dicere voluisse, Macarium Aegyptium anno antequam ipse in solitudinem Scetis venerit — nam Palladius solitudinem Scetis bis invisit — obiisse, facile credes; id enim Palladii verbis non inest.

Quare probabilior sententia haec esse videtur, Macarium Aegyptium anno antequam Palladius in montem Nitriae venit, i. e. anno 390 (20) mense Januario, ut Martyrologia tradunt (21), mortuum esse. Unde natus est anno Chr. 300, et eremum intravit anno Chr. 330. Nam in solitudinem venit triginta annos natus, in qua sexaginta annos usque ad mortem suam explevit.

§ 17. Hactenus ea, quae ad Palladii de Macario Aegyptio narrationem erant annotanda. Restat, ut videamus, quomodo ea, quae adhuc e codicibus Vindobonensibus protulimus, in

(1) Delrio Disquis. magic. l. 1.

(2) Daemoniacos catenis oneratos adduci legis in Vita Hilarionis capp. 12, 13, et innumeris aliis locis. D

(3) Supra p. 41.

(4) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 1 Opp. Meurs. l. 1. p. 348.

(5) Ab Almeloven Fasti Rom. Consul. ad ann. Chr. 388 ed. II Amstelod. 1740 p. 166. Relandi Fasti Consul. ad ann. Chr. 388 Trai. Bat. 1715 n. 495. Tab. Chronolog. auct. de Graveson in eius Hist. eccl. ed. Mansi T. IX (Venet. 1761) p. 84, 2.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 2 Opp. Meurs. l. 1. p. 349.

(7) Ibid. cap. 21 Opp. Meurs. l. 1. p. 396.

(8) Ibid. cap. 8 Opp. Meurs. l. 1. p. 380, 361.

(9) Ibid. cap. 10, 11, 12, 15.

(10) Ibid. cap. 21 Opp. Meurs. l. 1. p. 385.

(11) Ibid. cap. 88 Opp. Meurs. l. 1. p. 533.

(12) AA. SS. Jan. T. I p. 1007.

(13) Not. 7 de Macar. Aeg., Mémoires ed. Brux. T. VIII P. III p. 1423.

(14) Scriptt. eccles. Hist. litt. s. v. Macarius senior.

(15) Thes. Ascet. Paris. 1684 Proleg. §. V.

(16) Bibl. Graec. ed. Harles. T. VIII p. 361.

(17) Supplem. Commentar. Lambec. Vindob. 1690 T. II in indice alphabetico s. v. Macarius cognomine Magnus.

(18) Macarii Aegyptii Opusc. et Apophthegm. Lips. 1699 Praef. § IV.

(19) Cf. supra p. 3.

(20) De tempore, quo Palladius in Nitriam venerit cf. infra Caput III § 21.

(21) Cf. infra Caput VIII.

singulis editionibus Historiae Lausiacaе exhibeantur.

E quibus graeca Meursii editio et interpretatio Herveti a nostro codicum Vindobonensium textu raro atque levissimis tantum rebus differunt. Neque in Paradiso, Heraclidi perperam tributo, ulla gravior differentia invenitur. Multo **60** autem locupletior ceteris in hoc capite est antiqua ista versio, quae in Rosweidi appendice exstat. Quae primum post illam de femina in equam mutata historiam hanc de puella addit :

« Alia quoque puella ad eum deducta est, cuius obscoena corporis ita ex omni parte computruerant, ut consumptis carnibus interiora quoque et secretiora naturae nudarentur, ac vermium inde ebulliret innumera multitudo, ita ut non accederet quisquam ad eam prae foetoris horrore. Haec cum allata a parentibus et proiecta fuisset ante fores eius, miserans virginis cruciatus : Aequo animo esto, inquit, filia ; haec tibi ad salutem Dominus, non ad interitum dedit. Unde providendum est magis, ut sanitas tua nullum tibi periculum inferat. Et cum stetisset in orationibus per septem continuos dies, et oleum benedicens in nomine Domini perungeret membra eius, ita eam sanam reddidit, ut et reparata naturae qualitas et perfecta muliebris in ea species appareret, essetque ei de cetero inter homines conversatio absque pristinae infirmitatis obstaculo (1). »

Haec narratio etiam libro secundo iisdem verbis legitur, neque vero eam alibi reperi (2). Quae antiqua versio de resuscitatione mortui habet, cum narratione libri secundi pariter ad verbum conveniunt. In fine autem capitis de Macario Aegyptio, postquam dictum est, eum anno antequam Palladius solitudinem intraverit, obiisse, antiqua ista versio longam hanc historiam addit, quam ita adumbratam nuspian invenio :

« Quodam tempore cum ad beatum Macarium quidam venisset, desiderans in proposito monachorum servire Christo, et deprecaretur sanctum senem, ut instrueret eum ac doceret, et ex fonte doctrinae salutaris, quae in eo per Spiritus **61** sancti gratiam abundabat, confirmaret et, qualiter posset iuvante Domino insidias atque impugnationes maligni evadere, praemoneret, respondens beatus Ma-

carius dixit : Si vere desideras ex toto corde renuntiare huic saeculo, filiule, et adhaerere Domino Salvatori, sicut dicit Propheta in psalmo : Adhaesit anima mea post te, me autem suscepit dextra tua — parata enim est dextra Domini, confugientes ad se suscipere — oportet te renuntiare huic mundo et omnes actus eius abiicere, sicut dicit Apostolus scribens ad Colossenses : Mortui enim estis huic mundo, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Haec audiens junior dixit : Crede mihi, beatissime pater, quia et mentem meam alienavi ab hoc mundo et ab omnibus, quae in eo sunt, ut iam tanquam mortuus degam in huius temporis vita. Cognovi enim, quoniam temporalia et transitoria atque corruptibilia sunt omnia, quae in hoc mundo videntur esse bona. Tunc dicit ei senior : Audi me, fili, et vade ad sepulchra mortuorum, et quamplurimis iniuriis, multis conviciis ac maledictis, etiam et lapidibus eos detestare, ut provocati irriterentur adversus te. His auditis iunior statim perrexit ad monumenta mortuorum. Cumque secundum praeceptum beati senioris multis eos, ut putabat, iniuriis affecisset, reversus ad sanctum Macarium dixit ei quod fecerat : interrogavitque eum senior, si nihil ei respondissent illi mortui ? Et respondens dixit : Nihil penitus dixerunt, domine. Iterum autem praecepit ei dicens : Perge crastino die, et multis praeconiis collauda et glorifica eos. Abiit iterum frater ad sepulchra mortuorum, et coepit laudare honorificisque sermonibus glorificare eos dicens : Vos magni estis, et sancti, et similes apostolicis viris, et iustitia magna in vobis est. Et alias quamplurimas laudes cum ad eos dixisset, reversus ad cellam dixit seniori : Ecce secundum praeceptum tuum, domine pater, laudavi et glorificavi illos mortuos, et nihil mihi penitus dixerunt. Tunc dixit ei sanctus Macarius : Considera, fili, quoniam, sicut injuriis et contumeliis exprobrasti illos mortuos, **62** et nihil tibi locuti sunt, ita ergo et tu, si vis salvus esse et in sancto proposito placere Salvatori nostro, imitare ipsum Dominum Salvatoremque nostrum, sicut dicit beatus Joannes apostolus et evangelista : Qui dicit, se in Christo manere, debet, quemadmodum ille ambulavit, et ipse ambulare. Unde et in

(1) VV. PP. Rosw. p. 989, 2.

(2) Virginem simili morbo laborantem sanavit

S. Antonius. Vit. S. Antonii cap 58, S. Athan. Opp. p. 670 sqq.

Evangelio quidem legimus, quoniam ipsi perfidissimi nostrae fidei aemuli Judaei multas iniurias, instigante humani generis hoste diabolo, in Dominum nostrum Jesum Christum Salvatorem dixerunt: Samaritanum esse, et daemonium habentem, et in Beelzebub principe daemoniorum eicientem daemonia; nam et seductorem eum ausi sunt dicere: et haec omnia patienter ipse pius Dominus noster Jesus Christus caeli, terrae et maris, omnium quoque eorum, quae in eis sunt, creator sustinuit, ut nobis patientiae suae, lenitatis et humilitatis praeberet exemplum. Nam si voluisset potentiam suae maiestatis ostendere et iniurias vindicare, omnem subito mundum in chaos deduceret, et nec genus hominum, nec ipse saltem appareret mundus, sed in momento omnia interirent. Verumtamen noluit haec facere inenarrabilis Christi Domini pietas bonitatis, qui non ad puniendum, sed ad salvandum venerat mundum. Ideo enim patienter omnia sustinuit, ut nobis exempla patientiae et humilitatis ostenderet. Unde et sequentibus se discipulis dixit: Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Sed et omnes a saeculo sancti, tam prophetae quam apostoli, opprobriis et iniuriis ac diversis afflicti tormentis semper immobilem virtutem patientiae et humilitatis tenuerunt, et nequaquam humanis laudibus sunt decepti. Respuentes namque inanis gloriae praesentis vitae vanos rumores, illam solam caelestem aeternamque gloriam concupiscunt, qui Christo placere desiderant, quae ex Deo est et permanet in aeternum; cuius claritatis splendorem nulla humana lingua potest exponere. Haec ergo exempla patientiae et humilitatis considerans, filiule, si quando irrogatae tibi fuerint iniuriae, fortissime virtutem patientiae et humilitatis custodi, imitans Prophetam qui dixit: Ego autem tanquam surdus non audiebam **63** et sicut mutus non aperiens os suum, et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones. Quod certe ad commonendum sensum nostrum quotidie in synaxi psallitur. Cave etiam, ne vana gloria laudeque hominum delecteris, et perdas omnia, quae laborando in bonis operibus acquisieris, fructusque ieiunii et abstinentiae tuae vigiliarumque et orationum mercedem in aeterna vita non consequaris a Domino, quia ipse dixit in Evan-

Agelio de iis qui laudes hominum quaerunt: Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Et alia multa sunt, quae de cavenda vana gloria sanctae Scripturae admonere non cessant. Cave ergo, o filii, et neque ad irrogatas iniurias exardescat in iracundia animus tuus, et si incitatum fuerit cor tuum, ipse tamen districte in timore Domini refrena ab iracundia animum tuum, ut possis virtutem humilitatis ac patientiae custodire; et tunc veraciter ostendis, quod promisisti dicens, quia tanquam mortuus degas in hoc mundo, si nihil turbulentum respondeas iis qui tibi iniurias irrogant, sicut nec illi de monumentis mortui, in quos multas iniurias et convicia dixisti, et nihil tibi penitus responderunt. Ideoque oportet, ut fortiter custodiamus virtutem humilitatis ac patientiae, quatenus possimus ad caelestia praemia et ad aeternae vitae gloriam pervenire, sicut dicit in Apocalypsi Dominus: Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam (1). »

Haec longa ad fratrem admonitio cum ingenio et indole homiliarum Macarii Aegyptii tam egregie concinit, ut eam e homiliis compilatam et historiae illi de fratre iussu Macarii sepulchra adeunte additam esse haud aegre credideris. Quae historia, omissis ista exhortatione et doctrinis, in Apophthegmatis exstat his fere verbis: « Frater convenit abbatem Macarium Aegyptium, cui: Abba, inquit, dic mihi verbum, quomodo salver. Ait senex: Vade in sepulchrum et maledictis mortuos impete. Abiens igitur frater eos conviciis et **64** lapidibus appetiit, reversusque annuntiavit seni. Qui ab eo quaerit: Nihilne tibi responderunt? Ille: Nihil. Tum senex: Iterum, inquit, proficiscere cras, eosque laudibus effer. Pergens itaque frater collaudavit eos vocans: Apostoli, sancti, iusti. Tum adiit senem dixitque: Laudavi. Qui: Nihilne, inquit, tibi responderunt? Frater: Nihil. Tunc senex inquit: Nosti, quantis eos contumeliis affeceris, nec quidquam responderunt tibi, et quantis eodem laudibus ornaveris, nihilque ad te prolocuti sunt. Ita et tu, si salvari cupis, mortuus fias, neque iniurias hominum nec laudes eorum cogites instar mortuorum: sic enim poteris salvus fieri (2). » Eandem historiam nusquam alibi inveni.

Antiqua autem versio deinde hanc aliam addit Macarii Aegyptii doctrinam: « Sanctus abbas Macarius commonebat saepe discipulos

Macarius Aegyptius § XXIII; in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(1) VV. PP. Rosw. p. 990, 2.

(2) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 538 s. v.

suos et docebat eos dicens : Mementote semper, quia ante conspectum Domini omnipotentis conversamini, qui prospicit omnium hominum cogitationes et singulorum corda scrutatur. Quod etiam et sanctae Scripturae testantur, et Apostolus docet et dicit : Vivus est enim sermo Dei et efficax et acutior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad animae divisionem ac spiritus compagum quoque et medullarum, discretor cogitationum et intentionum cordis; et non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius; omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius. Ideoque si nos, fratres, pulsaverit delectatio carnis et concupiscentia fornicationis, festinemus repellere et abiicere de corde nostro sordidissimam et pessimam cogitationem, invocantes intentissime adiutorium Domini nostri Jesu Christi in orationibus ac ieiuniis, ut virtute potentiae suae eripiat nos et protegat et conterat Satanam sub pedibus nostris. Oportet ergo, ut etiam nosmetipsos poenitendo et a peccatis abstinendo corripiamus, dicamusque ad animam nostram : Quoniam delectatio quidem corporis, quae te male oblectat, ad modicum tempus est; nam tormenta et **65** cruciatus animae et corporis in igne aeterno gehennae in perpetuas permanent poenas. Illud etiam admonentes animam nostram dicamus : Si erubescis homines similes tui peccatores, ne videant te peccantem, quare non magis revereri et timere debes maiestatem Dei omnipotentis, qui omnium secreta cordium considerat, sicut et Apostolus ait : Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Talibus ergo cogitationibus si increpamus nosmetipsos, continuo timor Domini venit in corde nostro, et in amorem castitatis confirmatur anima nostra, etiam et ad omnia praecepta Domini facienda incitatur, adiuvante nos gratia Domini nostri Jesu Christi, qui servientibus sibi in sanctitate et castitate promisit caelestia et aeterna donare in illa gloriosa futuri saeculi vita, cum angelis sanctis in perpetui luminis splendore semper gaudere (1). »

Et haec quidem antiqua versio de Macario Aegyptio praeter ea, quae codices Vindobonenses et ceterae Historiae Lausiaca editio-

(1) VV. PP. Rosw. p. 991, 1.

(2) Cf. Evagr. Capita practica, initio. Galland. Bibl. PP. T. VII p. 535.

(3) VV. PP. Rosw. lib. V cap. 21 p. 598.

(4) Cap. 22, 17 VV. PP. Rosw. p. 1001.

(5) Lib. III cap. 87; lib. V libell. 4, 28. Coteler.

nes versionesque habent, sola exhibet. Posterior exhortatio, quam attulimus, tota e mente Macarii Aegyptii, quae ex homiliis cognoscitur, concepta est. Humilitas autem cordis, timor Domini, studium castitatis, praecipua illorum monachorum praecepta fuerunt (2). Ac peccantibus magis erubescendum esse propter Deum omnipraesentem, quam propter homines, meretricem quandam Ephraem Syrus insigni modo edocuit (3).

Restat, ut sententiam Macarii, quae ultimo antiquae versionis capite legitur, hanc addamus : « Dixit abbas Macarius : Si aliquem corripueris commotus ad iracundiam, propriam passionem adimple. Nec enim, ut alium salves, teipsum perdere debes. Erue proximum tuum a peccatis sine improperio, in quantum praevalens, quia ad se Deus convertentes non proicit. Sermo autem malitiae non demoretur in corde tuo contra eum, ut possis dicere : Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Dei autem est dimittere et confirmare **66** petitionem nostram (4). » Cuius quidem sententiae prior pars in collectionis Rosweidi libro tertio et quinto atque in Apophthegmatis a Cotelerio editis legitur (5), eamque Macarii Aegyptii sententiam esse, e libro quinto (6) collectionis patet.

Sed iam iis, quae singula Historiae Lausiaca exemplaria de Macario Aegyptio praebent, cognitis, ad ea, quae de Macario Alexandrino a Palladio narrantur, transeundum est.

CAPUT III.

PALLADIUS DE SANCTO MACARIO ALEXANDRINO.

§ 18. Historia Lausiaca, quae in codicibus Vindobonensibus legitur, postquam de Macario Aegyptio illa retulit, ita pergit narrare : « Sanctum vero Macarium Alexandrinum conveni, qui presbyter erat Celliorum, quae dicuntur. In quae ego novem annos secessi, ex quibus tres mecum vixit ille Macarius in quiete degens. Atque alia quidem ipse vidi apud eum optima eius vivendi rationis opera et signa, alia ab iis, qui una cum eo vixerunt, didici, alia denique a compluribus aliis audivi. Exercitatio igitur Macarii magni, ut ego et multi apud eum didicimus, haec fuit. Si

Ecc. Graec. Mon. T. I p. 586 s. v. *Macarius Aegyptius* § XVII; in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(6) Lib. V libell. 4, 28 legis : « Dixit item Macarius ; » sed capite antecedente de « Macario maiore in Scithi » narratur.

quod opus exercitationis aliquem unquam fecisse audierat, idem efficere ardentem studuit. Hic igitur sanctus, quum audiisset, Tabennesiotas per totam quadragesimam nulla re vesci, quae igni admota esset, statuit et ipse septennio nihil, quod per ignem transiisset, comedere, et septem annis nihil aliud gustavit, nisi cruda olera, et si quae forte invenisset legumina humectata. De alio audierat, qui libram panis comederet; quare fregit, quae habuit, buccellata et in lagemam immisit, statuens tantum comedere, quantum manus ipsius sursum tulisset. Magna autem haec quoque fuit continentia. Nam festive nobis narrabat: Plura quidem frusta apprehendebam, sed efferre non poteram ob angustiam foraminis. Publicanus enim, inquit, mihi non permittebat omnino non vesci. Sic igitur tres annos peregit, quatuor quidem vel quinque uncias comedens et modicum aquae bibens: Olei autem sextarium toto anno in alimentum consumebat. Statuit aliquando superare somnum, ut ipse nobis narravit: Totis viginti diebus et noctibus sub tectum non sum ingressus, interdum quidem aestu urebar, noctu vero febris rigebam. Quod nisi tectum citius essem ingressus, inquebat, et somno usus essem, cerebrum ita mihi esset arefactum, ut, quin in ecclasiā agerer, parum abesset. Et quantum, inquit, in me fuit, vici somnum, quantum opus est, naturae concedens.

« Quum hic sanctus mane in cella sederet, in pede eum culex pupugit, quem, sanguine saturatum, dolore tactus manu elisit. Deinceps vero se reprehendit, qui se ipse ultus esset, seque condemnavit, ut sederet nudus sex menses in palude Scetis, quae est in vasta solitudine. Ubi culices possunt vel aprorum pelles sauciare, quum sint aequae magni ut vespae. Ab iis igitur totus ita sauciatus est, ut et aculei in toto corpore ipsius viderentur, ac nonnulli crederent, elephantiasis eum laborare. Reversum vero in cellulam suam ex sola voce cognoverunt Macarium esse.

« Cupiit aliquando, ut nobis ipse narravit, ingredi monumentum, quod dicitur *κηροάφου* Jannes et Jambres magorum, qui fuerunt tempore Pharaonis, videndi causa, aut daemones, qui ibi sunt, conveniendi. Dicebantur enim multi iique feroces ibi ab illis collocati esse daemones per excellentiam magicae artis, qua primas quoque illo tempore partes apud Pharaonem habuerunt. Qui ita nacti

potestatem in Aegypto, tempore vitae suae ex quadratis lapidibus construxerunt illud opus, in quo monumentum fecerunt, et multum aeri deposuerunt, omnis quoque generis arbores plantarunt, et puteum aquae maximum foderunt, sperantes quidem fore, ut post suam hinc illuc discessum fruenter delicias in hoc paradiso. Servus igitur Christi Macarius quum viam, quae ad hunc hortum ducit, ignoraret, sola conjectura secutus est astra, sicut nautae, qui maria transmittunt. Sic totam pervasit solitudinem. Fasciculum vero arundinum tenuit, ex quibus unam in unoquoque 68 milliari tanquam signum posuit, cuius ope remearet. Novem diebus prope illum hortum venit, et nocte oppressus parum dormavit. Improbus vero daemon arundines illas collectas ad caput eius posuit, fortasse Dei permissu ad maiorem sancti exercitationem, ne in arundinibus ducibus spem suam haberet, sed magis in gratia Dei, qui per columnam ignis et nubis quadraginta annos in ista solitudine populum Israel non obedientem et repugnantem deduxit. Surgens igitur arundines colligatas invenit. Sanctus autem: Ubi, inquit, ad hortum propius accessi, ex eo egressi sunt mihi quoque occurrerunt septuaginta fere daemones variis formis praediti, alii quidem clamantes, alii vero exsistentes, alii cum magno fremitu in me dentibus stridentes. Ceteri tanquam corvi volantes audebant vultui meo insultare dicentes: Quid vis, Macari, tentatio monachorum? Quid ad nos accessisti? An nos quoque contra aliquos monachorum machinati sumus? Quae nostra sunt, habes illic cum tui similibus, solitudinem dico, e qua cognatos nostros fugavisti. Tecum nihil commune habemus: quid nostra loca ingrederis? Anachoreta contentus esto solitudine. Qui hunc locum aedificaverunt, eum nobis assignarunt. Non poteris hic manere. Quid quaeris ingredi locum, quem nemo hominum, qui vixerunt, ex quo tempore fratres, qui eum condiderunt, nobis hic sepulti sunt, est ingressus? Sanctus: Quum, aiebat, multum insuper turbarent lamentarenturque daemones, dixi: Ingrediar tantum, videbo, et hinc recedam. Daemones: Hoc, inquiunt, nobis promitte in conscientia tua. Et quum dixissem: Hoc faciam, confestim evanuerunt. Ingressus igitur, aiebat, vidi omnia. Ubi inveni cadum aeneum, catena ferrea pendentem ex puteo, sed tempore consumptum, et fructus malo-

rum siccarum, quae intrinsecus vacuae erant. Sanctus igitur quum absque perturbatione illinc recessisset, per viginti dies remeavit. Consumptis vero cibariis solitudinem peragrans paene nihil omnino gustavit, quod res quoque probavit; atque tentata est tolerantia eius. Quum vero iam parum abesset, quin collaberetur, ei visa est unum fere stadium distans puella quaedam **69** munda linea veste induta, quae urnam tenebat aqua stillantem atque eum provocabat. Tres igitur dies ingressus eam vidit, neque assequi potuit; spe autem bibendi languorem sustinuit. Postquam apparuit multitudo bubalorum; reperiuntur enim in illis regionibus. E quibus, aiebat, una vitulum habens mihi ex adverso stetit. Cuius uterum quum lacte fluere viderem, accessi, et usque ad satietatem nutritus sum. Ac divino iussui parens me secuta est usque ad cellam, et me quidem nutrit, neque vero vitulum suum admisit

« Rursus alias hic virtute praeditus vir, quum prope folia et sarmenta puteum foderet in recreationem monachorum, ab aspidemorsus est. Quod animal letale venenum habet. Apprehensam igitur a faucibus aspidem sanctus ambabus manibus discerpsit, et : **C** Quum, inquit, te non miserit Dominus meus, quomodo ausa es ad me accedere ?

« Hic Macarius magnus diversas cellas in solitudine habuit, in quibus certamina virtutis peregit : unam quidem in Scete, quae regio est in interiore vasta solitudine, unam in Libya in Cellis, quae dicuntur, et altam in monte Nitriae. Ex quibus aliae quidem ostio carebant, in quibus Macarius dicebatur tempore quadragesimae sedere in tenebris. Altera autem cella multo angustior erat ceteris, in qua nec pedem extendere poterat. Tertia vero amplior erat, in qua etiam eos conveniebat, qui ad ipsum ventitabant.

« Hic vir sanctus tantam multitudinem sanavit eorum, qui a daemonibus vexabantur, ut eos numerando haud facile percenses. Quum nos adessemus, ad hunc sanctum virgo Thessalonica oriunda, nobilis genere et in hac vita dives, apportata est, quae multis annis paralysi laborabat. Atque ad eum adducta prope cellam sancti proiecta est. Qui misericordia commotus quum preces fundens et oleo sancto eam propriis suis manibus ungens viginti diebus super eam sedulo ac multum orasset, sanam in civitatem eius di-

A misit. Quae propriis pedibus regressa, copiosam sanctis oblationem misit.

« Hic magnus Macarius quum audisset, Tabennesiotas praeclarum habere vitae institutum, mutata veste et adsumpto mundano operarii habitu, spatio quindecim **70** dierum in Thebaidem, per solitudinem profectus, pervenit. Ubi quum in monasterium Tabennesiotarum venisset, Pachomium eorum archimandritam quaesivit, virum probatissimum, qui gratiam prophetiae habebat. Cui tamen Macarium magnum esse abscondebatur. Eum igitur cum Macarius convenisset : **B** Oro te, inquit, domine, suscipe me in monasterium tuum, ut monachus fiam. Cui Pachomius : Aetate tam proventus qui deinceps se exercere poteris ? Fratres a iuventute se exercent, et in laboribus adoleverunt, neque ferunt laborem. Tu vero hac aetate non potes sustinere tentationes exercitationis. Offenderis, exibis et maledices nobis. Neque eum suscepit. Ille autem perstitit ac ieiunus remansit septem dies. Deinde Macarius magnus. Me, inquit, suscipe, abba, et nisi ieiunavero, sicut illi, et operatus fuero, quae operantur, tum iube me eici e monasterio. Magnus igitur Pachomius fratribus persuadet ut eum suscipiant. Conventus autem illius monasterii constat mille-quadringentis viris in hodiernum usque diem. Hoc igitur monasterium Macarius magnus intravit. Brevi autem tempore post erat quadragesima. Ac Macarius magnus, quum vidisset unumquemque diversa suscepisse vivendi instituta, alium quidem vespere, alium post duos, alium post quinque dies comedere, alium etiam stare per totam noctem, interdium autem ad opus sedere : ipse, quum ramos sibi palmarum multos madefecisset, in angulo uno stetit, neque, donec quadragesima impleta esset et pascha advenisset, panem neque aquam tetigit, neque genu flexit, neque sedit, neque accubuit, neque omnino aliud quidquam gustavit, nisi cruda crambes folia, quae sumpsit die dominica, ut videretur comedere neque in aliquam de se opinionem incideret. Atque, si quando propter necessitatem suam egrediebatur, citius regradiens stetit ad opus manus suae, neque os aperuit, nec pauca locutus nec multa, sed stetit silens. Neque prorsus aliud quidquam, nisi orationem egit in corde, et ramos tractavit quos habebat in manibus. Haec autem omnes exercitatores illius monasterii quum vidissent, insurrexerunt adver-

sus praefectum suum atque : **71** Undenam, inquam, nobis adduxisti hunc hominem tanquam sine carne degentem ad nostram condemnationem? Aut eum hinc eiice, aut bene scito, nos omnes hinc hodie esse recessuros. Quae quum Pachomius magnus a fratribus audiisset, sciscitatus est de eo. Et quum didicisset eius vitae instituta, Deum oravit, ut, quis esset, sibi revelaretur. Revelatum est ei, Macarium monachum esse. Tum dominus Pachomius eius manum prehendit eumque foras eduxit; atque quum in domum oratorii, ubi est altare, eum deduxisset amplexusque esset : Tune, ait, es venerande senex? Tune es Macarius, idque celasti, nec mihi manifestasti? Ex multis annis cupii te videre, quum de te audirem. Habeo tibi gratias, quod subegeris filios meos, ne alte sentiant de exercitatione sua. Rogo te, recede in locum tuum; nos enim satis aedificasti; atque ora pro nobis. Deinde ab eo rogatus, petentibus quoque omnibus fratribus, recessit.

Rursus alias hic vir impatibilis nobis narravit : Omne, inquit, vitae monachicae institutum, quod expetebam, expertus ad aliud tandem spirituale desiderium veni. Statui enim ad tale operum desiderium accedere. Volui, inquit, quinque dies solam mentem meam reddere a Deo individuam, neque aliud quidquam omnino cogitare, sed ei soli adhaerere. Quod quum apud me statuissem, cellam meam atque extrinsecus aulam clausi, ut nulli adveniendi responsum darem. Ac steti incipiens a secunda, menti meae praecipiens et dicens : Vide ne descendas e coelis; ibi angelos habes et archangelos, supernas potestates, Cherubim ac Seraphim, Deum horum omnium effectorem. Illic versare. Ne sub coelum descendas; ne incidas in mundanas cogitationes. Sic, inquit, quum duobus diebus ac duabus noctibus perseverassem, ita daemonem irritavi, ut flamma ignis fieret, mihi que omnia, quae in cellula erant, combureret, ita ut etiam storea, in qua stabam, concremaretur, et sic me quoque totum aduri existimarem. Postremum timore affectus tertio die destiti ab hoc proposito meo atque, quum mentem meam amplius indivulsam tenere non possem, descendi in contemplationem huius mundi, **72** ne id mihi reputaretur in superbiam

« Quondam quum ad hunc sanctum venissem, extra cellam eius iacentem inveni vici cuiusdam presbyterum, cuius caput ita erat exesum morbo qui cancer dicitur, ut et ip-

sum os totum appareret in vertice. Neque eum ad colloquium admittebat. Rogavi igitur ac : Precor, inquam, miserere huius miseri, et saltem responsum ei da. Respondit mihi : Indignus est, qui sanetur. Haec enim ei immissa est disciplina. Sin eum vis sanari, suade ei, ut deinceps absteineat a sacrificio. Ego : Cur, inquam, obsecro? Respondet : Fornicans sacrum peregit ministerium, unde iam castigatur. Quodsi metu desistat ab iis, quae per contemptum ausus est facere, Deus eum sanabit. Hoc ei, qui affligebatur, dixi. Qui iureiurando apud Deum pollicitus est, se non amplius sacerdotis munera esse obiturum. Tum eum suscepit eique : Credisne, inquit, esse Deum, quem nihil latet? Ille respondet : Maxime, rogo te. Deinde : Num, inquit, potuisti illudere Deo? Respondet : Non potui, mi domine. Magnus : Si agnoscis, inquit, peccatum tuum ac disciplinam Dei, qua haec subiisti, te corrigas in posterum. Qui confessus est peccatum, et fidem dedit, se non amplius esse peccatum, neque altari ministraturum, sed laici sortem amplexurum. Deinde sanctus ei manus imposuit. Qui paucis diebus sanatus est, capillique capitis ei creverunt, et in domum suam reversus glorificavit Deum, ac gratias egit sancto.

« Rursus vidi ad eum adduci puerum a spiritu maligno vexatum. Cui sanctus manum dextram in caput imposuit et sinistram supra cor, ac tamdiu oravit, donec fecisset eum pendere in aere. Puer igitur, sicut uter inflatus, in corpore maximopere intumuit, deinde, quum subito exclamasset, per omnes sensus aquam emisit; quae quum desisset, in eam, qua initio fuerat, mensuram rediit. Eumque quum oleo sancto unxisset et aqua benedicta perfudisset, patri reddidit, ac vetuit, ne carnem nec vinum attingeret quadraginta diebus. Puer quidem ita sanato eos dimisit.

« Hunc Macarium magnum quondam vexarunt cogitationes vanae gloriae, quae eum e cella eiicere tentarunt, **73** et suggererunt ei, ut dispensationis gratia Romam pergeret, iustaque causam allegarunt sanationem eorum, qui ibi sunt, infirmorum. Valde enim in eo adversus spiritus operabatur gratia Domini. Longo autem tempore ab iis tentatum, quum non obediisset, ut egrederetur, acrius agitarunt. Prostratus igitur sanctus in limine cellae suae pedes foras emisit, daemonibusque vanae gloriae : Trahite, inquit, me et vellite, daemones, si potestis. Ego enim meis pedibus alias non abibo. Sin potestis talem me deportare,

quo dicitis perveniam. Atque furavit iis : Sic, inquit, iacebo usque ad vesperam. Nisi me moveritis, vobis non obediam. Quum vero immotus mansisset, sero vesperi tandem surrexit. Sed nocte adventante rursus eum vehementius etiam insectati sunt. Quare sanctus surrexit, duorumque fere modiorum sportam arena implevit, qua humeris imposita totam solitudinem pervasit. Cui occurrit Theosebius Cosmetor Antiochenus, et : Quid, inquit, portas, abba ? Cede mihi onus, neve ipse vexeris ! Ille autem : Vexo, inquit, eum, qui me vexat. Ipse enim quum lascivus sit, mihi peregrinationes suggerit. Sic vero quum se multum permovisset, in cellam intravit contrito corpore (1). »

§ 19. Haec hucusque Historia Lausiaca, quae in codicibus Vindobonensibus legitur, sub indice : De Macario Alexandrino. Sequitur in codice membranaceo sub indice : « De Marco » (2), in codice chartaceo sub indice : « De Marco exercitatore » (3) caput quoddam, cuius maxima pars in editis Historiae Lausiacae exemplaribus de Macario Alexandrino agit. Neque ipse codex membranaceus sibi constat, qui senem, de quo narratur, modo Marcum, modo Macarium indicat. Chartaceus autem semper quidem Marcum nominat, quem tamen saepe *ὁ μακάριος μάρκος* (4) **74** appellat. Quae quum ita sint, fas erit, hoc quoque caput, quod in codicibus Vindobonensibus : « De Marco » inscribitur, apponere et, num in eo de Marco, an de Macario narretur, dispicere. Quod quidem ita praestabimus, ut textum codicis membranacei latine redditum apponamus, variantes autem nominis senis illius lectiones, quae in codice chartaceo habentur, sub textu annotemus. Ita enim codicis membranacei Historia Lausiaca narrare pergit : « De eodem sancto Marco magno exercitatore (5) hic admirabilis Macarius hoc incredibile nobis narravit : Quum sacro, inquit, munere fungerer, tempore distributionis mysteriorum

A Christi ego observavi, Marco exercitatori nunquam me dedisse oblationem, sed angelus ei dabat de altari. Ego vero solum splendorem manus vidi eius, qui ei oblationem dabat. Hic vero Marcus quum iunior esset (6), vetus et novum testamentum memoriter didicit, fuitque insigniter mitis atque castus, si quis alius.

« Quodam die quum otium mihi esset, ad eum in extrema eius senectute perrexi. Quem quum ego, utpote qui rudis essem, supra hominem esse existimarem, ut etiam fuit, ostio cellae ipsius adsedi et, quid loqueretur vel ageret, auscultavi. Solus igitur intus quum iam centum fere annos haberet dentesque amisisset, secum et cum diabolo pugnavit ac : Quid tandem, inquit, vis, male senex ? En vinum bibisti et oleum tetigisti. Quid vis amplius tibi faciam, vorax in canitie, serviens ventri ? Ita se ipse contumeliis castigavit. Diabolo autem : Recede, inquit, a me, diabole. Consequisti mecum in pigritia. Infirmiorem corporis mihi inflixisti. Vinum et oleum me percipere fecisti. Voluptarium me reddidisti. Qui tibi insuper debeo ? Nihil invenis in me, quod deripere velis. Recede ergo a me, inimice hominum. Ac veluti latro **75** sibi ipse : Agedum, inquit, nugator, in canitie vorator et in heluatione senex ! Quamdiu etiam tecum ero ?

C « Paphnutius quoque Christi servus et praeclari huius viri discipulus haec nobis narravit : Quodam, inquit, die, quum Macarius domi in aula sederet (7) et animum Deo intentum haberet, hyaena catulum caecum suum attulit, et ostio aulae capite pulsato ingressa est, illo etiam sedente. Cuius ante pedes eum proiecit. Sanctus igitur Macarius quum catulum accepisset (8) eiusque in oculos spūisset, oravit, et statim catulus vidit. Quem quum lactasset, hyaena abiit. Die autem sequenti pellem magnae ovis sancto Marco attulit (9), quam quidem pellem is sancto Athanasio episcopo reliquit; beata autem Melania mihi

(1) Textus graecus legitur infra in harum Quaestionum Appendice priore sub II.

(2) Graece : Περὶ Μάρκου. Cf. harum Quaestionum Appendicem priorem sub II c. nota.

(3) Graece Περὶ τοῦ Μάρκου τοῦ ἀσκήτου. Cf. infra Appendicem I. I.

(4) Litera prima nominis proprii in codicibus Vindobb. minuscula esse solet, unde nomen proprium Μακάριος ab adiectivo μάκαριος in iis scriptura non differt.

(5) Περὶ τοῦ ἀγίου τούτου Μάρκου τοῦ μεγάλου ἀσκήτου. ..Cod. chartac. rectius : Περὶ Μάρκου τοῦ

μὲν ἀσκήτου...

(6) Οὗτος δὲ ὁ μάρκος νεώτερος ὢν... Cod. chartac. : Οὗτος δὲ ὁ μακάριος μάρκον νεώτερος ὢν. . . Ubi μάρκον positum esse pro μάρκος, neque pro μάρκου, ut quispiam fortasse crediderit, e codicis scriptura intelligitur.

(7) . . . καθεζομένου τοῦ μακαρίου οἴκου. Cod. chart. : . . . καθεζομένου τοῦ μακαρίου καὶ ἀθανάτου Μάρκου.

(8) Τοῦτον τὸν σκύμον λαβὼν ὁ ἅγιος Μακάριος. Cod. chart. : Τ. τ. σκ. λ. ὁ ἅγιος μάρκος.

(9) Ἦνεγκε τῷ ἁγίῳ Μάρκῳ uterque codex.

dixit, se a sancto Athanasio illam pellem, quae munus hyaenae appellabatur, accepisse. Id autem Dominus fecit, ut gloriosum redderet servum suum, sicut etiam in Elia et in Daniele fecit.

« Dicebatur hic sanctus, ex quo baptizatus esset, humi non spuisse per sexaginta annos. Annos enim quadraginta natus baptizatus est (1). Statura autem illa aetate satis minuta ac rara fuit; pilos in solo labro habuit, atque in suprema parte menti habuit paucos. Nam propter nimios exercitationis labores ne pili quidem menti eius enati sunt.

« Hunc sanctum die quodam conveni valde anxius animo et : Abba, inquam, Marce (2), quid faciam; nam affligunt me cogitationes insurrexerunt mihi : Nihil facis; recede hinc. Sanctissimus Marcus mihi respondit (3) : Dic tu, inquit, cogitationibus tuis : Propter Christum parietes 76 custodio. Haec quidem e multis magnisque signis ac certaminibus inclyti et virtute ornatu Marci (4) indicavi. »

Cum duobus codicibus Vindobonensibus de hoc loco componendus est tertius quidam codex bibliothecae Caesareae Vindobonensis (5), in quo capitibus asceticis cuiusdam Marci inscriptis : Τοῦ ἀββᾶ μαρκου περι τοῦ πνευματικοῦ νόμου (6) prologus praemittitur (7) e capite Historiae Lausiacaе, quod attulimus, compilatus. Qui incipit verbis : Οὗτος ὁ ἀθάνατος καὶ μακάριος μαρκος νεώτερος ὢν παλαιὰν καὶ καλὴν γραφὴν ἀπεστήθισεν.... Tum sequitur : Περὶ τοῦτου ἔφη ὁ μὲν μακάριος ὁ Ἀλεξάνδρινος πρεσβύτερος ὢν, ὅτι μαρκῶν τῷ ἀσκητῇ οὐδέποτε ἔδωκα ἐγὼ προσφορὰν... Qua narratione de oblatione, quam Marco seni angelus dederit, finita, alteram legis de catulo ac pelle hyaenae, quae incipit verbis : Οὕτως ὁ μέγας καὶ ἀθάνατος μαρκος ποτὲ καθεζομένου ἐν τῇ αὐλῇ τῆς κέλλης αὐτοῦ καὶ τῷ θεῷ προσομιλοῦντος ὕαινα τὸν ἑαυτῆς σκύμνον τυφλὸν ὄντα ἤνεγκε καὶ ρίπτει αὐτὸν εἰς τοὺς πόδας τοῦ ἀγίου, ὃν καὶ ἐθεράπευσεν ὁ ἅγιος τῇ ἐξῆς ἡμέρᾳ κώδιον προβάτου μεγάλου ἀγίῳ ἤνεγκε, ὅπερ ὁ ἅγιος μαρκος καταλέλοιπε τῷ ἀγίῳ μακαρίῳ. Qua quidem narratione prologus iste terminatur (8). Mar-

cus pellem, ab hyaena sibi oblatam, hoc prologo teste, S. Macario reliquit, a quo eam S. Melania accepit (9).

Ergo in codice, e quo prologus compilabatur, res illae non minus de Marco narratae esse videntur.

Quid autem, si in codicibus Vindobonensibus in illo capite erratum sit? Quid, si index ille : « De Marco » margini adscriptus reapse ad solam prodigiosam Macarii Alexandrini de Marco, cui oblationem angelus dederit, narrationem pertinet, ac librarii ipso hoc indice, ut aut nomen μακάριος in μαρκος mutarent, aut voci μακάριος alteram μαρκος adderent, adducti sunt!

77 Quod quidem cum per se non abhorreat a verisimilitudine, textu editionum versionumque Historiae Lausiacaе comprobari videtur. In textu enim Meursii, Cotelerii (10), Fronto-Ducaei, atque in versione Herveti, narratis iis, quibus in codicibus Vindobonensibus historia Macarii Alexandrini finitur, primum narratio Paphnutii de catulo ac pelle ab hyaena Macario Alexandrino oblati, tum cetera, quae in codicibus usque ad finem capituli habentur, subiunguntur. Deinde post verba : « Haec quidem e multis et magnis signis ac certaminibus inclyti ac virtute praediti Macarii significavi » eiusdem Macarii de Marco, cui oblationem angelus dederit, narratio legitur; ac tum demum sub indica : « De Marco » hunc senem sacras scripturas edidicisse, probum et castum fuisse et cetera, quae de Marci secum et cum diabolo certaminibus attulimus, usque ad verba : « Quamdiu etiam tecum ero » sequuntur.

Ergo in editionibus graecis Historiae Lausiacaе et in versione Herveti maxima pars capituli, quod in codicibus : « De Marco » inscriptum est, ad Macarium Alexandrinum refertur; reliqua vero, quae de Marco agunt, novo capite comprehenduntur.

Aliter vero se habet in Paradiso atque in versione Historiae Lausiacaе antiqua. In quibus narrationes capituli illius eodem pro-

(1) Τεσσαρακονταετής γὰρ ἔθαπτισθη. Cod. chart. : T. γ. ἔθαπτισθη ὁ γνήσιος τοῦ Χριστοῦ δούλος μαρκος.

(2) Ἀββᾶ Μάρκε uterque codex.

(3) Ἀποκρίνεται μοι ὁ ἀγιώτατος μαρκος uterque codex.

(4) . . . τοῦ αἰοιδίου καὶ ἐναρέτου μαρκου. . . uterque codex.

(5) Cod. ms. theol. graec. Nr. 274, olim 238

chart.

(6) Excusa sunt in Magn. Bibl. VV. PP. Paris. T. XI p. 888.

(7) In codicis fol. 247, 2.

(8) Cf. harum Quaestionum Appendicem priorem, sub IV.

(9) Cf. supra p. 16 not. 2.

(10) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 162.

sus ordine sequuntur atque in codicibus Vindobonensibus. Neque vero Paradisus sibi constat, qui pariter atque codex membranaeus Vindobonensis nomen senis modo Marcum, modo Macarium indicat. Nam quum primum de *Marco* narrasset, postea scribit: « Ad hunc [Marcum] cum venissem diceremque: Abba *Macari*. . . », tum in fine capituli: « Haec pauca de multis ex factis sancti *Macarii* vel dictis significavi. » Contra in versione Historiae Lausiacaе antiqua totum caput ad *Macarium* refertur, qui Palladio ante cellam pius sedente et auscultante secum et cum diabolo ista confabulatus sit, et cui plane omnia, quae capite illo habentur, convenient. Neque in ea Marci mentio fit, nisi ut, quae Macarius de eo retulerit, narrentur; quibus adiungitur, Marcum, quum iuuenis esset, s. scripturas edidicisse, et insigniter mansuetum et castum fuisse.

78 Quid igitur? Num statuemus, facta Marci mentione librarios inductos esse, ut, quae Macario convenient, Marco tribuerint, an, quod in iis, quae antecedunt, de Macario narratum est, Macario tribuisse, quae ad Marcum spectant?

Haec quaestio primo quidem aspectu satis perplexa esse videtur; sed, si accurate distinxerimus, facile solvetur. Rufini enim Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii, quae multo ante Historiam Lausiacam scripta est, edocemur, catulo hyaenae oculos a Macario Alexandrino restitutos esse. Nam legis: « Idem ipse Macarius leaenae speluncam habuit cellulae [suae] vicinam. Et quadam die catulos suos caecos ad eum bellua producit et ante pedes eius ponit. At ille quum intellexisset, pro caecitate oculorum bestiam supplicare, rogavit Dominum, ut eis redderet visum. Quo recepto matrem sequentes redeunt ad speluncam. Et paulo post ipsa cum catulis suis regrediens pelles ovium lanatas plurimas velut munus pro suscepta gratia ad senem defert morsu oris evectas, et ante fores eius depositis abscedit (1). » Dubium sane esse vix potest, quin eandem hanc sanationem catulorum leaenae supra Palladius significet. Quod si constat, dubitari amplius nequit, quin cetera quoque, quae capite isto Palladii narrationem de catulo hyaenae ad finem usque

sequuntur, ad Macarium Alexandrinum spectent: eum, ex quo baptizatus sit, sexaginta annos non humi spuisse, annos quadraginta natum baptizatum esse, statura brevi fuisse et cetera, quae usque ad finem capituli leguntur. Nam ordo totius huius orationis postulat, ut haec de eodem sene intelligantur, a quo oculi catulo hyaenae restituti sunt. Illa vero si de Macario intelligenda sunt, senem quoque centum annorum, qui se et diabolum tam acerbe increpavit, Macarium fuisse facile statuet. Nam quadraginta anni, quos Macarius ante baptismum vixit, et sexaginta, quos vixit accepto baptismo, si computantur, centum annos efficiunt.

79 Itaque in sola antiqua versione rectam inveniri nominum scripturam intelligis, cunctaque, quae capite illo codicum Vindobonensium: « De Marco » inscripto habentur, ad Macarium Alexandrinum spectare, neque omnino Marcum in capite nominari, nisi ut id, quod de eo Macarius dixerit, narretur, cui quidem narrationi Palladius, Marcum, quum iuuenis esset, s. scripturas edidicisse, ac sanitate et castitate insignem fuisse, addiderit.

Nec non, ut illud caput ita interpretemur, etiam nexus narrationis Palladii de Macario suadere videtur. Nam Palladium, qui, quamdiu Macarius Aegyptius vixerit, memorat, pariter, quot annos Macarius Alexandrinus attigerit, indicasse consentaneum est. Accedit, quod narratio Palladii de Macario Alexandrino, si illud caput ad Marcum refertur, iusto fine prorsus caret; contra, si ad Macarium pertinet, ambae de Macariis Palladii narrationes praeclare invicem sibi respondent.

Tertium denique et firmissimum argumentum repetimus a Sozomeno, qui senem, de quo isto capite narratur, Macarium esse aperte docet. Sozomenus enim: « Alter [Macarius Alexandrinus] vero », inquit, « serius quidem presbyter factus est. Sed omnibus fere arctioris disciplinae exercitationibus est perfunctus, quarum alias ipse excogitaverat, quasdam ab aliis acceptas tanto studio excoluerat, ut *ex nimia cutis ariditate pili barbae ei non succreverint* (2). » Ubi Sozomenum Historiam Lausiacam e capite isto compilasse manifestum est. Quodsi autem ea, quae de barba senis in capite Lausiacaе leguntur, ad

(1) Ruf. Hist. Eccl. lib. II cap. 4 ed. Basil. I. p. 243, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 272, Migne Patrol. T. XXI p. 512.

(2) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. Valesius p. 316.

Macarium spectant, quis, quin cetera quoque, A
quae illo capite continentur, in eundem cadant, amplius dubitabit?

Itaque perspicuum est, in codicibus Vindobonensibus pro Μακάριος falso scriptum esse Μάρκος. Qui quidem error cum ex adfinitate verborum tum ex indice: « De Marco » natus est, quem cum librarius aut lector, facta Marci mentione longum caput de Macariis finitum esse ratus, in margine adscripsisset, corruptela postmodum in textum facillime irrepsit.

80 Quam quidem corruptelam, quod in membranaceo codice modo Μακάριος modo Μάρκος legitur, antiquam esse, sed paulatim B
tantum genuinam vocem: Μακάριος textu expulisse, ut est in codice chartaceo, credideris. Auctoritati autem codicum Vindobonensium Lausiaca illo errore vix quidquam derogatur, quorum virtus in eo potissimum cernitur, quod res iusto ordine integras narrant, quod in editionibus graecis et in Herveti versione, ut saepissime, ita hic quoque, desideratur.

Sed haec, quae Palladius de Macario Alexandrino retulit, nunc quidem haecenus. Reliquum est, ut ad ea illustranda pauca moneamus.

§. 20. Ac primum quidem eo, quod Palladius narrat, se novem annos in Celliis seu C
Cellulis vixisse, difficultas quaedam chronologica nascitur. Palladius enim, qui se anno 388 Alexandriam venisse ipse testatur, etiam tradit, se, antequam in Cellulas abiret, tres annos circum Alexandriam (1), et annum integrum in monte Nitriae (2) habitasse. Quare, si anni computantur, ante annum 401 Cellulas non reliquisse videtur. Fateor quidem, verba: 'Επι τῶν κελιῶν, quibus habitationis suae circum Alexandriam tempus significat, non

solum tres integros annos, sed etiam tres fere annos indicare posse (3). Etiam si vero hoc statuamus, certe tamen ante annum 400 Palladius ex Cellulis non decessit.

Atque cum hac temporum descriptione optime conveniunt Palladii verba, ipsum tredecim annos monachum fuisse, antequam episcopus fieret (4). E Cellulis enim afflictiae valetudinis causa, ut ipse narrat, Alexandriam, deinde medicorum consilio Hierosolyma petiit, unde quum in Bithyniam venisset, episcopus ordinatus est (5). Quapropter eum anno post adventum suum tertio decimo Aegyptum reliquisse, et anno 401 episcopum B
factum esse consentaneum videtur. Praeterea anno 400 Palladium Alexandriae fuisse, iis quoque, quae de morte Evagrii ipse retulit, probabile fit (6).

Sed quominus id statuamus, prohiberi videtur loco dialogi de S. Chrysostomi vita, quem, testibus Georgio Alexandrino et Photio (7), Palladius episcopus scripsit. In hoc enim dialogo legitur, synodo Constantinopolitanae indictione XIII habitae interfuisse Palladium episcopum Helenopolis (8), quae est urbs Bithyniae. Viri igitur docti, imprimis Baronius (9) et Tillemontius (10), non dubitarunt, hunc Helenopolis episcopum eundem facere cum scriptore Historiae Lausiaca. Quoniam vero indictio XIII ab VIII Calend. Octobris i. e. XXIV Septembris (11) anni 399 incepit (12), Tillemontius, Montefalconius, Neander synodum mense Maio anni 400 habitam esse statuerunt (13). Scriptor vero vitae S. Chrysostomi, quae in AA. SS. Boll. invenitur, mense Martio aut Aprili anni 399 eam fuisse arbitratus est ob difficultates, quae synodum anno 400 habitam esse non admittunt (14).

(1) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 8 Opp. Meurs. l. I. p. 360.

(2) Ibid. p. 361.

(3) Matthiae Ausf. Griech. Grammatik ed. II T. II § 536.

(4) Hist. Laus. ed. Meurs. prolog. Opp. Meurs. l. I. p. 340.

(5) Ibid. cap. 44 Opp. Meurs. l. I. p. 472.

(6) Ibid. cap. 38 Opp. Meurs. l. I. p. 550 sqq.; Tillemont Mémoires T. X p. 368 sqq., p. 796 Not. 7.

(7) Georg. Alexandrinus in Vita S. Jo. Chrysostomi. Photius in Bibl. ex rec. Bekker. Berol. 1824 p. 78, b. Cf. S. Jo. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon T. XIII Praef. p. xi sq.

(8) Pallad. Dial. de vita S. Jo. Chrysostomi cap. 13. 14. S. Jo. Chrysost. Opp. ed. Montfau-

con T. XIII p. 50 sq., Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 298. 300.

D (9) Baron. Annal. a. 398. 400. 403. 404. 405. 406.

(10) Tillemont Mémoires T. XI p. 500 sqq.

(11) Ideler Lehrb. d. Chronologie Berlin 1831 p. 412; Du Cange Glossar. s. v. indictio.

(12) AA. SS. Boll. Sept. T. IV p. 545, b. Tillemont Mémoires T. XI p. 158. 382.

(13) Tillemont l. I. p. 581 sqq. Not. 59. Montfaucon in Vita S. Jo. Chrysostomi, S. Jo. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon T. XIII p. 137 sqq. Neander, Der h. Joh. Chrysostomus u. die Kirche in dessen Zeitalter Berlin 1822 T. II p. 77 sqq.

(14) AA. SS. Boll. Sept. T. IV p. 543 sqq. Cf. Cave et Oudin. s. v. Chrysostomus. Bollandus Jan. T. I p. 1097 synodum Constantinopolitanam anno.

82 Atque Baronius, Tillemontius, ceteri, ut Palladium Lausiaca scriptorem eundem facerent cum illo Helenopolis episcopo, praecipue locis quibusdam Historiae Lausiaca inducunt, quos genuinos esse vix certo constat. E quorum numero est locus Paradisi, quo, postquam prophetia Joannis in Lyco, Palladium episcopum fore, narrata est, haec leguntur: « In quo [episcopatu] tempestatis illius, quae sub sancto Joanne commota est, interfui malis » (1). Idem habetur quidem etiam in graeco Meursii textu (2); sed Hervetus haec profert: « Dignus habitus sum ordinatione, quae meas vires superat, in eum casum incidens, quem Joannes [in Lyco] praedixerat » (3). » Quae quidem lectio, quum toto capite de Joanne in Lyco narretur, probabilior videtur. (Quomodo codices Vindobonenses locum exhibeant, non examinavi.) Rursus et Baronius et Tillemontius tradunt (4), scriptorem Historiae Lausiaca Romae ob causam S. Joannis [Chrysostomi] morantem a Piniano Melaniae iunioris marito exceptum esse. Quod quidem in editione Meursii (5) et in Paradiso (6) legitur, sed deest in codicibus Vindobonensibus (7) et in antiqua versione. Denique Tillemontius Historiam Lausiacam in codicibus *Palladio Helenopolis episcopo* tribui docet (8), quod non omnino verum est; nam codices Vindobonenses eam *Palladio episcopo* inscribunt (9).

83 Fateor ea, quae Palladio Helenopolis

401 habitam esse putavit, quod quidem neque cum verbis dialogi (l. l.), quo tum tumultum propter Gainam barbarum fuisse traditur, neque cum tota ejus temporis chronologia convenit.

(1) Parad. cap. 22, VV. PP. Rosw. p. 966. Cf. Baronii Annal. a. 388; Tillemont Mémoires T. XI p. 516.

(2) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 44 Opp. Meurs. D l. l. p. 472.

(3) Ibid. p. 471, VV. PP. Rosw. lib. VIII c. 43 p. 740, 2.

(4) Baron. Annal. a. 388; Tillemont Mémoires T. XI p. 515.

(5) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 123 Opp. Meurs. l. l. p. 604.

(6) Cap. 49, VV. PP. Rosw. p. 980, 1.

(7) Cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam*, infra huic nostrae editioni Historiae Lausiaca praepositam.

(8) Tillemont Mémoires l. l. p. 500.

(9) Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης Λαύσῳ

A episcopo inde a tempore, quo S. Chrysostomus in exilium missus est, i. e. ab anno 404 accidisse dialogus tradit, in Lausiaca scriptorem optime cadere. Ille enim propter causam S. Chrysostomi Romam petiit, unde redux factus in urbem Syenam in Aegypto prope Blemmyes sitam in exilium abiit multosque diu perpessus est labores (10). Atque Palladius Lausiaca scriptor se Romae et Syenae fuisse ipse testatur (11). Accedit, quod Lausiaca scriptori Joannes in Lyco praedixit, ipsum, si episcopus factus esset, multos labores calamitatesque perpessurum esse (12). Denique illud, quod Palladius Lausiaca scriptor narrat, se, postquam episcopus factus per undecim menses in cella tenebrosa latuerit, recordatum esse verbi beati Joannis in Lyco (13), optime de exilii tempore, quo Palladius, Helenopolis episcopus, in Aegyptum abductus est, dici potest.

At alia, quae de Palladio Helenopolis episcopo in dialogo leguntur, eum scilicet synodo isti Constantinopolitanae interfuisse, in Lausiaca scriptorem cadere nequeunt. Primum enim descriptio temporum, qua hic in Historia Lausiaca ipse utitur, aperte repugnat. Deinde Palladius Lausiaca scriptor, quum Alexandria proficisceretur, hydropisi laborabat (14), ita ut eum vix reducem, postquam recens episcopus ordinatus est, ad causam Antonini Ephesi episcopi disceptandam, id quod dialogus tradit, a synodo electum esse,

κραιπρότερον παρὰ Παλλαδίου ἐπισκοποῦ κατὰ βίον διαφόρων ἀσκητικῶν καὶ δαιῶν κτηρῶν. Cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam* infra l. l.

(10) Pallad. Dial. de vita S. Jo. Chrysost. c. 3. 4. 20. S. Jo. Chrysost. Opp. ed. Montfauc. T. XIII p. 11 sqq., 77 sq., Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 267 sqq. 320. 321.

(11) Hist. Laus. Prolog. Opp. Meurs. l. l. p. 339.

(12) Ibid. cap. 44 p. 471.

(13) Ibid. l. l.

(14) Palladius tribus annis postquam Joannem in Lyco invisit, i. e. exeunte anno 397 (cf. supra p. 21), splene et stomacho laborare coepit. Qui morbus deinde in hydropisim vertit, unde a fratribus Alexandriam missus medicorum consilio aeris subtilioris gratia exeunte anno 400, ut patebit, aut ineunte 401 Hierosolyma et in Bithyniam venit. Hist. Laus. l. l.

aut instante aestate tam longum iter Ephesum suscepisse (1), parum verisimile sit. **84** Difficultates autem expediendi haec restat via. Socrates refert (2), Palladium episcopum Helenopoli Aspunam translatum esse. Quid, si id ad Palladium episcopum dialogi scriptorem pertineat, ac paullo post synodum Ephesinam anno 401 habitam factum sit, Palladius vero Lausiaca scriptor hoc ipso anno in eius locum sit suffectus?

Atque rem ita se habere dialogus ille quodammodo ostendit. Cuius scriptor Photio et Georgio Alexandrino testibus est *Palladius episcopus* (3), in codicibus *Palladius episcopus Helenopolitanus, ab aliis etiam episcopus Asponensis dictus* (4). Is igitur in dialogo se Romam primum venisse (5) ait aliquanto post Palladium Helenopolitanum episcopum, quem sub Innocentio Papa ibi fuisse ob causam S. Chrysostomi (6), et eo tempore, quo dialogus instituitur, apud Blemmyes in Aegypto detineri (7) scribit. Porro scriptor dialogi a Theodoro diacono, quocum illum sermonem conseruit, saepe per canos suos, ut verum dicat, senex obsecratur (8), quod sine dubio in Palladium Lausiaca scriptorem, qui tum vix annos quadraginta natus erat, cadere non potest. Unde inter duos illius temporis Palladios Helenopolis episcopos distinguendum esse probabile est (9). Quod si constat, difficultatem illa, quae testimonio Socra-

tis nititur, coniectura optime solvi vides.

85 Quomocumque vero res se habet, ex iis, quae disputavimus, hoc liquet, iustam causam non esse, cur cum Tillemontio (10) chronologia, quae in Historia Lausiaca legitur, relicta statuamus, Palladium Lausiaca scriptorem anno 399 Alexandria profectum esse, ineunte anno 400 episcopum esse ordinatum, et in Nitriam anno 390 venisse. Immo haec potius tenenda est chronologia, Palladium secundo Theodosii Magni consulatu, qui incepit a Calendis Januariis anni 388 (11), Alexandriam appulisse, anno 391 in Nitriam, ac subsequente in Cellulas venisse, annoque 401 episcopum in Bithynia ordinatum esse, unde etiam Historiam Lausiacam, ut supra (12) iam docuimus, anno 421 scriptam esse e verbis Palladii conficitur.

§ 21. Quod si est exploratum, Macarium Alexandrinum saltem usque ad annum 395 superstitem fuisse apparet. Nam tres annos cum Palladio in Cellulis vixit in quiete degens (13). Atque quin tres primi anni, quos Palladius in Cellulis transigebat, significantur, non facile dubitabis. Nec te Hierosolymitanum iter, quod Palladius circa annum 394 instituit (14), quominus tres primos annos fuisse dicas, impedit. Palladius enim, qui novem annos, quanquam saepissime interea peregrinatus **86** est, in Cellulis transegisse se nar-

(1) Pallad. Dial. cap. 13. 11. S. Chrysost. Opp. l. 1. p. 429 sqq., Galland. Bibl. PP. l. 1. p. 298, 299, 500.

(2) Socr. Hist. Eccl. lib. VII cap. 36 ed. L. p. 381.

(3) Cf. supra p. 81.

(4) Emeric. Bigot. de Palladio episcopo Helenopolitano Praef. in Bibl. Galland. l. 1. Proleg. p. XXV.

(5) Cap. 1, S. Chrysost. Opp. l. 1. p. 3, Galland. Bibl. PP. l. 1. p. 264.

(6) Cap. 3, S. Chrysost. Opp. l. 1. p. 11, Galland. Bibl. PP. l. 1. p. 267.

(7) Cap. 20, S. Chrysost. Opp. l. 1. p. 77, Galland. Bibl. PP. l. 1. p. 320.

(8) Cap. 4, S. Chrysost. Opp. l. 1. p. 16, Galland. Bibl. PP. l. 1. p. 270, 271, et passim per dialogum.

(9) Id Gregorius Alexandrinus et Photius sensisse videntur, qui scriptorem dialogi simpliciter *Palladium episcopum* dicunt. Ac Photius Palladium episcopum Helenopolitanum antea (Bibl. ex rec. Bekkeri p. 18, b laudaverat. Palladium episcopum cum tribus aliis episcopis S. Chrysostomo pulso Romam venisse Innocentius Papa clero Constantinopolitanae ecclesiae scripsit. S. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon T. III p. 524, Eundem propter se

et propter ecclesiam aeorum affei ipse S. Chrysostomus tradit in ep. 148 l. 1. p. 686. Eidem Palladio S. Chrysostomus (annis 404—407) epistolam scripsit, in cuius fine petit, ut ipsam Palladius de valetudine sua certiore faciat. Ep. 113 l. 1. p. 656. Quae quidem in aegrotantem Historiae Lausiaca scriptorem optime cadunt. Plurima, quae viri docti de Palladio disputarunt, legis Opp. Meurs. T. VIII p. 650 sqq. Cf. Emeric. Bigot. l. 1.

(10) Tillemont Mémoires T. XI de Palladio D p. 500—553 et passim.

(11) Teste Cassiodoro iade ab a. u. 601 consulatus a Calendis Januariis incepit. Cassiod. Chron. Opp. Cassiod. ed. 1656 p. 481, ed. Gareti p. 384, Migne Patrol. T. LXIX p. 1223. Cf. Ideler Lehrb. d. Chronologie p. 328. El. Handbuch der mathematischen u. technischen Chronologie Berlin 1825 T. II p. 149. De anno 388 cf. supra p. 58 not. 3.

(12) P. 24. Plurimi eam falso, ut iam patet, anno 420 aut 419 scriptam esse statuerunt; annum 421 indicarunt Cave et Oudin. s. v. *Palladius*, et Reuber in libro: Allg. Encyklop. v. Ersch u. Gruber s. v. *Palladius*.

(13) Cf. supra p. 66.

(14) Cf. supra p. 21. 22.

rat, etiam tres se annos cum Macario vixisse A dicere potuit, etsi illo tempore breve iter instituerit. Macarium in quiete sedisse vix aliud quidquam significat, nisi eum munere sacerdotii in usum fratrum propter senectutem tum non amplius functum esse (1). Tillemontius e verbis Palladii conclusit, tribus illis annis elapsis Macarium obiisse (2), unde mors eius in annum 395 caderet, et quidem testante Martyrologio in IV ante Non. Januarias, Graecis Menaeis testibus in XIV ante Calend. Februarias (3). Sed num e verbis Palladii illud recte colligi possit, in dubium iure vocatur. Macarium enim post illos tres annos statim animam efflasse Palladius non dicit, sed hoc solum : Macarium Aegyptium anno ante adventum ipsius in solitudinem mortuum esse; cum Macario autem Alexandrino, Cellularum presbytero, se tres annos vixisse. Quid, si Macarius Alexandrinus, qui Palladio teste (4) in Nitria et in interiore vasta solitudine cellas habuit, post illos tres annos in aliam cellam abiit? Quid si congressui fratrum omnino se subduxit? Fateor, Tillemontii sententiam verisimilem quidem esse, sed certam eam nequaquam dixerim.

Sin, Tillemontii opinionem secuti, statuimus, Macarium Alexandrinum mense Januario anni C 395 vita decessisse, eundem ante annum 295 natum, et ante annum 335 baptizatum esse, statuamus necesse est. Nam Palladio auctore annos quadraginta natus baptismum suscepit, ex quo saltem sexaginta annos vixit (5). Macarii illo ad Tabennesiotas itinere edocemur, eum ante annum 348, quo Pachomius diem supremum obiit (6), 87 magna vitae monachicae laude floruisse; etenim Pachomius ei : « Multis », inquit, « abhinc annis cupii te videre, quum

de te audirem » (7). Quare post annum 335 baptizatum esse eum aegre credideris.

Fabricius (8), Caveus (9), Oudinus (10), de Nessel (11), Pritius (12) nescio quibus fultis rationibus tradunt, Macarium Alexandrinum anno 404 e vita decessisse. Sed vix dubium est, quin in eum errorem ideo inducti sint, quod in textu graeco Meursii (13), in versione Herveti (14) atque in Paradiso (15) legitur, Macarium Alexandrinum Macario Aegyptio iuniorem fuisse. Id vero si fuisset, eum post annum 300 natum, post annum 340 baptizatum esse, et ante annum 348 tantam virtutis famam multis abhinc annis habuisse necesse esset, quod a verisimilitudine plane abhorret. Illud vero, Macarium Alexandrinum Aegyptio iuniorem fuisse, neque in codicibus Vindobonensibus, neque in antiqua versione habetur. Tillemontius Macarium Alexandrinum aetate fuisse minorem ideo putavit, quod scriptores eum semper post Macarium Aegyptium commemoraverint (16). Rem Sozomenus explicat, qui, postquam de Macario Aegyptio disputavit : « Macarius », inquit, « Alexandrinus serius quidem presbyter factus est » (17). Atque etiam verisimile est, Macarium SS Alexandrinum post Macarium Aegyptium monachum factum esse. Macarium vero Alexandrinum Aegyptio natu minorem fuisse, iam apud Makrizium legis (18). Nec, unde error in illa Historiae Lausiaca exemplaria irrepserit, certo dixeris. Quia autem Sozomenus ea, quae de Macariis habet, e Palladii Historia Lausiaca compilasse manifesto patet, additamentum, Macarium Alexandrinum serius presbyterum esse factum, iam Sozomeni tempore in Lausiaca exstitisse probabile est.

§ 22. Sed ad narrationes ipsas de Macario

(1) Simili modo Ephraem τὸν ἡσυχὸν δεῖ δεῖξασθαι βίον dicitur. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 101 Opp. Meurs. I. I. p. 572.

(2) Tillemont Mémoires ed. Bruxelles T. VIII P. III p. 1078.

(3) Cf. infra Caput VIII.

(4) Supra p. 69.

(5) Cf. supra § 19 p. 75 sqq.

(6) AA. SS. Boll. Mai T. III p. 290 sqq., cf. Tillemont Mémoires ed. Brux. T. VII P. III p. 1233.

(7) Cf. supra p. 71.

(8) Bibl. Graec. ed. Harless. T. VIII Hamburg. 1802, 4°, p. 365 s. v. Macarius iunior Alexandrinus.

(9) Scriptt. eccles. Hist. lit. s. v. Macarius junior.

(10) Comment. de Scriptt. eccles. s. v. Macarii tres monachi.

(11) Supplem. Comment. Lambec. Vindob. 1690 T. II in indice alphabetico s. v. Macarius junior.

(12) S. Macarii Aegyptii Opusc. et Apophthegm. Lips. 1699 Praef. § VII.

(13) Cap. 20 Opp. Meurs. I. I. p. 389.

(14) Ibid., et VV. PP. Rosw. lib. VIII cap. 19 p. 719, 2.

(15) VV. PP. Rosw. cap. 6 p. 950, 1.

(16) « Celui d'Alexandrie a été apparemment postérieur à celui d'Egypte aussi bien pour l'entrée dans la solitude que pour la naissance, puisqu'on le met toujours après l'autre. » Mémoires T. VIII P. III p. 1043.

(17) Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. I. p. 516.

(18) Macrizi Geschichte der Copten v. Ferd. Wüstenfeld Götting. 1845 p. 110. 111.

Alexandrino e Historia Lausiaca prolatus veniamus. Quarum nulla apud alium scriptorem invenitur praeter solam de magorum monumento a Macario Alexandrino viso, quae in libro secundo (1) fere hoc modo habetur: Macarium prae ceteris senibus amatorem eremi fuisse, et inaccessa perscrutum esse deserta. Aliquando eum invenisse locum in remotissimis eremi partibus positum omnibusque bonis repletum. Ubi duos habitasse fratres, qui propter multitudinem daemonum ibi degentium, ne alios eo monachos deduceret, eum admonuerint. Regressus autem quum opportunitatem loci fratribus indicasset, multorum animos inflammatos esse, sed ceteros dixisse: « Locus iste si vere, ut iactatur, a Janne et Mambre consitus est, non aliud de eo credendum est, nisi quod diaboli opere ad deceptionem nostram praeparatus sit. Si enim vere, ut perhibent, deliciosus est et abundans, quid sperabimus in futuro saeculo, si hic deliciis fruimur? » Quibus verbis tandem ferventes juvenum animos repressos esse. Rem scriptor libri secundi fama acceperat; nam scripsit: « *Ferebant* eum amatorem fuisse . . . » tum: « Ubi etiam duos fratres invenisse *ferebatur*. » Fortasse etiam fama de duobus monachis, quos Macarius Aegyptius in remotissimis solitudinis partibus nudos 89 invenit (2), in indolem J'ri secundi narrationis vim aliquam exercuit.

Ad ordinem deinde, quo narrationes in editis exemplaribus se excipiunt, quod attinet, Paradisus et versio antiqua res eodem ordine, quo codices Vindobonenses, narrant; altera in hoc solo discrepat, quod illud, Macarium sibi proposuisse, ut quinque diebus in solo Deo mentem defigeret, omisit. Magis autem a codicibus differunt graecae editiones et interpretatio Herveti. In quibus ab initio capituli quatuor narrationes, quae in codicibus desunt, inveniuntur, atque cellarum Macarii enumeratio virginisque Thessalonica oriundae sanatio post historiam infelicis sacerdotis, qui fornicans sacra obierat, leguntur.

Ad res denique quod spectat, causa, cur Macarius sex menses nudus in palude Scetis

sederit, in Herveti et in antiqua versione non culicis elisio, sed spiritus fornicationis indicatur. In quibus haec legis: « Ei aliquando molestiam exhibuit spiritus fornicationis, et tunc condemnavit seipsum sedere nudum sex menses in palude Scetis . . . » (3). Quam eausam falsam esse existimo et inde fictam, quod talis poena soli ultioni culicis pungentis non congrua visa sit. Versio Herveti Macario quatuor tribuit cellulas in Scete, Libya, Celliis et monte Nitriae sitas. Sed Cellia ad Libyam pertinuerunt, neque codices neque editiones ceteraeque versiones plus tribus Macarii cellis norunt. Antiqua versio non habet, Macarium, quum cogitationibus vanae gloriae vexaretur, arena humeris imposita eremum pervasisse, sed: « Sic ergo, » inquit, « iacuit usque ad vesperam; postmodum surrexit ad consuetum opus Domini » (4). Denique in Herveti et in antiqua versione, postquam narratum est, daemones e monumento « Janne et Mambre » magorum egressos a Macario fugatos esse, haec adduntur: « Ingrediente autem eo [Macario] in paradysum ei occurrit diabolus 90 cum stricta rhomphaea, ei minitans. Ad quem hanc vocem respondit sanctus Macarius: Tu venis ad me in stricta rhomphaea, et ego contra te ingrediar in nomine Domini Sabaoth, in acie Dei Israel (5). »

Et haec quidem sunt, quibus editiones versionesque Historiae Lausiacae a codicibus differunt. Hoc solum accedit, quod in editionibus graecis et in versione Herveti traditur, Macarium Alexandrinum *bellaria vendidisse* (6). Ubi in Paradiso habetur: « *Negotiator erat*, » glossa in margine adscripta: « Ms. addit: *qui poma vel legumina nucesque vendebat* » (7). Quae glossae verba etiam in codicis pervetusti, quem Romae in bibliotheca monasterii Yerusalemme in Croce adii (8), D textu leguntur. Antiqua denique versio Rosweidiana collectionis idem, quod graecus textus et Herveti versio, profert: « *Grutaria vendens* (9). » Sed neque codicibus Vindobonensibus neque ceteris antiquis fontibus, quos examinabimus, eiusmodi quidquam continetur.

(1) Cap. 29, VV. PP. Rosw. p. 480, 2 sqq.

(2) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 3, 4; Apophthegm. s. v. *Macarius Aegyptius* § II; Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 526 sqq. Cf. infra Caput VI.

(3) VV. PP. Rosw. p. 722, 1. 992, 1.

(4) Cap. 10, VV. PP. Rosw. p. 993, 2.

(5) Herveti versio cap. 20, VV. PP. Rosw.

p. 722, 2. Antiqua versio cap. 10, ibid. p. 992, 1.

(6) *Τρατήματα πικρῶσμων* Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 20 Opp. Meurs. p. 389. Versio Herveti ibid. p. 390 et VV. PP. Rosw. p. 719, 2.

(7) Cap. 6, VV. PP. Rosw. p. 950, 1.

(8) Cf. supra p. 15.

(9) Cap. 9, VV. PP. Rosw. p. 989, 2.

Hoc etiam, quod in graecis editionibus, Herveti A versione et in Paradiso habetur, Macarium Alexandrinum virtutibus vitae monachicae Macario Aegypto antecessisse (1), in eodibus Vindobonensibus et in versione antiqua non legitur.

§ 23. Ad singulas autem narrationes, quas de Macario Alexandrino e Lausiaca Palladii protulimus, illustrandas haec animadvertenda sunt.

Primo abstinentia Macarii Alexandrini magnopere praedicatur. Qui usum Tabennesiotarum per totam quadragesimam coctis cibis se abstinentium secutus, septem annis nihil, quod igni admotum esset, comedit, sed sola cruda olera 91 et legumina, si quae forte invenisset, humectata gustavit. Ac quum audivisset, fratrem quendam libram panis comedere, buccellatis, quae habuit, in lagenam immissis solummodo tantum, quantum manu efferre poterat, comedit, tribusque annis quatuor tantum vel quinque unciarum cibis usus est. Olei autem sextarium anno in alimentum consumpsit. Iam ad libram duodecim unciae redeunt (2). Ac *Ἐξάρης* seu sextarium olei duodeviginti fere uncias habuit (3). Unde abstinentiam Macarii maximam fuisse apparet (4). Nec solum oleo senes in alimentum, sed etiam ad unguendas et molliendas ab opere manus C uti solebant (5); a quo usu iam S. Antonius se abstinuit (6). Ac coctis cibis multi senes usi non esse dicuntur. Ex quibus Ammonius inde a iuventute usque ad mortem solis crudis cibis vesceretur, nec unquam, quod igni admotum esset, comedit praeter panem (7). Moyses abbas ex latrone monachus factus, quum plurimum operaretur et quinquaginta orationes quotidie perageret, nihil praeter siccum duodecim unciarum panem sumpsit (8). Apollo abbas non amplius quam

olera, quae sponte nascuntur in terra, nequa panem, nec legumen, neque ex fructibus arborum quidquam, neque omnino ea, quibus igni admotis homines vescuntur, comedit (9). Serapion Sindonita praeter panem et aquam nihil sumpsit (10). Evagrius, ex quo in solitudinem 92 venit, neque lactuocam tetigit, neque minutum olus, nec viride quidquam, nec fructum, nec uvam, nec lavacram, nec carnem, nec panem, nec vinum, neque omnino quidquam ex iis, quae per ignem transeunt, praeter quaedam olera cruda et modicum aquae. Sextodecimo autem huiusmodi vitae anno quum propter corporis stomachique imbecillitatem panem quidem tetigisset, cocta tamen olera ad mortem usque non gustavit (11). Philoromus denique presbyter coctis cibis duodeviginti annis se abstinuit (12).

Macarius Alexandrinus, ut omnino non vesci cupiit quod tamen humana natura non admittebat, ita etiam in somno vincendo quid posset experiri statuit, totisque viginti diebus sub coelo degens nihil omnino dormivit; sed postremum naturae eum cedere necesse fuit. Noctem vero saepissime pervigilasse multi senes feruntur. Ex quibus Dorotheus, apud quem Palladius Lausiaca scriptor prope Alexandriam vixit, a iuventute usque ad senectutem nunquam sponte dormivit, sed non nisi inter operandum vel comedendum oculos somno parum connivebat (13). Porro Arsenius unam somni horam strenuo exercitatori sufficere perhibuit, atque ipse tota nocte pervigilata mane parum sedens dormivit (14). S. Antonius denique totam persaepe noctem insomnem duxit (15). Quanquam senem aliquem somno sic, ut Macarium Alexandrinum, abstinuisse non inveni.

Tertium denique summae Macarii Alexan-

(1) Hist. Laus. ed. Meurs. l. 1. Versio Herveti l. 1. Paradis. l. 1.

(2) Boeckh Metrol. Untersuchungen Berl. 1838 p. 160 sqq.

(3) Ibid. p. 17 sqq. Cf. Steph. Thes. s. vv. *Ἐξάρης* et *Ὀύρα*.

(4) Evagrius quatuordecim annis libram panis quotidie ac tribus mensibus sextarium olei consumpsit. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 88 Opp. Meurs. l. 1. p. 353. Dorotheus senex quotidie sex unciarum panem comedit ac modicum aquae bibit. Ibid. cap. 2 p. 349. Abbas Elias, senex quum esset, trium unciarum panem et tres oleas quotidie comedit. Ibid. p. 493.

(5) Regula S. Pachemii cap. XCII, Holat. Cod.

D Regularum ed. Aug. Vindelic. 1750 T. I p. 31, 1.

(6) Vita S. Antonii cap. 7, S. Athan. Opp. T. I P. II p. 638.

(7) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 14 Opp. Meurs. l. 1. p. 577.

(8) Ibid. cap. 23 p. 416.

(9) Ibid. cap. 53 p. 496.

(10) Ibid. cap. 84 p. 542.

(11) Ibid. cap. 88 p. 533.

(12) Ibid. cap. 113 p. 584.

(13) Ibid. cap. 2 p. 352.

(14) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 4, 2. 5.

(15) Vita S. Antonii cap. 7, S. Athan. Opp. T. I P. II p. 638.

drini exercitationis argumentum hoc est, quod A propter solam ultionem culicis pungentis sex menses nudus in palude Scetis sedit. Unde quum reverteret, a culicibus toto corpore ita vulneratus fuit, ut ex sola voce agnosceretur, et elephantiasi laborare videretur. Ita vero etiam Evagrius, qui a spiritu blasphemiae 93 quondam vexatus diebus quadraginta tectum non ingressus erat, toto corpore muscis scatuisset traditur (1). Idemque Evagrius, a daemone fornicationis quondam vexatus, hiemis tempore tota nocte in puteo stetit (2). Sed nequaquam Palladius ita intelligendus est, ut dixerit, Macarium sex mensibus in paludis aqua sedisse : sed, ut sponte elucet, apud paludes vel in ripa paludium. Quas regiones culicibus aliisque insectis hodie abundare Minutoli indicat (3). Librarius autem, qui Macarium in paludibus propter spiritum fornicationis sedisse finxit (4), Palladium falso isto modo intellexisse videtur. Idemque Macarius Alexandrinus alias ob aliam causam in Scetis paludes secessisse, unde culicibus perforatum Macarius Aegyptius ad fratres reduxerit, in Apophthegmatis (5) legitur.

Sed iam de illo cepotaphio Jannes et Mambres magorum, quod a se visum esse C Macarius ipse Palladio retulit, disputemus. Eo enim nomine a Judaeis magi dicebantur, quibuscum Moses et Aaron coram Pharaone prodigiis concertarunt. Ex qua traditione, ut recte docet Theodoretus, Paulus apostolus nomina illa in epistola ad Timotheum desumpsit, omnes increpans, qui, quemadmodum Jannes et Mambres Mosi resisterint, ita ipsi

veritati resistent (6). Quae apostoli verba ad librum apocryphum « Jannes et Mambres » inscriptum respicere, Origines perhibuit (7). Unde patet, traditionem, qua Jannes et 94 Mambres magi Mosi adversantes vocabantur, satis antiquam fuisse. Atque eodem nomine magi isti a Targumista Jonathan, nec non in Talmud Babylonico (8) appellantur. Nec solem apud Judaeos, sed etiam apud Graecos, et apud Romanos Jannes et Mambres laude magicae artis floruerunt. Nam Jannes et Mambres magos artibus magicis excelluisse, et ab Aegyptiorum populo Musaeo (Mosi) oppositos esse, Numenius Pythagoraeus in fragmento, quod est apud Eusebium (9), scripsit. Ac Plinius (10) : « Est, » inquit, « et alia Magices factio a Mose et Jamne et Jotape Judaeis pendens. » Abulpharagius in Dynast. I. Artemonium quendam laudat, qui Moesen decem annos natum a filia Pharaonis Jannes et Mambres sapientibus instituendum traditum esse docuerit (11). Atque in vetere Midrasch ad Exod. XV, 10 « Joannes et Mamres » magos submersos esse in mari rubro narratur, quocum catena arabica ms. in Pentateuchum convenit, in qua haec habentur : « Haec nomina magorum, qui steterunt contra Moesen : Deiannes, Jambaras et Sarudas. Deus vero eos perdidit in mari rubro (12). » Unde Hamundo (13) visum est, apud Palladium pro κηποτάφιον legendum esse κενοτάφιον i. e. sepulchrum vacuum. Cui Palladii narratio, daemones dixisse, ab ipsis magos ibi sepultos esse, repugnat (14). Sepulchrum vero in horto arboribus consito, quales etiam- 95 nunc pulcherrimi in Oasis plantan-

(1) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 88 Opp. Meurs. I. l. p. 553.

(2) Ibid. I. l.

(3) Reise zum Tempel des Jupiter Ammon in der libyschen Wüste u. nach Oberaegypten p. 205. D

(4) Cf. supra p. 89.

(5) S. v. *Macarius Aegyptius* § XXI Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 537 sqq. Cf. infra Caput VII.

(6) II Timoth. 3, 8. Ad quem Apostoli locum Theodoretus haec scripsit : *Τὰ μέγιστα τούτων ὀνόματα οὐκ ἐκ τῆς θείας προφητείας γινώσκονται ὁ θεὸς ἀπόστολος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀγράφου τῶν Ἰουδαίων διδασκαλίας.* Ed. Noesselt. Halae 1771, 8°, F. III p. 689.

(7) In Math. Comm. Series § 117. Orig. Opp. ed. de la Rue Paris. 1740 T. III p. 916, 2.

(8) Tract. Menachoth cap. IX.

(9) Praep. evang. IX, 8, ed. Heinichen Lipsiae

1842, 4°, T. II p. 12.

(10) Nat. Hist. XXX, 2, ed. de Grandsagne Paris. 1829 T. VIII p. 288. Cf. notas ibi ad l. i. adiectas.

(11) Bar-Hebraei Chron. Dyn. ed. Kirsch Lips. 1788 p. 14.

(12) Hear. Hammond. ad II Timoth. 3, 8.

(13) Ibid.

(14) Magorum nomina apud varios scriptores varie leguntur. In N. T. leguntur *Ἰαννης* et *Ἰαμβρῆς*, atque in solis duobus codd. legitur *Μαμβρῆς*. In Vulgata, Evangelio Nicodemi et apud Patres habetur lectio *Mambres* atque interdum *Jannes*. In Peschito vocantur : *Jonis* et *Jambaris*, in Talmud, Targumim et libris rabbijn. : *Janis* et *Jambris*, *Jannes*, *Jannis*, *Jannos*, *Jones*, *Jochane*, *Jachne*, *Jochana* et *Mamre*, *Jambros*, *Jombros*, *Jambres*. Cf. Coteler. Patres Apostolic. Constitut. Apost. VIII, 1 ed. Antv. 1700 T. I p. 388. Atg. Encyclop. v. Ersch u. Gruber s. v. *Jannes*.

tur (1), positum saxoque quadrato, quo hodieum Aegyptia monumenta exstructa conspiciuntur (2), aedificatum fuit. Nec non puteo, qui fere in nullo tali Aegypti sepulchro desideratur (3), ornatum fuit, multumque auri in monumento depositum esse fama tulit. Appropinquanti vero Macario septuaginta fere daemones e monumento egressi variisque formis praediti occurrerunt, alii clamantes, alii exsistentes, alii magno fremitu in eum dentibus stridentes; ceteri tanquam corvi volantes eius vultui insultarunt. Consimili autem modo S. Antonio in sepulchro pernoctanti daemones in forma leonum, ursorum, leopardorum, taurorum, serpentum, aspidum, scorpionum atque luporum apparuerunt dentibusque in eum striderunt (4). Eidemque Antonio in castello quodam degenti daemones clamantur: « E nostris recede sedibus! Quid tibi cum eremo? Nostras nunquam feres insidias » (5). Iisdem fere verbis daemones isti Macarium Alexandrinum exceperunt. Quorum quidem eos, qui volabant, cum corvis, quibus illa eremus hodieum abundat (6), Macarius comparat. Atque corvorum species daemonibus haud raro tribuuntur (7). Sepulchra denique monumentaque 96 eremi a daemonibus inhabitari eorumque in potestate haberi, Siwah Oasis incolae etiamnunc credunt (8). Mirum est, quod Macarius daemonibus, cognito monumento se recessurum esse, fide data promisit. Nam daemones omnino non audiendos esse S. Antonius docuit (9). In antiqua versione Macarius haec tantum verba: « Oportet me ingredi et videre » respondisse, daemonesque non curans intrasse perhibetur (10). Quod tamen textui codicum, editionum ceterarumque versionum repugnat. Neque Macarius vere pa-

ctum cum daemonibus iniit, sed illa, ut daemones recederent, sponte promisit. Diabolus iste, qui Macario monumentum intranti stricto gladio obviam venisse in duabus, ut monuimus, Lausiaca versionibus falso traditur, daemon princeps esse videtur, qui testante S. Antonio, ceteris daemonibus superatis, ipse « advenit horribili forma, ut terrorem incutiat, multaue iactat, sed mentitur, nec extimescendus est, quia per Christi gratiam vana sunt omnium daemonum molimina » (11). Res vero, quas Macarius monumentum ingressus invenit, cadum aeneum catena ferrea ex puteo pendentem, malaque intrinsecus vacua, a Palladio 97a vocata, aliaque eiusmodi in Aegypti sepulchris hodieum inveniri, non est quod pluribus dicam. Ac fraus illa diaboli, qui arundines signi causa in via positas collegerat, virgoque munda veste induta, quae urnam aqua stillantem in capite gestans fessum sennem tres dies provocabat, grex denique bubalorum, qui siti oppressum nutrit, virtutem et constantiam Macarii divinaeque gratiae ei impertitae magnitudinem ostendunt. Bubali autem circum Nitriae paludes hodieum creberrimi sunt (12). Narratio vero libri secundi de eodem monumento a Macario viso fama, ut docuimus, valde depravata Palladii narrationi posthabenda est. Atque istum magorum hortum manibus 97 Aegyptiorum iussuque, ut videtur, Pharaonis adornatum fuisse, a Palladio haud obscure indicatur; quare ab hortis magicis, qui haud raro leguntur, ille distinguendus esse videtur (13). Sed ad cetera veniamus.

Macarius aspidem, a qua in puteo ad recreandos fratres fodiendo mordebatur, inde a faucibus prorsus discerpit. Isque mos apud Mamelucos hodieum obtinuit, qui a scorpione

In codice membranaceo Vindob, magi vocari videntur: *Ἰαυρηῆς καὶ Ἰαμβρηῆς*, in codice chartaceo vocantur *Ἰαυρηῆ καὶ Ἰαμβρηῆ*. De illis magis quae viri docti disputarunt, collegit Fabricius in libro: Cod. Pseudoepigr. V. T. Hamb. 1722 p. 813 sqq. De iisdem scripsit Zentgraf.: Disp. hist. de Janne et Jambre celeberrimis Aegyptiorum magis Witteb. 1689, 4°. J. G. Michaelis: Diss. de Janne et Jambre famosis Aegyptiorum magis Halae 1747, 4°.

(1) Minutoli Reise zum Tempel des Jupiter Ammon in der libyschen Wüste u. nach Oberaegypten p. 175. Cf. Sulp. Sev. Dial. I cap. 13 Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 406, 2, Migne Patrol. T. XX p. 492.

(2) Minutoli l. I. p. 61.

(3) Ibid. p. 44. 61.

(4) Vita S. Antonii cap. 9, S. Athan. Opp. T. I.

D P. II p. 640 sqq.

(5) Ibid. cap. 13 p. 642.

(6) Minutoli l. I. p. 186.

(7) Cf. S. Hieron. Comment. in lib. Job in fine cap. 38. Grimm Deutsche Mythologie Ed. II p. 940.

(8) Minutoli l. I. p. 82.

(9) Vita S. Antonii cap. 24. 25. S. Athan. Opp. l. I. p. 650 sqq.

(10) VV. PP. Rosw. p. 992, 1.

(11) Vita S. Antonii cap. 24 l. I. p. 650.

(12) Minutoli l. I. p. 206. Cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 51.

(13) Eos non accurate distinguere videtur Duentzer in libro: Die Sage von. Dr. Johannes Faust. p. 192.

puncti, ut vulnere medeantur, scorpionem ipsum super recens vulnus conterunt (1). Scorpionibus autem eremus illa abundat (2).

E tribus cellis, quas in interiore vasta solitudine, in Celliis et in monte Nitriae Macarius Alexandrinus habuit, una, in qua per quadragesimam in tenebris sedebat, ostio caruit. Cellae enim monasteriorum illius regionis fenestris hodie quoque carent, ita ut lux tantum per ostium intret (3). Eamque Macarii cellulam in interiore vasta solitudine sitam fuisse verisimile est. Altera autem in Celliis, ut videtur, sita angustissima fuit, in qua ille ne pedem quidem extendere poterat. Cujusmodi cellis alii quoque senes usi esse dicuntur (4). In tertia denique cella, duabus illis ampliore, Macarius adventantes excepit, quod in cellam Nitriae montis, quem plurimi et monachi et peregrini visere solebant, optime cadit. Erga quos, si ad ipsum accedebant, Macarium Alexandrinum hilariorem Aegyptio Macario fuisse, atque urbanitate quadam iuniores ad disciplinam monachicam allexisse, Socrates nescio unde accepit (5).

De virgine Thessalonica oriunda, quam Macarius Alexandrinus oleo sancto unxit precibusque viginti dierum sanavit, non est quod disputemus. Quare ad monasterium Pachomii a 98 Macario invisum transeamus. Quod permagno numero monachorum affluxisse constanter traditur (6). Macarium quidem veste operarii indutum Pachomius septem diebus admittere noluit. Ubi animadvertas, Pachomii regula, ut saeculo renunciaturus paucos dies ante ianuam monasterii remaneret dignumque se esse ostenderet, praescriptum

fuisse (7). Iisemque tere verbis, quibus Macarium Pachomius, aliquando Palaemon Pachomium (8), S. Antonius Paulum simplicem (9) repulerant. Pachomius in illa narratione spiritum prophetiae habuisse dicitur, quod et in vita eius quodammodo traditur (10). Ac monachi monasterii illius ramos palmarum tractant, quod in monasteriis S. Antonii aliorumque senum fieri solebat (11). Atque in Teraneh, quae est urbs prope Nitriam sita, ex iunco, qui in ejus paludibus creberrimus est, tapetes venustissimi adhuc texuntur (12).

Propositum Macarii, quinque diebus cum solo Deo conversandi totamque mentem in eo solo defigendi, tertio die daemon, in flammam ignis conversus, irritum fecit. Qui storem, in qua senex stabat, combussit, eumque ipsum adurere visus est. Unde hunc ignem non phantasma daemonis fuisse, sed vim comburendi habuisse credideris. Daemones vero, qui varias omnino induunt formas (13), ignis specie apparuisse atque incendium excitasse, alibi haud facile leges.

99 Sacerdos ille, qui fornicans sacra peregerat, non nisi data fide, munera sacerdotis se non amplius obiturum esse, a Macario sanatur. Veteris enim ecclesiae disciplina fuit, ut sacerdos, qui carnis peccatum aut aliud grave crimen commiserat, a ministerio altaris prohiberetur et ad laicorum communionem redigeretur. Cuius exempla sunt in Decreto Gratiani (14) et in libris poenitentialibus (15). Macarius infelicem, cui funestissimus cancri morbus ob istud peccatum erat inflictus, num credat Deum esse, quem nihil lateat nec quisquam illudere possit, numque cognoscat pec-

(1) Minutoli l. l. p. 77.

(2) Ibid. p. 204.

(3) Tischendorf et Wilkinson l. l. supra p. 2.

(4) Passim. Marcianus in cella non ampliore corpore suo se inclusisse legitur VV. PP. Rosw. lib. IX cap. 3.

(5) Socr. Hist. Eccl. IV cap. 23 ed. Vales. p. 234.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 39 in fine, Opp. Meurs. l. l. p. 456. Vita S. Pachomii cap. 5, AA. SS. Boll. Mai. T. III p. 310. S. Hieron. Praef. in regulam S. Pachomii Holsten. Cod. Regul. T. I p. 25.

(7) Regula S. Pachomii cap. 49 Holsten. l. l. p. 28.

(8) Vita S. Pachomii cap. 4, l. l. p. 297, 4.

(9) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 29 Opp. Meurs. l. l. p. 429.

(10) Pachomium res occultas cognovisse atque

absentes vidisse in eius vita capp. 4 et 6 l. l. p. 308, 1. 314, 2 legitur.

(11) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 40. 29. 2 acpassim.

(12) Minutoli l. l. p. 189. 202.

(13) Specie galli gallinacei adhibita diabolus Pachomium tentare conatur. Vita S. Pachomii cap. 2. In forma vaporis diabolus apparere tradit Delrio Disquis. magic. lib. II Q. 28 S. 2 p. 302. ed. I.

(14) Can. 9 Dist. L: « Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat. » Tum ibid. can. 10: « Sin autem eum fraternitas tua talem poenitentiam agere cognoverit, ut ei iuste ad recipiendam inter laicos communionem et ante exitum debeat misereri, hoc in tuae fraternitatis ponimus potestate. » Cf. ibid. can. 8. 11. 12.

(15) Lib. Poenit. Theodori Cantuar. XVIII § 1. Die latein. Poenitentialbücher der Angelsachsen von

catum suum, interrogat. Quae quum amuisset et peccata confessus esset, morbo liberatus est. Equidem his Macarii interrogationibus ordinem ad dandam poenitentiam tum usitatum contineri crediderim; nam in libro poenitentiali Bedae presbyteri (1) sacerdos consimili modo poenitentem primum, num in Deum credat, denique num peccata ipsi demitti velit, interrogare iubetur. Alio cancri morbo, qui *φαιδαίνα* nominabatur, Stephanus Libys genere aegrotasse legitur (2).

De iuvene illo a daemone vexato, quem Macarius manibus in caput et cor ejus impositis sanavit, non est quod disseramus. Mirum autem id, quod sequitur, cupiam videatur, cur Macario Alexandrino in mentem venire potuerit, adire Romam *οικονομία* gratia, ut in textu graeco legitur. Sed e S. Hieronymo discimus, eo tempore, quo totus Oriens 100 monachis affuebat, Romae atque omnino in Occidente monachicam vitam in primis incunabulis iacuisse. Quae inde ab Alexandrinis presbyteris, papa Athanasio ac postea Petro eius successore, qui Romae exulantes S. Antonii vitam divulgarent, prima in Occidente initia cepit. Nam Romae nemo propter rei novitatem ignominiosum vel turpe nomen adsumere eo usque ausus erat (3). Haec quum ita se habeant, ubinam Macarius uberiores homines sanandi et Deo reconciliandi messem invenire potuit, quam Romae, unde Rufinus, S. Hieronymus, Melania, Marcella, Paula, alii, ut senum vitam cognoscerent et imitarentur, in Aegyptum ventitabant? Verba *οικονομία* gratia non ad dispensationem rerum terrestrium, quo sensu vox illa est in Palladii capite de Serapione, sene regionis Arsenoitidis (4), sed ad dispensationem virtutum, quas a Christo Macarius acceperat, retulerim. Sicut vero Macarius arena humeris imposita cogitationes xenodoxiae impugnavit, ita Palaemonis hortatu Pachomius arenam portando abegisse somnum legitur (5). Quis ille Theosebius cosmetor fue-

rit, invenire non potui. Cui Macarium, quid portaret, interroganti responsum datum est: « Vexo eum, qui me vexat ». Consimile responsum Palladius ab Isidoro, quem interrogaverat, cur aetate admodum proventus corpusculum contereret, hoc accepit: « Id me occidit, ego ipsum occidam (6) ».

Et, haec quidem erant adnotanda ad ea, quae in codicibus Vindobonensibus « De Macario Alexandrino » inscripta leguntur. Ad cetera, quae sub falso indice: « De Marco » eisdem codicibus protulimus et ad eundem Macarium Alexandrinum spectare ostendimus, haec animadvertenda sunt.

Primum similem gratiam perspicendi cuiusvis monachi ad sacramenta accedentis mentem Eulogius presbyter possedisse 101 legitur (7). Ammon quoque, quum sacrificium offerret, vidit angelum stantem in dextra altaris, fratresque ad sacram communionem accedentes in libro notantem (8). Alius etiam senex sacrificanti sibi a dextra et a sinistra angelos adstantes vidisse narratur (9). Ac Macarium dignitatem vel indignitatem eorum, qui ad altare accedebant, cognovisse legimus libro secundo (10). Quod idem de Marco sene Sozomenus (11) retulit, Palladium secutus.

Istis autem verbis *πολιοφάγε, λήρη, φαγόγρη*, quibus Macarius, quum in extrema senectute in tella sederet, se ipse increpuit, S. Antonio et Paulo simplici daemonem quendam maledixisse legis (12). Neque incongrue iis dicta contumeliosa, quibus summa incontinentia significetur, cernas.

De caecis hyaenae vel leaenae-catulis a sene erenti sanatis etiam Sulpitius Severus tradidit (13), qui senem oculos eorum restituentem non nominavit, attamen *eum duobus Nitriae monachis olim in monasterii conversatione carum et familiarem fuisse, et duodecim annos in extremo illo deserto Blembis contiguo anachoretam habitasse* ait. Ubi pro *Blembis* in collectione Rosweidi falso, ut opinor,

Dr. Fr. Kunstmann Mainz 1844 p. 56. Beda de remediis peccatorum, *ibid.* p. 435. Similia in aliis libris poenitentialibus leguntur.

(1) *Ibid.* p. 146.

(2) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 21 Opp. Meurs. b. l. p. 440.

(3) S. Hieron. ep. 127.

(4) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 77 Opp. Meurs. p. 537.

(5) Vita S. Pachonii cap. 1, AA. SS. Boll. Mai. T. III p. 297.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 2 Opp. Meurs. l. l. p. 349.

(7) *Ibid.* cap. 76 p. 537.

(8) *Ibid.* cap. 73 p. 536.

(9) VV. PP. Rosw. lib. X cap. 199 p. 927, 2.

(10) Cf. infra Caput IV.

(11) Sozom. Hist. Eccles. lib. VI cap. 29 ed. Valles. p. 681.

(12) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 29 p. 436.

(13) Dial. I cap. 15 Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 407, 1, Migne Patrol. T. XX p. 193.

Memphis (1) est; nam desertum Memphi contiguum vix extremum vocaveris. Ad desertum, in quo anachoreta vivebat, a Nitria longe distare cum Sulpitius Severus ipse narrat, tum inde patet, quod illi Nitriae monachi septimo demum mense id invenerunt (2). Blembos vero Sulpitius Severus Blemmyes vocare videtur, Strabone testante (3) Aethiopum subditos, 102 Aegyptiis finitimos. Etenim Sulpitius Severus paullo post, adolescentem quendam, quum in Aegypto tribunus esset, frequentibus adversum Blembos expeditionibus quaedam eremi loca contigisse (4), narrat. Quae expeditiones quin contra Blemmyes nomades, finium Aegypti accolae, factae sint, vix dubium est (5). Sed Macarium Alexandrinum duodecim annos in ista Blemmyum eremo anachoretam vixisse, id quod alibi non traditur, solo Sulpitio teste non crediderim; is enim rem fama accepit, quam Palladio Paphnutius, Macarii discipulus, retulit, qui Macarium, quum catulis oculos restitueret, domi in aula cellae ipsius sedisse dixit. Familiaritatis autem senum cum feris plurima exempla inveniuntur (6). Ludolfus quoque quum saec. XIV Palaestinam inviseret, de terris Jordani adiacentibus haec tradidit: « Supra fluxum Jordanis sunt plurima Graecorum et Schismaticorum monasteria et eremitoria gratiosa. Juxta eundem fluxum innumerabilia cernuntur animalia silvestria parva et magna omni vespere se adaquantia, specialiter leones, vulpes, capreoli, cervi et lepores, capri silvestres et huiusmodi animalia, quae iuxta homines incedunt ut animalia domestica. In eodem loco temporibus meis trans ripam Jordanis leo adsidue esse solebat, et homines transeuntes aspexit et cauda blandiens more canis et non fugit, nec de die alicui aliquid damna intulit. Tandem quidam sagittarius noster, volens eum terrere et irritare, sagittam emisit. Leo se non movebat, sed ad sagittam adorabat, et cum ille denuo sagittam emitteret, leo se directe contra sagittam erexit, quasi ore et pedibus eam capere

desideraret. Postmodum in hoc loco non est visus leo, sed quam plurima damna intulit hominibus et iumentis (7). »

Porro causam, cur Macarius, ex quo baptizatus est tempore, septuaginta annis humi non spuerit, aliam nisi ut continentiam ostenderet, non invenio. Sed pili barbae ob nimiam exercitationem etiam Joanni in Lyco non enati esse leguntur (8). Ultima denique ista narratio de cogitationibus, quae Palladium abire iusserint, quod nihil ageret in solitudine, varie exulta alibi quoque occurrunt (9).

§ 24. Et haec quidem ad caput Palladii de Macario Alexandrino illustrandum dicenda erant. Restat, ut quatuor narrationes, quibus textum a Meursio editum Hervetique versionem in illo capite codicibus Vindobonensibus ceterisque versionibus locupletiore esse docuimus, examinemus. Quae quidem capituli initio post Palladii verba, Macarii Alexandrini 103 alia se ipsum vidisse opera et signa, alia se ab iis, qui una cum eo vixerint, didicisse, ita leguntur:

« Is quum apud patrem Antonium magnum electos quondam palmae ramos, quos ille tractabat, vidisset, unum ab eo manipulorum petiit. Cui Antonius: Scriptum est, inquit, Non concupisces res proximi tui. Quod solum quum dixisset, rami omnes statim tanquam igni torrefacti sunt: Id ubi Antonius vidit, Macario, Ecce, inquit, spiritus requievit super te, erisque mihi deinceps haerens virtutum mearum.

« Eundem corpore valde defatigatum in solitudine diabolus invenit, eique: Ecce, inquit, gratiam Antonii accepisti; cur tandem non uteris dignitate, atque a Deo cibum et vires ad iter ingrediendum petis? Hic autem respondit: Virtus mea et laus mea Dominus. Tu autem ne tentaveris servum Dei! Fecit ergo diabolus, ut ei phantasma appareret, camelus onera baiulans et errans per solitudinem, habens omnia ad usum necessaria. Quae mano praebuerunt. » Cf. Vopisc. Aurelian. 33. 41.

(6) Nonnulla legis in Sulpitii Severi Dial. I. capp. 13. 14: Alia multa in VV. PP. occurrunt.

(7) Ludolfi rectoris ecclesiae parochialis in Suckem *De itinere sanctae terrae* liber. Nach alten Handschriften berichtet herausgegeben von D^r F. Deyks. Stuttgart. 1851 p. 89 sq

(8) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 44 Opp. Meurs. I. I. p. 473.

(9) VV. PP. Rosw. lib. III capp. 106. 107. 108; lib. V libell. 7, 33.

(1) VV. PP. Rosw. lib. IV cap. 8 p. 540, 2.

(2) Dial. I, l. I.

(3) Geograph. lib. XVII initio.

(4) Dial. I cap. 22 Galland. Bibl. PP. I. I. 408, 2, Migne I. I. p. 497.

(5) Plinius (Nat. Hist. V, 8) Blemmyas gentem in confinibus Aegypti habitantem perhibet, « quibus traduntur capita abesse, ore et oculis pectori affixis. » Vopiscus in Probo 17: « Blemmyas, » inquit, « etiam subegit, quorum captivos Romam transmisit. Qui mirabilem sui visum stupente populo Ro-

quidem prope Macarium, quem viderat, A ex urbe Alexandria oriundus, appellatur. Ac adsedit. Ipse phantasma esse, ut erat, suspicatus substitit ad orandum, atque extemplo camelus terra absorpta est.

« Idem Macarius πολιτικός quondam venit ad Macarium magnum. Ambo quum Nilum essent transmissuri, evenit, ut maximum pontonem ingrederentur, in quem intrarunt tribuni cum magno fastu, qui rhedam habebant totam aeneam, et equos frenis aureis instructos, ac milites quosdam satellites puerosque torquibus et aureis zonis ornatos. Tribuni igitur monachos conspicati veteribus pannis indutos, qui in angulo sedebant, simplicitatem eorum beatam praedicarunt; unusque ex tribunis: Beati, inquit, vos estis, qui mundo illulistis. Cui Macarius πολιτικός respondit dicens: Nos quidem mundo illusimus, vobis autem illusit mundus. Scito tamen non tua sponte, sed propheticè te hoc dixisse; etenim ambo Μακάριοι vocamur. Quo sermone compunctus tribunus, simulatque domum venit, exutis vestibus vitam monachicam delegit multasque fecit eleemosynas.

« Alias missam, qua vesci cupierat, uvam recentem, continentiam ostendens suam, ad fratrem quendam aegrotantem, qui 104 idem uvas desiderabat, misit. Atque hic uvam summa cum laetitia acceptam alii fratri eundem cibum appetenti obtulit. Sed et hic, uvam nactus, idem fecit, etsi ipse ea vesci valde cupiebat. Quum vero deinceps ad multos fratres uvae pervenissent, nec ullus eas edere voluisset, ultimus, qui acceperat, eas ad Macarium remisit, tanquam magnum ei donum largiturus. Qui cognitis uvis reque curiose inquisita miratus gratias Deo ob tantam illorum continentiam egit, nec ipse quidem eas comedit. »

Vides, ex quatuor hisce narrationibus duas priores ad Macarium S. Antonii, cuius dignitatem quasi haereditarie acceperat, discipulum spectare, ceteras vero duas ad Macarium πολιτικόν, i. e. ex urbe oriundum, quo nomine Sozomeno teste (1) Macarius Alexandrinus,

ex urbe Alexandria oriundus, appellatur. Ac duae illae priores narrationes alibi non reperiuntur; reliquae vero bis, altera quidem de tribunis libro secundo (2) et sexto (3), altera de uva libro secundo (4) et tertio (5) Rosweidiana collectionis ita leguntur, ut ex eodem graeco fonte eas manasse probabile sit. Nomen *urbicus* (6) Macario non quidem in libro secundo, sed in libro sexto inditum est; in Historia Lausiaca autem, ut mox videbimus, nomen πολιτικός semel ei tribuitur. Quare posteriores duae narrationes quin ad Macarium Alexandrinum spectent, vix dubium esse potest, idque solum, num duae priores de eodem referant, quaeritur. Quod inde pendet, num Macarius, S. Antonii discipulus eiusque haeres virtutum, unus ex nostris Macariis fuerit. At hoc non fuisse, infra dilucide probabimus. Ergo duas priores narrationes ad nostros Macarios non pertinere (7) sponte patet.

105 § 25. His igitur, quae in codicum ac singularum Historiae Lausiacae editionum versionumque capite: De Macario Alexandrino leguntur, in medium prolatis, iam ut ad ceteros etiam Lausiacae locos, quibus Macariorum mentio fit, animum advertamus, ordo disputationis postulare videtur. Quibus quidem non Macarius Aegyptius, sed Macarius Alexandrinus aliive Macarii memorantur.

Ac primum quidem Macarius ille presbyter, ptochotrophii Alexandrini praefectus et ab adolescentia lapidarius, de quo Palladius narrat (8), cum nostris duobus Macariis ne confundatur. Nec non ille iunior Macarius, qui iuvenis undeviginti annorum caedem involuntariam fecerat (9), ab illis distinguendus est. Macarius Alexandrinus (10) autem memoratur in capite Περί Παύλου inscripto, quod e codicibus Vindoboenis latine redditum apponimus:

« Mons est in Aegypto abducens in vastam Scetis solitudinem, qui Pherme appellatur; in quo viri fere quingenti sedent, qui exercentur. Ex quibus Paulus, monachus optimus, toto tempore suo hanc vitam agebat.

(1) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. Vales. p. 515.

(2) Cap. 29, VV. PP. Rosw. p. 482, 1.

(3) Libell. III, 15 p. 656, 2.

(4) Cap. 29 p. 481, 1.

(5) Cap. 42 p. 507, 2.

(6) In Nicephori Callisti Eccles. Hist. lib. IX cap. 14 versione latina legitur: *Macarius urbanus*.

(7) Illam uvae historiam nimis libere exposuit H.

Bone in Legendis poetice descriptis.

(8) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 7.

(9) *ibid.* cap. 18.

(10) Palladium secutus iuniorem illum Macarium a nostris Macariis bene distinguit Sozomenus Hist. Eccl. lib. IV cap. 29 ed. Vales. p. 681. Sozomenum sequitur Nicephorus Callistus Eccl. Hist. lib. XI cap. 35.

Nunquam opus attigit, nec negotium suscepit, neque ab aliquo unquam accepit quidquam, praeter quod ipso die comederet. Opus autem exercitationis eius fuit orare perpetuo. Atque statutas habebat preces trecentas, quas hoc modo numeravit : calculos collectos sinu tenuit, quorum unum post unamquamque orationem abiecit. Vir utilitatis ac colloquii spiritualis gratia convenit sanctum Macarium πολιτικόν, cui : Abba, inquit, Macari, affligor valde. Qui dicere eum coegit causam, ob quam tristaretur. Is igitur : In vico quodam, inquit, virgo habitat, quae tricesimo anno iam exercetur. Quam multi mihi narra-

B runt nullo alio die nisi sabbato et dominica cibum sumere, sed toto 106 tempore trahens hebdomadas ac post quinque dies comedens orationes facit septingentas. Hoc quum didicerim, reprobavi me ipse perpendens, me, hominem maioribus, quam illa, corporis viribus instructum, plures trecentis orationibus facere non potuisse. Respondens sanctus Macarius : Ego, inquit, sexagesimum ago annum, ex quo statutas centum orationes facio, eaque, quae sunt ad alimentum necessaria, meis mihi manibus comparo, ac fratribus debitam me adeundi copiam reddo, nec me mea

C conscientia indicat negligentem esse. Tu vero, quum trecentas orationes faciens a conscientia iudicaris, aut non pure eas te facere prodis, aut, quamvis plures facere possis, non facere (1). »

Hic Macarius πολιτικός i. e. Alexandrinus appellatur. Quod cognomen, Sozomeno teste, Macario, ut vidimus, Alexandrino inditum, hoc tantum Historiae Lausiacaе loco legitur. Sed ad illa Macarii verba animadvertas dicentis, sexagesimum agi annum, ex quo eam sibi vitae regulam praescripserit. Unde Macarium, qui annos quadraginta natus baptismum suscepserat, anno vitae suae centesimo h. e. eodem fere tempore, quo una cum eo Palladius in Cellulis vixit, illud Paulo seni responsum dedisse, perspicuum est. Pherme autem mons, qui in solitudinem Scetis vergebat, a Cellulis haud multum abfuit. E quibus etiam denuo conficitur, istud caput, quod sub indice : *De Marco* in codicibus plurimisque

(1) Textus graecus legitur infra in harum Quaestionum Appendice priore sub. III, 1. Cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 23, 24.

(2) § 19 p. 78 sqq.

(3) Cf. Palladii Historiam Lausiacam ad codicis

A editionibus supra (2) egimus, ad solum Macarium Alexandrinum esse referendum. Porro capite subsequente (3) Historiae Lausiacaе, quod Περὶ Ἐβλογίου καὶ τοῦ λελωθημένου καὶ τῆς κρήσεως τοῦ ἁγίου Ἀγτωνίου inscribitur, Macarius S. Antonii discipulus nominatur a Cronio quodam, qui Palladio haec retulit : « Est autem [mons S. Antonii] inter Babylonem et Heracleam situs in vasta solitudine, quae fert ad 107 mare Rubrum ac triginta fere millia distat a fluvio. Ad monasterium igitur quum venissem prope fluvium situm ac Pispir vocatum, ubi discipuli eius sedebant Macarius et

B Amatas, qui etiam sanctum Antonium defunctum sepelierunt, quinque diebus, ut sanctum Antonium convenirem, exspectavi. Qui ad hoc monasterium modo post decem, modo post viginti, interdum et post quinquaginta dies accedere dicebatur, prout Deus eum ageret ad subveniendum iis, qui eo advenerant. Varii autem fratres ob varias necessitates conveneramus, ex quibus et Eulogius Alexandrinus fuit, cum eoque alius membris mancus. » Tum causa, cur Eulogius mutilatum hominem ad monasterium « Magni » adduxerit, exposita Palladius ita pergit : « Evenit, ut altero die magnus Antonius, chlamyde, sicut Cronius narravit, pellicea amictus sero vesperi veniret. Atque ingressus est monasterium suum. Hac autem in Macario discipulo suo de iis, qui advenerant, interrogando utebatur consuetudine, ut monachos vocaret Hierosolymitanos, saeculares vero Aegyptios. Magnus igitur : Macari frater, inquit, veneruntne huc aliqui fratres ? Respondit : Venerunt. Ille : Suntne Aegyptii, an Hierosolymitani ? Eique signum dederat, ut eos, quibus minus negotii esset, Aegyptios esse diceret. Atque ad Aegyptios quod spectat, Macario : Para, inquit, lentem, et da iis comedere. Deinde cum iis orationem faciebat,

D eosque dimittebat. Tunc Macarius de nobis ob mutilatum illum respondit : Mixti adsunt. Sin dicebat : Hierosolymitani sunt, sanctus per totam noctem sedebat, ad eosque, quae ad salutem pertinent, loquebatur. Illa autem vespera Magnus sedens omnes arcessivit... (4) »

Hic igitur Macarius S. Antonii minister fuit, atque in coenobio Pispiritano, quod est prope

Vindobonensis fidem breviter delineatam infra nostrae editioni Historiae Lausiacaе praepositam.

(4) Textus graecus est infra in harum Quaestionum Appendice priore sub III, 2.

mare Rubrum, habitavit, Macariis Aegypto et Alexandrino in eremis Libyæ degentibus. Quem quidem S. Antonii ministrum non fuisse Macarium Aegyptium, ex iis, quae de hoc Palladius retulit, satis colligitur. Neque Macarium Alexandrinum fuisse eum probabile est, quod, si fuisset, 108. Palladius in capite: « De Macario Alexandrino » inscripto id laudare non omisisset. Sed S. Antonii ministrum alium omnino illius temporis Macarium fuisse, ex iis, quae infra de eo disseremus, clare patebit.

Denique Macarius presbyter memoratur in capite, quod inscribitur: Περὶ Οὐάλεντος. Cuius partem e codicibus Vindobonensibus desumptam ac latine redditam adscribere liceat: « Valens quidam, genere Palaestinus, in solitudinem profectus longum tempus nobiscum habitavit. Qui quum maxima vivendi severitate summam asceticam vitam suscepisset, vana de se opinione ac superbia a daemone irrisus et tali perniciose animi calamitate brevi tempore deceptus est, ut angelos cum ipso conversari, et in quovis ministerio ipsi inservire iactaret. Is quondam sportam consuens, ut eius socii narrarunt, vesperi, quum multae tenebrae essent, acum, qua consuebat, amisit. Qua non inventa, daemon ei lampadem fecit, qua acum reperit, ita ut miser iste magis etiam vano tumore inflaretur. Dei autem providentia fraternitati calamitas eius citius manifesta facta est. Nam accidit, ut hospites quidam fratribus fructus aestivos afferrent. Quorum manipulum dominus Macarius presbyter unicuique in cellulam misit, pariterque misero Valenti. Hic eum, qui attulerat, verberavit et contumelia afficiens: Dic, inquit, Macario: Te deterior non sum, quod tu mihi munera mittas. Quum igitur sanctus Macarius eum deceptum esse cognovisset, abiit ad eum cohortandum, et: Valens frater, inquit, illusus es; desine et deprecare Deum! Qui admonitionem eius non audivit, sed inobediens oblocutus est. Diabolus igitur quum compertum haberet, maximam sibi fidem eum habuisse, figuram Salvatoris induit, et noctu ad eum in phantasmate cum mille daemonibus lampadas ferentibus venit, rotamque igneam ostendit, in qua media Salva-

toris figuram simulavit: Unus autem accido: Dilexit te, inquit, Christus ob vitae tuae integritatem institutumque tuum et advenit, ut te videat; egredere e cella eumque, si procul stantem videris, procumbens adora. Egressus igitur e cella comitatum vidit 109. lampadas ferentium et spatio fere stadii Antichristum, quem procumbens adoravit. Miser autem tantopere subactus et deceptae mentis fuit, ut die subsequente veniret in ecclesiam et coram omnibus diceret: Mihi communionem opus non est; Christum enim vidi hodie. Tunc patres comprehensum eum per tempus aliquod ferro vinxerunt. Cui continuis deinde precibus pro eo factis et multimoda despectione vitaeque austeriore vanam opinionem ademerunt, ita ut sanaretur. Contrariis enim contraria conveniunt medicamenta (1). »

Macarius ille presbyter Valentem corripiens et admonens, quin Macarius Alexandrinus, presbyter Cellularum, fuerit, dubitari vix potest. Nam Valentem in solitudine, in qua Palladius vixit, h. e. in Cellulis, longo tempore habitasse legimus. Sequitur narratio de Herone, qui « beatum Evagrium » consimili contumelia affecit. (2). Ubi Hervetus in margine adscripsit, Evagrii loco in aliis codicibus « Macarium presbyterum » legi (3). Quae corruptela procul dubio inde nata est, quod capite antecedente de Macario presbytero, in quem Valens superbiisset, narratum erat. Editionum quoque versionumque locis illis nomina: Macarius πολιτικός, Macarius S. Antonii discipulus, Macarius presbyter, eadem reperiuntur; antiqua autem versio historias de Paulo et de Valente omisit.

Iam ergo ad finem rerum de Macario Alexandrino e libro Palladii cognoscendarum pervenimus. Transeamus igitur ad Rufini testimonia de Macariis Aegypto et Alexandrino.

CAPUT IV.

RUFINUS DE SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

§ 26. In libro secundo VV. PP. collectionis Rosweidianaë de Macariis haec leguntur: « Narrabant autem nobis 110 quidam ex pa-

num Appendice priore sub III, 4; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 3^r.

(3) VV. PP. Rosw. p. 754, 4.

(1) Textus graecus legitur infra in harum Quaestionum Appendicæ priore sub III. 3. Cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 3^r.

(2) Textus graecus exstat infra in harum Quaestio-

tribus, qui ibi [in Cellulis] erant, quod in A tur (2). » Sequuntur tres narrationes de puella locis illis duo Macarii quasi duo coeli luminaria refulsissent, ex quibus unus Aegyptius genere et discipulus beati Antonii fuit, alius Alexandrinus. Quibus ut vocabula nominis, ita virtutes animi et coelestium gratiarum magnificentia concordabat. Uterque enim Macarius, uterque abstinentiae exercitiis et virtutibus animi aequaliter pollens; hoc solo alius praecellens, quod quasi haereditatem gratiarum et virtutum beati Antonii possidebat (1). »

En Macarium Aegyptium S. Antonii magni discipulum virtutumque eius quasi haeredem! Quam rem antequam expediamus, reliqua, quae de Macario Aegypto in libro secundo subiunguntur, audiamus :

« Hinc denique ferunt, aliquando quum homicidium in locis vicinis fuisset admissum et innocenti cuidam impingeretur orimen admissi, confugisse ad eius cellulam eum, qui calumniam patiebatur. Adfuisse etiam eos qui perurgebant, allegantes et dicentes, periclitari se ipsos, nisi comprehensum legibus traderent homicidam. Is vero, cui crimen impingebatur, cum sacramentis affirmabat, conscius se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab utraque parte certamen haberetur, interrogabat sanctus Macarius, ubi sepultus esset qui dicebatur occisus. Cumque designassent locum, cum omnibus, qui ad perurgendum hominem venerant, pergit ad sepulchrum, atque ibi fixis genibus, invocato Christi nomine, ait ad eos, qui astabant : Nunc Dominus ostendet, si vere reus est hic, qui perargetur a vobis. Et elevata voce ex nomine clamat defunctum. Cumque ei de sepulchro vocatus respondisset, ait ad eum : Per fidem Christi te obtestor, ut dicas, si ab hoc homine, qui calumniam patitur, occisus es? Tunc ille de sepulchro clara voce respondit dicens : non se esse ab eo interfectum. Et cum obstupefacti omnes decidissent ad terram ac pedibus eius advolverentur, rogare coeperunt, ut interrogaret eum, a quo esset occisus. Tunc ille : Hoc, inquit, non interrogabo; sufficit enim mihi, ut innocens liberetur; non est autem meum, 111 ut reus proda-

in equam mutata, de puella minore, cuius ex corpore vermium innumera multitudo ebulliebat, et de mortuo homine ad Hieracitam haereticum refellendum resuscitato : quae tria Macarii Aegyptii miracula iam ex Palladio cognovimus (3). Finitur demum narratio libri secundi de Macario Aegypto his verbis : « Multa etiam et alia ferebantur de eo, quae nimis proluxa sunt ad scribendum, sed ex his paucis etiam cetera eius opera noscuntur (4). »

Nemo profecto dubitabit, quin hic Macarius Aegyptius idem sit, de quo supra retulit Palladius. Quare iure offendit, quod Macarius Aegyptius libro secundo S. Antonii discipulus gratiarumque eius ac virtutum quasi haeres vocatur, cuius dignitatis Palladius nullam plane mentionem fecit. Etenim legimus quidem in Meursiana Historiae Lausiaca editione de Macario quodam, quem virtutum suarum haeredem fore S. Antonius ipse praedixerit; sed locum spurium esse censuimus, narrationemque Macario Alexandrino ab interpolatore tribulam Pispiritano magis, quam nostris convenire Macariis (5). De Macario autem Aegypto nihil omnino eiusmodi memoratum hucusque invenimus.

Rem a Socrate expediri haud temere credideris, qui quum reliqua, quae de Macariis refert, ex libris Evagrii mutuatus sit, haec e libro secundo assumpsisse videtur : « Porro inter monachos, qui eo tempore vixerunt, duo fuere sanctissimi eodem nomine nuncupati; uterque enim Macarius dicebatur. Quorum alter ex superiore Aegypto, alter ex urbe Alexandria erat oriundus. Ceterum ambo praeceteris illustres fuerunt tum propter abstinentiam, tum ob mores et conversationem, tum ob miracula, quae per eorum manus perpetrabantur. Aegyptius quidem Macarius tot sanavit aegros, tot obsessos a daemone liberavit, 112 ut, quae per gratiam Dei gessit, separatim opus desiderent (6). » Quae quidem Socratis verba ita cum libro secundo concinunt, ut suspicari liceat, illud, quod narratur, Macarium Aegyptium S. Antonii discipulum virtutumque eius quasi haeredem fuisse, in genuino graeco libri secundi textu, quo So-

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2. Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 193, Migne Patol. T. XXI p. 449 sq.

(2) VV. PP. Rosw. l. l.; Rufini Opp. ed. Vallarsi l. l. Migne l. l. p. 450.

(3) Cf. supra Caput II §§ 12. 13. 14. 17.

(4) VV. PP. Rosw. l. l. p. 480, 2; Vallarsi l. l. p. 196, Migne l. l. p. 452.

(5) Cf. supra Caput III p. 102 sqq.

(6) Socr. Hist. Eccl. lib. IV cap. 23 ed. Valesp. p. 234.

crates utebatur, non inventum, sed Rufini A sit, et aget poenitentiam, ut salvetur anima interpretis fortasse commentum esse, aut postmodum a manu interpolatrice esse adiectum. eius (6). »

Rufinum quidem inter duos Macarios, quos in Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii vocat (1), Macarium Alexandrinum retulisse ex contextu apparet; quum vero Isidorum, Heraclidem, Pambum idem discipulos S. Antonii appellet, hoc vocabulum sensu latiore accipiendum esse videtur. Neque minus in Apologia [Invectiva] II (2) Rufinus « Macarium Antonii discipulum » et « alterum Macarium » commemorat, ubi tamen utrum Macariorum vel num omnino unum ex nostris dixerit, non intelligitur. Quare *Macarium Aegyptium* a Rufino S. Antonii discipulum proprie vocari, certo non constat.

Atque *Macarium Aegyptium* S. Antonii discipulum fuisse praeter librum secundum solus Makrizius habet. Makrizius eum a S. Antonio veste monachorum indutum et in Wadi-al-Natron i. e. in vallem Nitriae [deserta Scetis] missum esse, ex traditione fortasse coenobii Macariani retulit (3). Cui tamen aperte obloquantur historiae libri quinti VV. PP. Rosw. (4) et Apophthegmatum Cotelerii (5), quibus *Macarium Aegyptium* sponte in Scetim abiisse, neque nisi posteriore tempore S. Antonium C invisisse traditur.

Quapropter e verbis libri secundi nihil certi colligi posse videtur, nisi quod et ex ceteris fontibus efficiatur, *Macarium* interdum ex ore S. Antonii, quem viserat, instituta vitae **113** monachicae percepisse eumque laude virtutum paene aequiparasse.

His expositis solum restat quod moneam, narrationem, quam attulimus de mortuo ad purgandum hominem, qui homicidii falso accusabatur, a Macario resuscitato fere ad verbum in libro tertio legi, ubi tamen in fine post verba : « non est autem meum, ut reus D prodatur, » haec adduntur : « forsitan enim compungetur adhuc pro scelere quod commi-

§ 27. Quum de Macario Alexandrino in Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii Rufinus ipse exposuerit, eam primum excutiamus. Ubi de Lucii Arianorum episcopi persecutionibus in eremitas verba faciens postquam scripsit : « Per idem tempus patres monachorum vitae et antiquitatis merito Macarius et Isidorus aliusque Macarius atque Heraclides et Pambus Antonii discipuli per Aegyptum et maxime in Nitriae deserti partibus habebantur . . . (7), » hanc postea subiungit historiam : « Ante aliquantulum vero temporis caecus quidam rogabat deduci se ad cellulam Macarii, quae erat in deserto, itinere trium dierum. Quo posteaquam caecus multo ductantium labore pervenit, *Macarium* non reperit domi. Contristatus valde nullatenus mitigare moestitiam poterat, sanitatis solatio carens. Tum vero fervore fidei concalescens : Deprecor, inquit ad eos qui deduxerant, applicate me ad illam partem parietis, ubi cubare senior solet. Et cum fuisset admotus, parum luti aridi, unde paries oblitus videbatur, assumens palmae suae superposuit. Rogat etiam, ut aquam de puteo, ex quo bibere solebat, haurirent. Quo humore resolvens glebulam eodemque luto oculos suos superungens, et lavans de aqua quae hausta fuerat, repente recepit visum, ita ut nullo indigens adminiculo rediret ad sua. Sed ne secundum leprosos illos ageret, quos a se curatos in Evangeliiis ingratos Dominus notat, cum omni domo sua regressus et Deo **114** gratias referens rem, ut gesta fuerat, indicavit (8). » Tum historiam tradens leaenae eiusque caecorum catulorum, quos Macarius sanavit, Rufinus his concludit verbis : « Verum si singulorum mirabilium gesta prosequi velimus, excludimur a proposita brevitate, maxime cum haec narrationem proprii habere operis mereantur (9). » Morbus ille oculorum et caecitas hodie quoque in

XXVI. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 526. 530. 540; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(1) Rufini Hist. Eccl. lib. II cap. 4 ed. Basil. 1544 p. 242, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 271, Migne Patrol. T. XXI p. 614.

(2) Rufini Apologia [Invectiva] in S. Hieronymum lib. II cap. 12, Opp. ed. Vallarsi p. 367, Migne Patrol. T. XXI p. 594, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV P. II p. 424.

(3) Makrizi Geschichte der Copten, ed. 1. p. 40.

(4) Lib. V libell. 7. 9.

(5) Apophth. de Macario Aegyptio cap. I. IV.

(6) VV. PP. Rosw. lib III cap. 41 p. 507, 2.

(7) Cf. supra Caput. I § 6 p. 16.

(8) Rufini Hist. Eccles. lib. II cap. 4 ed. Basil. I. p. 242 sq., Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 271, Migne I. I. p. 512.

(9) Ibid. ed. Basil. I. p. 243, Vallarsi p. 272, Migne I. I.

Aegypto et in Libya creberrima sunt (1). De Macario autem Alexandrino Rufinum ibi narrare, indicat liber secundus, ad quem nunc venimus.

§ 28. Scriptor libri secundi VV. PP. collectionis Rosweidianaе, postquam de Macario Aegypto retulit, de Alexandrino narraturus ita incipit: « Alius vero sanctus Macarius magnificas etiam ipse virtutes consummavit, de quibus et alii nonnulla scripserunt, quae sufficere possint ad virtutum eius magnitudinem contuendam, et ideo nos ea compendio praeterimus (2). » Ad quosnam de Macarii Alexandrini virtutibus scriptores spectet, quaeres. Sine dubio ad Palladium respicere nequit, quippe qui Historiam Lausiacam multo post scripserit. Quare soli relinquuntur Rufinus in Continuatione, quam attulimus, et Timotheus episcopus († 385) (3), quem complurium monachorum vitas literis mandasse Sozomenus tradit (4). Istitis autem verbis libri secundi scriptor quinque subiungit historias, quarum tres iam apud Palladium invenimus, de viso scilicet monumento magorum, quae primo, de uva, quae secundo, et de congressu cum duobus tribunis, quae ultimo loco legitur. Sed inter primam illam alteramque narrationem loci, quem Macarius inhabitavit, hanc descriptionem interponit:

« Locus autem, in quo habitabat ipse sanctus Macarius, Scithium appellatur. Est autem in eremo vastissima positus, diei et noctis iter habens de Nitriae monasteriis, et hoc nulla semita, neque terrenis aliquibus colligitur vel monstratur indicium, sed stellarum signis et cursibus pergitur. Aqua raro invenitur, et sicubi inventa fuerit, odoris quidem dirissimi est, et quasi bituminea, sed saporis innoxii. Sunt ergo ibi viri valde perfecti; nec enim patitur tam terribilis locus nisi perfecti propositi habitatores summaeque constantiae; charitatis tamen inter se et erga omnes, si qui forte ad eos accesserunt, summum studium gerunt (5). »

Etsi e Palladio didicimus, e tribus cellis, quas Macarius Alexandrinus habuit, unam in

Scete sitam fuisse (6), offendit tamen, quod iam simpliciter in Scete habitasse dicitur, id quod eodem Palladio auctore proprie ac stricte de solo Macario Aegypcio valet. Sed quum scriptor libri secundi de habitatione Macarii Aegyptii nihil referat, haud temere colligi videtur, scriptorem aut confudisse hac in re Macarium Aegyptium cum Alexandrino, aut de habitatione Macarii Alexandrini non accurate edoctum fuisse. Palladio enim, qui tres annos una cum Macario Alexandrino vixit, in ea re maiorem fidem adhibendam esse plane patet.

Descriptio autem ista Scetis solitudinis, cum quantis difficultatibus monachis, qui eam inhabitabant, dimicandum fuerit, satis ostendit. Quae quidem eadem descriptio in libro sexto (7) legitur. Atque asperrima etiam in Cellulis vita obtinuisse videtur, quoniam perfectiores Nitriae montis monachi eo se recipiebant, singulique cellis ita inter se distantibus, ut alter alterum nec videre nec voce assequi posset, utebantur (8). Monasteria denique Nitriae montis, in quibus fere quinque millia virorum cum octo loci presbyteris vivebant, quam praeclare instituta fuerint, Palladius exposuit (9).

116 Restat, ut duas illas narrationes, quas nobis de Macario Alexandrino liber secundus novas exhibet, afferamus. Haec igitur post historiam, quae de uva agit, scripta reperimus:

« Ad fidem namque confirmatum nobis de eo est ab his, qui ex ore eius audierant, quod quodam tempore noctis daemon ad ostium cellulae eius pulsaverit dicens: Surge, abba Macari, et eamus ad collectam, ubi fratres ad vigiliis congregantur. Sed ille, qui gratia Dei repletus falli non poterat, intellexit, diaboli esse fallaciam, et ait: O mendax et veritatis inimice! quid enim tibi consortii, quid societatis est cum collecta et congregatione sanctorum? At ille: Latet ergo te, inquit, o Macari, quod sine nobis nulla collecta agitur nullaque congregatio monachorum? Veni denique et videbis opera nostra. Tunc ille: Imperet, inquit, tibi Dominus, daemon immunde. Et

(1) Minutoli l. l. p. 31 sq. Tischendorf l. l.

(2) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 480, 2; Vallarsi l. l. p. 196, Migne Patrolog. l. l. p. 452 sq.

(3) Tillemont Mémoires T. VI P. II p. 649.

(4) Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 29 ed. l. p. 680.

(5) VV. PP. Rosw. l. l. p. 481, 1; Vallarsi l. l. p. 197, Migne l. l. p. 453

(6) Supra Cap. III p. 69. cf. p. 89.

(7) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 3, 15 p. 656, 2

(8) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 478. cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 70 Opp. Meurs. l. l. p. 532.

(9) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 8 Opp. Meurs. l. l. p. 360 sq.

conversus ad orationem petiit a Domino, ut sibi ostenderet, si hoc verum esset, quod gloriatus est daemon. Abiit ergo ad collectam, ubi a fratribus vigiliae celebrantur, et iterum in oratione Dominum deprecatur, ut sibi veritatem verbi huius ostendat. Et ecce, vidit per totam ecclesiam quasi parvulos quosdam puerulos Aethiopes tetros discurrere huc atque illuc, et velut volitando deferri. Moris est autem inibi sedentibus cunctis ab uno dici psalmum, ceteris vel audientibus vel respondentibus. Discurrentes ergo illi Aethiopes pueruli singulis quibusque sedentibus alludebant, et si cui duobus digitulis oculos compressissent, statim dormitabat; si cui vero in os immersissent digitum, oscitare eum faciebant. Ubi vero post psalmum ad orandum se proiecissent fratres, percurrerant nihilominus singulos, et ante alium iacentem in oratione quasi mulierum specie ferebantur, ante alium quasi aedificantes atque portantes aliquid, ac diversa quaeque agentes apparebant. Et quaecunque daemones quasi ludendo formassent, haec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant; a nonnullis tamen, ubi aliquid horum agere coepissent, quasi vi quadam repulsi praecipites deiiciebantur ita, ut nec stare quidem prorsus aut transire iuxta eos auderent. Aliis vero **117** etiam infirmis fratribus supra cervices et dorsa iudebant, quia non erant in oratione sua intenti. Haec cum vidisset sanctus Macarius, ingemuit graviter, et lacrymas profundens ad Dominum: Respice, ait, Domine, et ne sileas, neque mitigeris Deus. Exsurge, ut dispergantur inimici tui, et ut fugiant a facie tua; quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem tamen examinandae veritatis gratia seorsum evocatis singulis quibusque fratribus, ante quorum faciem viderat daemones diverso habitu et variis imaginibus ludentes, requirit ab eis, si in oratione vel aedificandi cogitationes habuerint, vel iter agendi, vel alia diversa, quae unicuique imaginata per daemones viderat, et singuli eorum ita confitebantur in corde suo fuisse, ut ille arguebat. Et tunc intellectum est, quod omnes vanae et superfluae cogitationes, quas vel psalmorum vel orationum tempore unusquis-

que conceperit, ex illusionem daemonum sunt; ab his autem, qui omni custodia cor suum servant, tetri repelluntur Aethiopes. Deo enim coniuncta mens et in ipso tempore praecipue orationis intenta, nihil alienum, nihil superfluum recipit (1). » Animadvertite, eandem rem ad verbum in Rosweidiana collectionis libro tertio haberi (2). Ad collectam, graece συναξις, qua omnis conventus ad quodvis sacrum ministerium intelligitur (3), Cellularum monachi solo die sabbati et dominica conveniebant, ceteris vero diebus singuli in cellis suis remanebant (4). Sed altera in libro secundo haec narratio sequitur :

« Aliud quoque multo terribilius addebat, quod vidisset eo tempore, quo fratres accedebant ad sacramenta : ubi porrexissent ad suscipiendum palmas, in nonnullorum manibus praevientes Aethiopes carbonem deponere, corpus autem, quod tradi sacerdotis manibus videbatur, redire ad altare : aliis vero, quos meliorum merita iuvabant, extendentibus manus ad altare longe recedere daemones et cum ingenti **118** metu refugere. Angelum enim Domini assistere cernebat altari, qui cum sacerdotis manu suam quoque manum in sacramentorum distributione superponeret. Ex hoc iam permansit ei a Deo gratia ista, ut in vigiliis fratrum psalmorum et orationis tempore, si quis aliud aliquid secundum illusionem daemonum in corde cogitasset, agnosceret, et accedentium ad altare vel indignitates eum vel merita non laterent (5). » Simile quid supra de Macario Alexandrino percepimus (6). Abbates autem monachorum suorum res occultas cognoscere haud raro credebantur.

Congressum denique Macariorum cum duobus tribunis quum scriptor libri secundi narrasset, caput de Macariis finit his verbis : « Sed et multa, ut diximus, alia de operibus sancti Macarii Alexandrini mirabilia feruntur, ex quibus nonnulla in XI libro Ecclesiasticae Historiae inserta, qui requireret, inveniet (7). » Ex quibus id, quod diximus (8), perspicuum est, in Continuatione de Macario Alexandrino Rufinum retulisse. Iam expositis iis, quae Rufinus habet de Macariis — nam in eius

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 481, 2 sq.; Vallarsi l. l. p. 198, Migne l. l. p. 453.

(2) Ibid. lib. III cap. 43 p. 507, 2.

(3) Binterim Denkw. T. IV P. I p. 557.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 473, 1; Vallarsi l. l. p. 187; Migne l. l. p. 444 sq.

(5) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 482, 4; Vallarsi l. l. p. 199, Migne l. l. p. 453.

(6) Cf. supra Caput III p. 74. 101.

(7) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 482, 2; Vallarsi l. l. p. 200, Migne l. l.

(8) Supra § 27 in fine, p. 114.

Apologiarum [Invectiviarum] in S. Hieronymum libris praeter ea, quae supra monuimus (1), nihil invenitur — ad cetera transeamus.

CAPUT V.

EVAGRIUS, S. HIERONYMUS, CASSIANUS DE SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

§ 29. Evagrius ter tantum de Macario loquitur, supra monuimus (2); Macarium vero Aegyptium dici ab eo, videbimus. Evagrius in libro secundo multo ex tempore a beato Macario, quem famosissimum in Dei gratia signisque et virtutibus insignem fuisse omnibus notum sit, instructus esse (3); uter vero Macariorum dicatur, e libro secundo, qui utrumque Macarium « ab continentiae exercitiis et virtutibus animi aequaliter polluisse » gloriatur (4), non colligitur. Accedit, quod verba de Macario Evagrii praeceptore in graeco libri secundi textu, cuius fragmenta Cotelerius edidit, desunt (5). Neque illud etiam satis constare videtur, libri secundi verbis: « Vidimus ibi et sapientissimum virum... Evagrius » (6) comprobari, Evagrius habitasse in Cellulis, de quarum monachis eousque narratum erat; nam et vocabulum *ibi* in fragmento graeco desideratur (7). Sin autem illa temere ac prave in graeco fragmento omittantur, minime tamen sequitur, Macarium Alexandrinum fuisse praeceptorem Evagrii; ex eo enim, quod tunc Evagrius in Cellulis vixit, id colligi non potest, praecipue quum illo tempore Macarii iam mortui essent. Socrates vero Evagrius Macariorum Aegyptii et Alexandrini discipulum vocat, a quibus, quam antea solis verbis philosophatus esset, re ipsa philosophari didicerit (8).

De Macario Evagrius in libri, cui titulus est: « Capita practica ad Anatolium, » capite, quod « Πρώτοι μοναχῶν ἀγίων » inscribitur, haec memorat:

« Aegyptius senex Macarius, vas illud ele-

ctum, interrogavit me, quam ob causam acceptarum quidem ab hominibus iniuriarum reminiscendo memoriae vim ac facultatem in animo corrumperemus, acceptas vero a daemonibus iniurias memoriae commendantes illaesimanageremus. Cumque ego haesitasset ignarus quid respondendum esset, petissemque ab illo, ut ipse mihi eius rei causam exponeret: Quia, inquit, prior quidem affectio contra naturam, posterior vero secundum animi naturam est (9). » Idem Macarii dictum legis apud Socratem (10), 120 in VV. PP. libro quinto (11) et septimo (12), in sententiis Patrum, quas Rosweidus habet (13), et in Apophthegmatis a Cotelerio editis (14), hoc solo discrimine, quod praeter Socratem ceteri Evagrius, cui Macarius istud dixit, non nominant.

Aterum de Macario enuntiatum Evagrius ibidem hoc suggerit: « Accessi ipso fervido meridie ad sanctum patrem Macarium, et siti vehementer oppressus aquam petii ad bibendum. Is autem: Umbra, inquit, contentus esto. Multi enim, qui nunc iter faciunt vel navigant, etiam huius carent solatio. Dein disputanti mihi et de abstinentia cum eo conferenti: Confide, inquit, filii; totos viginti annos neque pane neque aqua neque somno usus sum ad satietatem. Nam panem meum certo pondere comedi, aquam hibi certa mensura, ac somni exiguam partem suffuratus sum inclinando me ad parietes (15). » Quod idem narratur a Socrate (16) et in libro sexto VV. PP. (17). Legere autem cibi, potus et somni desiderio nunquam omnino satisfaciendi postea Columbanus monachis suis praescrispsit (18).

Tertius denique locus, quo Macarium Evagrius commemorat, in eiusdem libri capite, quod « Θεωρήματα πρακτικά » inscribitur, hic est:

« Nonnulli sunt ex daemonibus immundis, qui legentibus semper assident, mentemque eorum abripere conantur, sumpta saepe nau-

(1) Supra § 26 p. 412.

(2) Cf. § 7 p. 52.

(3) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 27 p. 479, 2; Rusoi Opp. ed. Vallarsi p. 492; Migne I. I. p. 449.

(4) Cf. supra p. 110.

(5) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 176 sq.; Opp. Meurs. I. I. p. 644.

(6) VV. PP. Rosw. I. I.; Vallarsi I. I., Migne I. I. p. 448 sq.

(7) Coteler. I. I.; Opp. Meurs. I. I.

(8) Socr. Hist. Eccl. lib. IV cap. 23 ed. I. p. 234.

(9) Caput XCIII, Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 99 sq., Galland. Bibl. PP. T. VII p. 565. Harum narrationum versionem a nobis castigatam exhibebimus.

(10) Socr. Hist. Eccl. I. I. p. 235.

(11) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 10, 34 p. 599, 2.

(12) Ibid. cap. 57, 4 p. 681, 2.

(13) Ibid. sent. 15 p. 1008, 1.

(14) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 546 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXVI; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(15) Cap. XCIV, Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 100, Galland. Bibl. PP. I. I.

(16) Socr. Hist. Eccl. I. I.

(17) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 4, 17, 18 p. 659, 2 sq.

(18) Columbanus abb. regula coenobialis cap. 3 et in fine. Holstenii Cod. Regular. T. I p. 170, 9, 174, 2.

mero occasione ex ipsis divinis scripturis in A prava cogitata desinentes Interdum quoque contra morem oscitare **121** cogunt, atque gravissimum somnum immittunt magnopere a consueto diversum, idque, ut in quibusdam fratribus deprehensum est, natura ineffabiliter renitente. Quod ego cum frequenter observassem, ipse comperi. Capessunt palpebras cum toto capite, idque proprio corpore frige-
 factant; admodum enim frigida sunt daemou-
 num corpora, et crystallo similia, unde et caput sentimus velut cucurbita medicorum attractum cum stridore. Hoc autem faciunt, ut, si insitum calvae calorem ad se ipsos traxe-
 rint, palpebrae humore demum et frigore
 relaxatae circumfluant pupillis oculorum. Quare palpebras saepe si contrectavi, inveni instar crystalli compactas, totamque faciem mortui similem et horridam. Attamen somnus naturalis corpora calefacit, sanorumque vultus nitidos reddit, quod ipsa quoque experientia discimus. Sed illi contra naturam ex ore nimium distento oscitationem efficiunt, attenuantes se, et interiora oris occupantes. Ego quidem nondum hoc intellexi, etsi persaepe passus sim; at sanctum Macarium audivi de hoc mihi loquentem, qui ad rem probandam attulit oscitantium consuetudinem, os signo crucis muniendi ex traditione antiqua immemoriali (1). Ceterum omnia illa patimur, quia lectioni non attendimus vigilanter, neque sancta Dei vivi eloquia nos legere nobis consciis sumus (2). » Haec quidem Evagrii notatio ad vetustatem consuetudinis, qua oscitantes os signo crucis munire solent, comprobendam gravissima est. Uter vero Macariorum illa Evagrius exposuerit, certo vix definiatur; quantum cum Evagrius bis Macarium Aegyptium laudibus extulerit, haud incongrue creditur, hic quoque, ubi simpliciter Macarii mentio fit, eundem intelligi. Sed audiamus nunc ea, quae D nobis praebet S. Hieronymus.

§ 30. Is Macarios passim in epistolis, sed obiter tantum commemorat. In Palaestina vitae monachicae ipse se dederat, quam quantum dulcedine amplexus sit, eius epistolae 2. 3. 14. 22. 24, quae omnes ante annum 384 scriptae **122** sunt (3), ostendunt, nec non aliae, quas postea scripsit, comprobant. Romae quum moraretur, complures nobiles feminas ad pro-

positum virginitatis aut viduitatis servandae et ad simpliciorum vitam traduxit, quapropter multi eum obiurgabant (4). In epistola quadam circa annum 395 scripta de « Aegypti et Mosopotamiae, Ponti, Cappadociae et Armeniae examinibus monachorum » loquitur (5); sed et in Italia monachos non defuisse, ex iis, quae de defuncta Fabiola anno 398 tradidit, discimus (6). Iam ex his paucis, quam occasione data S. Hieronymus Macariorum mentionem fecerit, colliges; aut enim amico, qui ad eremum Macariorum accesserat, congratulatur, aut amicos Occidentem versus habitantes ad exempla eorum revocat. Locos quanta potuimus diligentia hosce congressimus.

Primum huc spectat epistola 3 ad Rufinum Aquileiensem, quem in Aegyptum venisse S. Hieronymus audierat, aestate anni 374 scripta, in qua: « Prima, » inquit, « inopinati gaudii ab Heliodoro fratre mihi est nuntiata felicitas. Non credebam certum, quod certum esse cupiebam, praesertim quum et ille ab alio se audiisse diceret, et rei novitas fidem sermonis auferret. Rursum suspensa vota, nutantemque mentem quidam Alexandrinus monachus, qui ad Aegyptios confessores, et voluntate iam martyres, pio plebis iam dudum fuerat transmissus obsequio, manifestus ad credulitatem nuntii auctor impulerat. Fateor et in hoc meam labasse sententiam. Nam cum et patriam tuam ignoraret et nomen, in eo tamen plus videbatur afferre, quod eadem asserebat, quae iam alius indicaverat. Tandem plenum veritatis pondus erupit: Rufinum enim Nitriae esse et ad beatum perrexisse Macarium crebra commeantium multitudo referebat. Hic vero tota credulitatis frena laxavi, et tunc vere aegrotum esse me dolui. Et nisi me attenuati corporis vires quadam compede praepedissent, nec mediae fervor **123** aestatis, nec navigantibus semper incertum mare pia festinatione gradienti valuisset obsistere. Cre-
 das mihi, frater, non sic tempestate iactatus portum nauta prospectat, non sic sitientia imbres arva desiderant, nec sic curvo assidens littori anxia filium mater exspectat (7). » Ibi alterutrum ex nostris Macariis, et fortassis quidem Alexandrinum, qui prope Nitriam in eremo Cellularum vixit, intelligi in aperto est. Rufinum vero circa Nitriam cum duobus Ma-

(1) Graece: κατά ἀρχαίων παράδοσιν ἀβήητον.

(2) Cap. LXVI, Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 88 sq., Galland. Bibl. PP. t. I. p. 561.

(3) Cf. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I Praef. p. L sq.

(4) Cf. Ep. 66. 73. 45. 39. 54.

(5) Ep. 58, S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 581.

(6) Ep. 73, S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 694.

(7) S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 532 sq.

caris congressum esse persecutionis a Lucio A
faetae tempore, quo epistola S. Hieronymi
scripta est, iam e Rufini Continuatione His-
toriae Ecclesiasticae Eusebii percepimus (1).

Porro laudanda est epistola 22, de custo-
dienda virginitate ad Eustachium virginem,
Paulae nobilissimae apud Romanos matronae
filiam, anno 384 scripta. Eam enim admonens,
ut avaritiam vitet, S. Hieronymus addit: « Quid
ante non plures annos Nitriae gestum sit, re-
feremus. Quidam ex fratribus parcius magis
quam avarior, et nesciens triginta argenteis
Dominum venditum, centum solidos, quos
lino texendo adquisierat, moriens dereliquit.
Initum est inter monachos consilium — nam
in eodem loco circiter quinque millia divisim
cellulis habitabant — quid facto opus esset.
Alii pauperibus distribuendos esse dicebant,
alii dandos ecclesiae, nonnulli parentibus re-
mittendos. Macarius vero et Pambo et Isidorus
et ceteri, quos patres vocant, sancto in eis lo-
quente Spiritu decreverunt, infodiendos esse
cum domino suo dicentes: Pecunia tua tecum
sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quis-
quam putet factum: tantus cunctos per totam
Aegyptum terror invasit, ut unum solidum
dimisisse sit criminis (2). » Macarium Alexan-
drinum Cellularum presbyterum hic intelligi C
apparet. Nam in monte Nitriae Pambo habita-
vit (3). Isidorus cellam habuit (4). Quinque
vero millia monachorum montem illum Cellu-
lasque incoluisse pariter Palladius retulit (5).
124 Ceterum idem de Nitriae monacho avaro
in VV. PP. Rosw. libro tertio traditur (6).

Etiam in epistola 58, circa annum 395 con-
scripta, Macarios S. Hieronymus vocat. Ubi
legis: « Sin autem cupis esse quod diceris, mo-
nachus, id est solus, quid facis in urbibus,
quae utique non sunt solorum habitacula, sed
multorum? Habet unumquodque propositum
principes suos. Romani duces imitentur Cam-
illos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philoso-
phi proponant sibi Pythagoram, Socratem,
Platonem, Aristotelem. Poetae aemulentur Ho-
merum, Virgilium, Menandrum, Terentium.

(1) Cf supra § 6 p. 16. cf. infra § 142.

(2) S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 418 sq.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 12 Opp. Meurs.
l. I. p. 373.

(4) Ibid. cap. 1 p. 348.

(5) Ibid. cap. 8 p. 361.

(6) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 219 p. 533, 1.

(7) S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 583.

(8) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. l. p.
520. Edessenum dici existimat Tillemontius Mé-

Historici Thucydem, Sallustium, Herodotum,
Livium. Oratores Lysiam, Graccos, Demosthe-
nem, Tullium. Et ut ad nostra veniamus, epi-
scopi et presbyteri habeant in exemplum
Apostolos et apostolicos viros, quorum hono-
rem possidentes habere nitantur et meritum.
Nos autem habeamus propositi nostri princi-
pes Paulos et Antonios, Iulianos, Hilariones,
Macarios (7). » Quem Iulianum dicat, ambigo;
an forte Edessenum, de quo Sozomenus tra-
dit (8)? Macarium vero Alexandrinum intel-
ligi — numerum pluralem pro singulari posi-
tum esse sponte liquet — ex loco, qui cum
nostro conferendus est, sequente conieceris.

Etenim eodem prorsus modo S. Hieronymus
Macarium in epistola 108, anno 404 scripta, citat.
Ibi quum vitam Paulae enarrasset, eiusque iti-
nera pia accurate descripsisset, Nitriam appel-
lat « oppidum Domini, in quo purissimo vir-
tutum nitro sordes lavantur quotidie plurimo-
rum. Quod cum [Paula] vidisset, occurrente
sibi sancto et venerabili episcopo Isidoro con-
fessore et turbis innumerabilibus monacho-
rum, ex quibus multos sacerdotalis et leviticus
sublimabat gradus, laetabatur quidem ad glo-
riam Domini, sed se indignam tanto honore
fatebatur. Quid ergo narrem Macarios, Arse-
nios, Serapionas et reliqua columnarum Chri-
sti nomina? Cuius non intravit 125 cellulam?
Quorum pedibus non advoluta est (9)? » Hic
quidem Macarium Alexandrinum, clarum Cel-
lularum presbyterum et in Nitriae monte cel-
lam habentem innui, verisimile est. Unde su-
pra, quum eodem modo inducatur, eundem
plane Macarium Alexandrinum intelligi haud
temere dixeris.

Prodendus denique est ultimus S. Hierony-
mi locus de Macariis; nam Macarius iste,
quem in epitaphio Marcellae viduae S. Hiero-
nymus vocat (10), et Rufinus in praefatione in
Origenis libros *Περὶ ἀρχῶν* (11), nec non in Apo-
logiis [Invectivis] laudat (12), Origenista Ru-
finique discipulus fuit. Unus igitur locus re-
stat, quem difficultatis quidquam habere iam
supra monuimus (13), hisque concipitur ver-
moires T. VII P. III p. 1017 sqq. Alium innuere vi-
dentur docti editores Opp. S. Hieron. ad h. l.

(9) S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 890.

(10) S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV P. II p. 782.

(11) Ep. 80, S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I p. 733.

(12) Rufini Apol. [Invectiva] in S. Hieronymum
lib. I cap. 11, Opp. ed. Vallarsi p. 316, Migne p.
548; S. Hieron. Opp. ed. Bened. l. I. p. 360.

(13) Cf. p. 33.

bis : « Amatas vero et Macarius discipuli Antonii, e quibus superior magistri corpus sepe-
 livit, etiam nunc affirmant, Paulum quendam Thebaeum principem istius rei [vitae monachicae] fuisse, non nominis; quam opinionem nos quoque probamus (1). » Eisdem discipulos ambo sepelivisse Antonium legimus in Historia Lausiaca (2), multo post vitam S. Pauli, in qua verba illa habentur, edita (3). Quamquam in duabus eiusdem S. Pauli graecis vitis, quas ab Hieronymiana profectas esse probabimus, Amatae et Macarii nominum mentio non fit. Erasmus quidem monuit, vitae S. Pauli exemplaria ita inter se discrepare, ut S. Hieronymus ipse idem argumentum saepius aliis verbis tractasse aut alius hoc fecisse videatur. Quo facto Centuriatores Magdeburgenses eo temeritatis progressi sunt, ut vitam illam commentum exercendi ingenii causa, non serio a S. Hieronymo conscriptum dixerint (4).
 126 Sed Rosweidus bene animadvertit, se quidem tantam varietatem non invenisse (5), idem quod et Bollandus atque Henschenius ex septem octove aliorum codicum veterum fide asseruerunt (6), et ipsi examinatis quibusdam codicibus comprobamus. Graecae vero duae S. Pauli vitae modo cum Hieronymiana concinunt, modo ab ea discrepant, ipsaeque inter se perraro conveniunt. Ex quibus altera Bollandi et Henschenio, qui eam e codice Bavarico graeco perquam vitioso in latinum sermonem conversam ediderunt, ob verba quae continet : « ut ipsemet (Antonius) mihi narravit (7), » Hieronymiana Pauli vita antiquior visa est, et ab ipso Amata Macariove

fortasse aut alio quovis Antonii discipulo concinnata, qui ideo scripserit, Amatam et Macarium etiam nunc Paulum primum eremitam praedicare. Sed vereor, ne viri docti erraverint. Nam illa verba in graeco legeris oportet : ὡς αὐτός μοι διηγήσατο, pro quibus S. Hieronymus habet : « ut ipse asserere solebat. » Quis igitur non credat, in codice graeco, editoribus testibus, mendis, quae ne ipsi quidem omnia expunxerunt in versione sua (8), scaten-
 te (9), pro μοι legendum esse μέν! Quo posito nihil profecto superest, cur eam Hieronymiana antiquiorem dixeris. Alteram graecam S. Pauli vitam, Bavarica illa et ipsa Hieronymiana locupletio-rem, sed ab Hieronymiana, ut facile elucet, profectam, in codice Caesareo Vindobonensi ipsi adivimus (10), in quo locus ille de S. Antonii 127 discipulis his verbis se offert : Ἀντωνίου γὰρ ἐστὶ καὶ σήμερον οἱ φοιτηταὶ περιόντες, ὅφ' ὦν ἐκαίνομαι καὶ τάφου ἐτυχεῖν, αὐτοὶ βεβαιούσιν, Παῦλόν τινα θηβαίον, κ. τ. λ. Quare iure dubites, an omnino nomina Amatae et Macarii, discipulorum S. Antonii, primitus in textu S. Hieronymi exstiterint.

Quomodocumque vero id se habet, Amatam et Macarium insignes S. Antonii discipulos fuisse, non solum ex Palladio, sed etiam ex S. Hieronymi Chronico constat, in quo ad a. XIX Constantii iunioris i. e. a. 359 legis : « Sarmata, Amatas et Macarius discipuli Antonii insignes habentur (11). »

Itaque quaeritur, num Macarius insignis hic S. Antonii discipulus unus ex nostris Macariis fuerit? Sed eum a nostris Macariis probe discernendum esse, iam supra obiter monui-

(1) S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV P. II p. 69.

(2) Cf. supra p. 107.

(3) S. Hieronymi vitam S. Pauli primi eremitaе editores Benedictini circa a. 365 scriptam esse existimant. Cf. S. Hieron. Opp. ed. Bened. I. I.

(4) Cent. IV, 10.

(5) In vitam S. Pauli. not. 1, VV. PP. Rosw. p. 21.

(6) AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 602.

(7) Ibid. p. 603.

(8) Lambecius Commentt. ed. altera T. VIII p. 721.

(9) AA. SS. Boll. I. I. p. 603, 1.

(10) Exstat enim in cod. ms. graec. Bibl. Caes. Vindob. Nr. 58 olim 31 p. 237, 2 — 247. Prodiit graece et latine sub titulo : Acta sincera S. Pauli Thebaei cognomento primi eremitaе graeco-latina cum variantibus lectionibus et notis variorum. Accedunt aasseratio praeliminaris de dubiis haec Acta cir-

cumstantibus et Epistola R. P. Claudii Sicardi S. I. Missionis Aegyptiae superioris de suo per inferiorem Thebaidem confecto itinere hodiernoque rerum statu antiquissimorum monasteriorum SS. Pauli et Antonii, consimilibus notis aucta, qua per multa in antedictis Actis hactenus obscura et alias incognita illustrantur; studio et opera Matthiae Fuhrmann ord. eiusd. S. Pauli primi eremitaе provinciae Austriae sacerdotis. Neostadii. Austriae 1760. Kollarius (Lambec. Commentt. I. I. p. 719 not.) notat, editionem hanc puerilibus scaterere erroribus, atque interpretem coniecturis potius snis, quam codicis inniti fide voluisse. Hoc quidem verum, sed tamen illa codicis potius vitia, quam errores editoris sunt, ita ut manu peritissima opus sit, quae textum restituat. Id quidem accurato eius examine ipsi nobis persuasimus

(11) S. Hieron. Opp. ed. Migne T. VIII p. 687.

mus. (1). Neminem Macarium Aegyptium in Scete obiisse, Alexandrinum extrema etiam senectute Cellularum presbyterum fuisse, e Palladio didicimus; Macarium vero S. Antonii discipulum eidem successisse in coenobio Pispiritano, ibique vitam finivisse, infra videbimus. (2).

Hisce continentur ea, quae ex S. Hieronymo colligi possunt. Ut Evagrius Macarium Aegyptium, ita S. Hieronymus Alexandrinum laudibus extulit. Neque id temere fecit. Nam in Aegyptum adventantes, ad quos vel de quibus S. Hieronymus scribebat, Nitriae aut in Cellulis Macarium presbyterum ~~120~~ facile adibant, in abdita vero Scetis deserta non facile penetrabant. Unde Macarium Alexandrinum in Occidente illustriorem fuisse oportet (3).

§. 31. Sed transeundum est ad Cassianum, qui quinque locis de nostris Macariis tradit. Ex iis unum, quo de mortuo a Macario, « qui habitationem Seythioticae solitudinis primus invenit, » ad haereticum refellendum resuscitato narratur, iam supra excussimus (4). Ac sexto quodam loco de Macario, qui « xenodochio apud Alexandriam praefuit, » sermo est, a nostris Macariis certe distinguendo (5). Restant igitur quatuor nobis loci examinandi.

Et primo quidem Cassianus in libro, quem « de spiritu gastrimargiae » inscripsit, haec verba facit : « Adhuc unum beati Macarii profertur nobis salutare mandatum, quo libellum ieiuniorum et continentiae tanti viri claudat sententia. Ita inquit debere monachum ieiuniis operam dare, ut centum annis in corpore commoraturum, ita motus animi refranare et iniuriarum oblivisci, tristitiasque respuere, dolores quoque ac detrimenta contemnere, tanquam quotidie moriturum. In illo namque utilis est prudensque discretio, aequali monachum distractione faciens semper incedere, nec permittens sub occasione debilitati corporis de arduis ad perniciosissima praecepta devolvi; in hoc vero magnanimitas salutaris, quae valeat, non solum quae videntur prospera mundi praesentis despiciere, verum etiam adversis tristibusque non frangi, et ea velut parva nullaque contemnere, illic ha-

A. bens iugiter defixum suae mentis intuitum, quo quotidie singulisque momentis accersendum esse se credit (6). » Uter Macariorum, vel etiam num alteruter ex nostris ea docuerit, Cassianus non docuit. Equidem Macarii Aegyptii sententiam ~~121~~ esse ex similitudine cum doctrina, quam is Evagrio dedit (7), et cum homiliis eius timide coniecerim.

Deinde Cassiano in Collationis quintae capite, quod inscribitur « In quo utilis sit cenodoxia, » Serapion senex exponit, multos saepenumero homines adhuc carnales cenodoxiae vitio ab aliis turpibus indignisque vitiis custodiri. Nonnullos quidem confessos esse, se in Syriae coenobiiis quinque diebus cibum sumpsisse talemque abstinentiam sine labore tolerasse, in eremo autem tanta se fame inde ab hora tertia vexari, ut ad nonam usque vix possint ieiunia quotidiana differre. Post haec addit : « Super qua re pulchre abbas Macarius cuidam percunctanti, cur fame ab hora tertia in eremo pulsaretur, qui in coenobio hebdomadibus integris refectionem saepe contemnens non sensisset esuriam, respondit : Quia nullus hic est ieiunii tui testis, qui te suis laudibus nutriat atque sustentet, ibi autem te digitus hominum et cenodoxiae relectio saginabat (8). » Cuiam Macario ea tribuenda sint, non est indicatum. Utrique nostrorum reapse optime conveniunt. Nec dubitavit Tillemontus, ea Macario Aegyptio adjudicare, cuius tamen rei rationem non addidit (9).

Tum Collationis septimae capite, quod inscribitur « De tentatione abbatis Moysis, » Serenus abbas ita loquitur : « Secundus vero quem diximus in hac eremo commoratum [abbas Moyses], cum ipse quoque singularis et incomparabilis vir esset, ob reprehensionem unius sermonis, quem contra abbatem Macarium disputans paulo durius protulit, quadam scilicet opinione praeventus, tam diro confestim est traditus daemone, ut humanas egestionem ori suo, ab eo suppletus, ingereret. Quod flagellum purgationis gratia se Dominus intulisse, ne scilicet in eo vel momentanei delicti macula resideret, velocitate curationis eius atque au-

(1) Cf. p. 107 sq.

(2) Cf. infra Caput IX § 45.

(3) Cf. propositum Macarii Romam abeundi supra p. 73. 99 sq.

(4) Cf. § 14 p. 47 sqq., Cassian. Coll. XV cap. 3, Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 468, Migne Patrol. T. XLIX p. 993.

(5) Coll. XIV cap. 4, Cassiani Opp. ed. Gaz. p.

450, Migne p. 938; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 7 Opp. Meurs. l. I. p. 757 cf. supra § 25 p. 105.

(6) De coenobiorum institutis lib. V (de spir. gastr.) cap. 41 Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 104, Migne p. 265.

(7) Cf. supra § 29.

(8) Coll. V cap. 12 Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 232.

(9) Mémoires T. VIII P. III p. 983.

ctore remedii demonstravit. Nam continuo abate Macario in oratione submisso **130** dicto citius nequam spiritus ab eo fugatus abscessit (1). » Quin Macarius Aegyptius intelligatur, vix dubium est; nam Moyses abbas egregius Scetis monachus fuit (2). Quod et Apophthegmata a Cotelerio edita comprobant, in quibus legis: « Moyses abbas Macario abbati in Sceti: Volo, inquit, cum quiete ac silentio vivere, nec sinunt me fratres. Cui Macarius abbas respondit: Video te indolis mollioris esse, nec posse fratrem a te avertere; sed si desideras quietam vitam, proficiscere ad eremum, intro, in petra quiete deges. Fecit igitur hoc et conquievit (3). » Praeterea Tillemontius illam Moysis abbatis sanationem Macario Aegyptio sine ulla haesitatione attribuit (4).

Ultimus denique Cassiani locus de Macariis nostris in Collatione vigesima quarta invenitur, ubi Macarii fabula ab Abraham abbate narrata haec est: « Nam quod alios quoque salvare vos posse confiditis, et spe maioris lucri ad revisendam patriam festinatis, audite etiam super hoc quandam abbatis Macarii fabulam iucundissime atque aptissime figuratam, quam et ille cuidam similibus desideriis aestuanti medicinam opportunissimae narrationis ingressit. Erat, inquit, in civitate quadam peritissimus tonsor, qui denariis ternis unumquemque detondens, tenuem vilemque mercedem sui operis acquirendo, ex hac eadem quantitate necessaria suo victui quotidie comparabat, centumque denarios expleta omni corporis cura marsupio suo diebus singulis inferebat. Sed cum indesinenter hunc conderet quaestum, audivit in quadam longe posita civitate singulorum solidorum singulos homines tonsori praebere mercedem. Quo ille comperto: Quamdiu ero, inquit, hac mendicitate contentus, ut trium denariorum stipem cum labore conquiram, quum possim illo pergens ingenti solidorum quaestu divitias congregare? Itaque sumens artis **131** suae protinus instrumenta, expensis in sumptu omnibus, quae hic multo tempore collecta servarat, ad urbem illam quaestuosissimam cum summo labore pervenit. Ubi cum ea, qua

A ingressus est, die secundum id, quod ceperat, ab unoquoque mercedem sui operis receperat, ad vesperam se videns grandem solidorum numerum conquisivisse, ad macellum laetus intendit, escas refectioni suae necessarias coempturus. Quas cum coepisset magno solidorum pretio comparare, expensis in perexiguo victu universis quos acquisierat solidis, ne unius quidem denarii intulit lucrum. Cumque ita singulis diebus acquisitionem suam vidisset insumi, ut non solum nihil redigeret, sed vix ipsam quotidianae substantiae necessitatem posset explere, apud semetipsum recogitans: Revertar, inquit, ad civitatem meam, illumque repetam tenuissimum quaestum, ex quo mihi expleta omni corporis cura, quod ad sustentationem senectutis accresceret, quotidiana exuberantia conferebat. Quod quamvis parvum videretur et tenue, non mediocrem tamen summam iugi pariebat augmento. Quaestuosior quippe mihi fuit ille nummorum, quam iste solidorum imaginarius quaestus, ex quo non solum nihil exuberat, quod recondam, sed etiam vix ipsa quotidiani victus necessitas sustinetur. Et idcirco rectius nobis est, hunc solitudinis huius tenuissimum fructum indurpta iugitate sectari, quem nullae saeculares curae, nullae mundanae distentiones, nulla cenodoxiae ac vanitatis arrodant elatio, nullae sollicitudines diurnae necessitatis imminuant (5). » Uter Macariorum vel num omnino unus ex iis pulcherrimam fabulam invenerit, non traditur.

Iam recensitis Cassiani quoque testimoniis libros VV. PP. a Rosweido editos, quorum scriptores atque aetatem ignoramus (6), excutiamus.

132 CAPUT VI.

D COLLECTIONIS ROSWEIDIANAE LIBER TERTIUS, QUINTUS, SEXTUS, SEPTIMUS VITARUM PATRUM ET SENTENTIAE PATRUM AEGYPTIORUM DE SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

§. 32. Liber tertius VV. PP. collectionis Rosweidiana sedecim historias de Macariis continet. Quarum quatuor, de homine, qui caedis reus, facta a Macario Aegyptio viri occisi ad vitam revocatione, liberatus est (7), de uva

(1) Coll. VII cap. 27 Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 528, Migne p. 706 sq.

(2) Cf. Cassian. Coll. I.

(3) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 558 v. *Macarius Aegyptius* § XXII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(4) Mémoires T. VIII P. III p. 1007.

(5) Coll. XXIV cap. 13 Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 618, Migne p. 1501 sq.

(6) Cf. supra § 10 p. 54.

(7) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 11 p. 507, l.

Macario Alexandrino missa (1), de daemone A eundem Macarium ad collectam invitante (2), de sententia denique, verum monachum in arguendo alio nunquam ad iracundiam moveri, sed semper sese vincere (3), supra cognovimus (4). Duodecim ceterae hae sunt :

« Abbas Macarius quotiescunque cum fratribus facta charitate reficiebat, hoc in proprio corde statuerat, ut quantos vini calices oblatos hausisset, tantis diebus nec et ipsam aquam gustaret omnino. Cum ergo ei fratres viam porrigerent, cum gaudio sumebat, ut postea se siti maceraret. Quod cum discipulus eius didicisset, patefacto senis consilio, ne ei vinum porrigerent, coniurabat, tormenta illi potius esse quam pocula manifestans (5). » Idem in libro quinto (6) legitur, et graece in Apophthegmatis a Cotelerio editis, a quorum compilatore ad Macarium Aegyptium refertur (7). Pro « quotiescunque cum fratribus facta charitate reficiebat, » in graeco est *εὐχαρίστος μετὰ ἀδελφῶν*, in libro quinto « si vacavit inter fratres, » quare illa noli perperam intelligere. Fratres Scetis 133 vino reffectos esse a verisimilitudine abhorret, ita ut in itineribus, quae Macarius ad invisendos fratres interdum faciebat (8), id accidisse existimem.

« Abbas Macarius dum in illa solitudine, in qua solus erat, maneret, inferior autem plena esset multis fratribus, sero per viam circumspiciebat, et vidit daemonem venientem in figura hominis, vestitum tunica linea perforata, et per singula foramina vascula parva dependebant. Et dixit illi senex : Quo vadis, maligne? Et respondit ei : Vado commovere (9) fratres hos, qui sunt inferius. Cui senex dixit : Et propter quid tot vascula fers tecum? At ille dixit : Gustum fero fratribus, et ideo tanta fero, ut, si unum displicuerit, ostendam aliud, et si illud non placet, porrigam aliud; et fieri non potest, nisi unum ex ipsis aliquod placeat iis. Et haec dicens discessit. Permansit autem senex iterum viam circumspiciens, usquequo rediret, et, cum rediret, dicit ei : Salveris! Dicit et ille : Quomodo istud mihi verbum

dicis, quia omnes mihi contrarii facti sunt, et nullus meis consiliis acquiescit. Et dicit ei senex : Ergo nullum habes amicum? At ille respondit : Unum habeo amicum, vel ipse consentit mihi, et quoties me viderit, huc atque illuc cito convertitur. Cumque nomen eius ab eo requisivisset, ait, quia Theopemptus dicitur. Discedente illo mox surrexit abbas Macarius et descendit ad inferiorem eremum. Quod cum audiissent fratres, egressi sunt illi obviam et unusquisque sperans, quod apud se maneret, praeparavit se. At ille requirens cellam Theopempti ad eum profectus est. Cumque cum gaudio illum suscepisset, et essent utrique simul soli, dixit ei senex : Quemadmodum est tecum, fili? At ille respondit : Orationibus tuis bene sum. Et ait senex : Non te impugnant cogitationes? At ille respondit : Interea bene sum. Erubescibat enim dicere. Et dixit ei senex : Ecce quot annos sum in solitudine, et ab omnibus honoror, et in hac aetate, cum sim senex, molestans 134 me cogitationes meae. Respondit Theopemptus : Crede mihi, abba, quia similiter et mihi faciunt. Tunc senex singulas cogitationes quasi se impugnantem fingebat, usquequo totum illi Theopemptus confiteretur. Post haec dixit ei :

C Quemadmodum ieiunas? At ille dicit ei : Usque ad nonam. Cui senex ait : Usque ad vesperam ieiuna, et de Evangelio vel de aliis Scripturis sine cessatione semper aliquid meditare; et quoties tibi aliqua immunda cogitatio supervenerit, nunquam deorsum aspicias, sed sursum, et mox Dominus tibi adiutor est. Et mox ita discessit abbas Macarius in propriam solitudinem. Iterumque viam circumspiciens vidit daemonem redeuntem, et requirit eum : Quo vadis? At ille respondit : Simili modo commovere (10) fratres. Cum autem reverteretur, requisivit eum, quemadmodum agerent fratres. At ille dixit : Male, quoniam omnes agrestes effecti sunt, et, quod de omnibus peius est, eum quem habui amicum et obedientem mihi, ipse nescio quomodo conversus est, et omnibus amplius asperior mihi visus est. Et iuravit, non ibi accedere, nisi post multum

(1) VV. PP. Rosow. lib. III cap. 42 p. 507, 2.

(2) Ibid. cap. 43 p. 507, 2.

(3) Ibid. cap. 87 p. 513, 2.

(4) Cf. §. 26 p. 110. 113. § 24 p. 103 sq. § 28 p. 116 sq. §. 17 p. 65 sq.

(5) Cap. 53 l. 1. p. 509, 1.

(6) VV. PP. Rosow. lib. V libell. 4, 26 p. 569, 2.

(7) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 533 s. v.

Macarius Aegyptius § X; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(8) Sic monachos Nitriae Macarius Aegyptius invisere solebat. Cf. infra § 34.

(9) Sic, facili lapsu pro *commonere*, ut est in lib. VII cap. 4, 8. Cod. Corb. *commonere* et *admanere*. Cf. Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 813 ad h. l.

(10) Sic pro *commonere*.

tempus, et haec dicens discessit (1). » Eadem in libro quinto (2), et septimo (3), et in Apophthegmatis a Cotelerio editis traduntur (4), hoc quidem discrimine, ut monachus ille in quinto *Theoctistus*, in septimo, qui ceterum cum libro tertio ad verbum convenire solet (5), *Theopistus* vocetur; sola Apophthegmata cum libro tertio *Theopemptum* appellant. Porro in narrationis libri quinti fine legis: « Senex vero sanctus intravit in cellam suam adorans et gratias agens Deo Salvatori, » in Apophthegmatis: « Tunc sanctus intravit in cellam suam. » Uter vero Macariorum intelligatur, dicere haesito. Apophthegmatum quidem compiler Macarium Aegyptium agnovit. Nec prorsus immerito; 135 nam Macarius Aegyptius procul aliquantum a monachis, quibus praerat, habitasse perhibetur (6). At nonne de Macario Alexandrino Cellularum presbytero idem valebit? Inde vero, quod Macarium illum in paneremo habitasse legis (7), Macarium Aegyptium fuisse non patet, propterea quod etiam Cellulae in paneremo sitae erant. Atque Macarium Alexandrinum daemone familiariter usum esse supra cognovimus (8). Sed quomodo daemon homines tentet, singularem in modum S. Athanasius in vita S. Antonii descripsit (9).

« Abbas Macarius cum esset in Aegypto. et egressus fuisset de cella sua, reversus invenit quendam furantem id, quod in cella sua habebat. Stetit ergo et ipse tanquam peregrinus, et caricavit (10) animal cum illo cum multa requie, et perduxit eum dicens: Nihil in hunc mundum intulimus; Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut et ipse voluit, ita factum est; benedictus Dominus in omnibus (11). » Idem reperis in libro quinto (12), ubi abbas ille « Macarius in Aegypto positus » vocatur, in libro septimo (13), et in Apophthegmatis a Cotelerio

editis (14). Fusius tamen eadem res hoc altero Apophthegmatum loco explicatur: « Narrabant, in absentia Macarii abbatis latronem ingressum esse cellulam eius. Ipse igitur quum ad cellulam redisset, invenit latronem camelum supellectile sua onerantem. Quare introiens in cellulam et Macarius de vasis accipiebat, et una cum eo onerabat camelum. Sarcina igitur imposita fur coepit verberare camelum, ut surgeret. Neque tamen surgebat. Quod ubi vidit abbas Macarius, cellulam ingressus 136 parvum saroulum invenit, quod emissum imposuit camelo dicens: Frater, hoc quaerit camelus. Ac pede pulsans eam senex ait: Surge. Confestimque surrexit, et parumper itineris confecit propter eius sermonem. Sed iterum resedit, neque exsurrexit, donec deposuissent cuetam supellectilem. Tunc demum abiit (15). » Macarium Aegyptium, cui Apophthegmatum compiler rem attribuit, significari, libri quinti verba: « Macarius in Aegypto positus, » et eadem, quae apud Cotelerium sunt, vocabula graeca: Μακάριος ἐν Αἰγύπτῳ ὅν satis comprobant. Illa Iobi verba Macarius Aegyptius etiam in homiliis laudibus effert (16). Latrones vero illo tempore in Aegypti desertis creberrimi erant. De latrone, qui virginem Deo sacratam e manibus sociorum stuprare eam cupientium eripuit, legis in libro secundo (17). Cellam S. Hilarionis latrones per totam noctem quaesierunt, neque invenire potuerunt (18). S. Ammoni latrones frequenter panem abstulerunt, quare sanctus duos eremi dracones ingentes ad ostium cellae collocavit, quorum aspectu semineces, quum appropinquassent, latrones in cellam introducti, mensa apposita, in meliorem vitam conversi sunt (19). Bello inter duorum incolae pagorum coorto alter latrone quodam duce ad bellum gerendum maxime idoneo confide-

(1) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 61 p. 510, D 1 sq.

(2) Ibid. lib. V libell. 18; 9 p. 637, 1 sq.

(3) Ibid. lib. VII cap. 1, 8 p. 665, 2 sq.

(4) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 528 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § III; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(5) Cf. supra § 10 p. 55.

(6) Cf. supra §§ 12; 13, p. 38, 41.

(7) Apophth. I. I.

(8) Cf. supra § 28, p. 116 sq.

(9) Opp. Athanasii ed. I. T. I P. II p. 651.

(10) Ad hanc vocem gloss. vet. *carrico, onero*. Rosw. I. I. p. 535, 1 not. 43.

(11) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 73 p. 512, 1.

(12) Ibid. lib. V libell. 16, 6 p. 651, 1.

(13) Ibid. lib. VII cap. 3, 1 p. 666, 2.

(14) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 536 s. v. *Macarius Aegyptius* § XVIII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(15) Ibid. p. 548 s. v. *Macarius Aegyptius* § XL.

(16) Cf. infra locum Hom. V a nobis nunc primum editum.

(17) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 16 p. 474; 1; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 176, Migne p. 450.

(18) Vita S. Hilarion. cap. 7, VV. PP. Rosw. p. 77, 1.

(19) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 8 p. 465, 2. sq. Rufini. Opp. ed. Vallarsi p. 158; Migne p. 46.

bat (1). Facinora latronum, eorundemque ad mellioram vitam reditus in VV. PP. saepenumero occurrunt (2). Beduinos quoque incertis semper sedibus per solitudines huc illuc ad praedandum vagatos esse, ex perpulchra S. Malchi vita a S. Hieronymo conscripta discimus (3).

« Quodam tempore orante beato Macario abbate, vox ad eum personuit dicens : Macari, necdum ad mensuram duarum mulierum **137** pervenisti, quae in proxima pariter habitant civitate. Quo audito senex exurgens arrepto baculo in designatam pervenit civitatem. Cumque ostium quaesitae domus atque inventae pulsaret, egressa una ex illis cum magna exultatione eum suscepit. Quas utraque senex convocatas ita est allocutus : Propter vos tantum laborem veniens ex solitudine longinqua sustineo, ut opera vestra cognoscerem, quae mihi vos condicite ac narrate. Cui illae sic dixerunt : Crede nobis, sanctissime pater, quia nec praesenti nocte a maritorum lectulis fuimus separatae. Qualia ergo opera a nobis exquiris? Sed senex in precibus persistebat, ut ei vitae suae ordinem declararent. Cui tunc illae compulsae dixerunt : Nos nulla inter nos sumus parentelitatis affinitate coniunctae; contigit autem, ut duobus fratribus iungeremur, et cum his quindecim annis in domo una pariter permanentes neque turpe verbum altera dixit ad alteram, neque litem aliquando commisimus, sed in pace haecenus viximus, et pari consensu tractavimus, quatenus pariter relictis maritis in congregatione religiosarum virginum proficisceremur, et multis precibus hoc a coniugibus non valuimus obtinere. Quo non adepto, inter nos et Deum posuimus testamentum, ut usque ad mortem nostram saeculare verbum non loqueremur omnino. Quae cum audiisset beatus Macarius, dixit : In veritate non est virgo, neque maritata, neque monachus, neque saecularis, sed Deus tantum propositum quaerit, et spiritum vitae omnibus ministrat (4). » Eadem in libro sexto narratio est, ubi incipit verbis : « Orante aliquando eodem abbate Macario... (5). » Qua ex re, quum antea de Macario

Scetis abbate relatum esset, Aegyptium intelligi sequitur. Ceterum similia, quibus liceat comprobare, vitam saecularem cum Dei amore actam magis nonnunquam Deo, quam monachicam placere, e VV. PP. supra congestimus (6). A quibus narrationibus etiam germanicum **138** insigne poema, quod nuper prodit, medio aevo elaboratum et : *Der gute Gerhard* inscriptum (7), initia sua cepisse crediderim. Atque similes historias nuper congestit clarus Simrockius noster in libro suo, qui inscribitur : *Der gute Gerhard und die dankbaren Todten* (8).

« Beatus Macarius de semetipso referebat dicens : Dum essem iuvenis, et tamen in cella residerem, invitum me tenentes clericum ordinaverunt in vico. Cum autem nolens illic esse, in vicum alterum effugissem, et quidam mihi saecularis religiosus opere meo vendito ministraret, contigit, quandam virginem per stuprum ventris onus accipere. Quae dum a parentibus, a quo fuisset compressa, requiritur, dixit illa : Anachoreta ille vester hoc in me facinus perpetravit. Egressi vero parentes puellae comprehendentes me suspenderunt meo collo vasa fictilia, et per singulas semitas circumducebant me caede mactantes, atque insuper his vocibus insultantes : Hic monachus filiae nostrae vim intulit. Cumque me usque ad necem fustibus paene mulctassent, quidam ex senioribus dixit ad eos : Usquequo hunc peregrinum monachum caede mactatis? Sed et ministrante mihi sequente et rubore perfuso, iniurias irrogabant dicentes : Ecce quid fecit hic, pro quo tu testimonium perhibebas? Parentes autem puellae dixerunt : Nulla hunc ratione dimittimus, nisi pro alimentis puellae praestandis aliquis pro ipso satisfactor accesserit. Quod dum ministranti mihi, ut faceret, innuissem, interposita me sua fide suscepit. Itaque regressus ad cellulam, quantascunque inveni sportellas ei contribuebam, quibus venditis victum mihi coniugique meo ministraret. Dicebam autem : Ecce, Macari, invenisti tibi uxorem; necesse est ergo amplius operari, ut eam valeas enutrire. Et tam diebus quam noctibus operabar, ut ei quotidie

(1) VV. PP. Rosw. lib. VIII cap. 52 p. 749, 1.

(2) Cf. supra § 4 p. 10.

(3) VV. PP. Rosw. lib. I p. 93 sq.

(4) Ibid. lib. III cap. 97 p. 515, 1.

(5) Ibid. lib. VI libell. 3, 17 p. 657, 1.

(6) Cf. supra § 3 o. 6 not. 3

(7) *Der gute Gerhard. Eine Erzählung von Rupert.* PATROL. GR. XXXIV.

dolf von Ems herausgegeben von Moriz Haupt. Leipzig 1840.

(8) *Der gute Gerhard und die dankbaren Todten. Ein Beitrag zur deutschen Mythologie und Sagenkunde* von K. Simrock. Bonn bei Adolf Marcus 1856.

victum ministrarem. Sed quando miserae tempus pariendo advenit, diebus plurimis parere cruciata non potuit. Quae quid fecisset requisita respondit : Quia anachoretæ illi causam non habenti crimen imposui. Nam me iuvenis vicinus noster ille compressit. Quod cum ille, qui mihi ministrabat, audisset, gaudio repletus **139** advenit, infelicem illam puellam, priusquam fateretur, quod tibi calumniam frustra contexit, parere nullatenus potuisse vociferans, sed et omnes vicinos venire, et in te commissi veniam postulare. Quae ego cognoscens, ne me et ipsi homines molestant, festinus abscedens in hunc locum perveni, et haec est causa mei in istis locis adventus (1).» Idem traditur in VV. PP. libro quinto (2), et in Apophthegmatis a Cotelario editis (3), et utrobique locus, in quem Macarius fugit, Scete appellatur; ex quo Macarium Aegyptium fuisse eum apparet. Eum vero anno trigesimo aetatis suae in Scetim abiisse e Palladio constat (4). Ac sancti quidem non pauci de crimine scorti falso accusati esse dicuntur, quorum innocentia postea detecta est. E quorum numero fuerunt Marina, Eugenia, Apollinaris virgines, quae habitu virili adsumpto sancte vixerunt (5), et Eustathius lector Caesareae urbis in Palaestina sitae, cui idem plane, quod Macario, accidisse comperimus (6). Etiam hodie in Elephantine insula, stupro commisso, propinqui virginis lapsae et ipsam et eum, a quo corrupta est, occidere solent (7).

« Abbas Macarius dum diluculo palmarum folia portans ad cellam suam reverteretur, occurrit ei diabolus cum falce praeacuta, volensque eum percutere non valebat. Qui exclamans dixit : Magnam a te vim patior, o Macari, qui, cum te cupio nocere, non valeo, dum, quaecunque tu facis, ego magis ex opere facio. Tu ergo ieiunas interdum, ego nullo unquam cibo reficior. Tu saepe vigilas, me vero sopor nunquam **140** oppressit. Sed in una re me vincis, ipse profiteor. Cum ab eo rem

A ipsam beatus Macarius requisivisset : Humilitas tua, dixit, sola me vincit. Haec dicente inimico, et extendente beato Macario manus suas ad orationem, spiritus immundus inter auras evanuit (8). Eadem plane ad verbum leguntur in libro septimo (9); in libro autem quinto (10) et in Apophthegmatis a Cotelario editis (11) hoc quidem discrimine habentur, ut finis ille, orante Macario diabolus evanuisse, desideretur. Animadvertendum est, in Apophthegmatis rem bis inveniri; nam ibi postea iterum legis : « Alias iterum daemon adversus Macarium abbatem insurrexit cum gladiolo, eius pedem amputaturus. Quod cum propter humilitatem eius non potuisset, ei : Quaecunque habetis, inquit, habemus et nos; sola humilitate a nobis differtis et praevalentis (12). » Cum Apophthegmatis, ubi res s. v. *Macarius Aegyptius* occurrit, convenire videtur libri quinti scriptor, qui narrationi de Macario Aegyptio illam subiunxit :

« Quodam tempore abbas Macarius, dum ad montem Nitriae ascenderet, discipulo suo, ut parum praecederet, imperavit. Qui cum ante illum pergeret, obvium habuit quendam sacerdotem idolorum, cursu concito venientem, et lignum grande portantem. Cui exclamans ait : Quo curris, daemon? At ille iratus tantis eum plagis affecit, ut exanimem paene relinqueret; et relicto eo sacerdos iterum currebat. Progressusque parum obviavit beato Macario, qui ait ad eum : Salveris, laborator, salveris! At ille admiratus respondit : Quid in me boni conspexisti, ut me salutes? Cui senex ait : Quia vidi te laborantem, et curris ignoranter. Cui sacerdos dixit : Et ego salutatione tua compunctus magnum servum Dei te cognovi; nam alter **141** nescio quis miserabilis monachus occurrens mihi iniurias fecit, sed et ego plagas illi pro verbis imposui. Tunc apprehendens pedes beati Macarii clamabat dicens : Nisi me monachum feceris, non desistam. Pergentesque pariter venerunt ad locum, ubi

(1) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 99 p. 515, 2 sq.

(2) Ibid. lib. V libell. 15, 21 p. 623, 2 sq.

(3) Cotelar. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 524 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § I; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(4) Cf. supra § 12 p. 38.

(5) Vita S. Marinae VV. PP. Rosw. lib. I p. 393 sqq. Vita S. Eugeniae ibid. p. 340 sqq. De Apollinari virgine cf. infra Caput VII § 41.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 144 Opp. Meurs. l. I. p. 627. In codd. Vindobon. locus de Eustathio deest.

(7) Minutoli Reise zum Tempel des Jupiter Ammon p. 292.

(8) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 124 p. 518, 2.

(9) Ibid. lib. VII cap. 13, 6 p. 670, 2.

(10) Ibid. lib. V libell. 15, 26 p. 624, 1.

(11) Cotelar. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 534 s. v. *Macarius Aegyptius* § XI; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(12) Ibid. p. 545 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

cacsus frater iacebat. Quem utrique tollentes, A quoniam gradi non poterat, manibus in ecclesiam pertulerunt. Cum autem fratres vidissent sacerdotem illum beatum Macarium comitantem, stupefacti cum admiratione monachum illum perficiunt, et multi propter illum ex paganis facti sunt Christiani. Dicebat ergo abbas Macarius: Quia sermo superbus et malus etiam bonos viros convertit ad malum, sermo vero humilis et bonus etiam malos mutat in melius (1). » Eadem inter Apophthegmata apud Cotelierum leguntur, ubi ita incipiunt: « Narrarunt Macarium Aegyptium abbatem aliquando e Scete ascendisse in montem Nitriae..(2); » cetera vero accurate cum illis conveniunt.

« Abbas Macarius dum ambularet in deserto, caput cuiusdam hominis aridum invenit in terra. Quod postquam baculo suo convertit, vocem visum est emittere. Quod senex, quisnam esset, interrogat. At ille respondit: Ego quidem princeps eram sacerdotum idolorum, qui in hoc loco habitabant. Tu autem es abbas Macarius Spiritu divino repletus. Quacumque enim hora misertus eorum fueris, qui in poena sunt, et pro iis oraveris, consolationem aliquam sentiunt. Cui senex: Et quae est consolatio vestra vel poena? responde. At ille altius ingemiscens: Quantum, inquit, coelum C distat a terra, tantum ignis est altus, in quo medio sumus a pedibus usque ad caput undique perfusi, nec cuiquam licet faciem alterius intaeri, sed facies nostro dorso coniunctae sunt. Cum ergo oras pro nobis, ex parte videmus alterutrum, et hoc nobis pro consolatione constat. His auditis lacrimas fudit dicens: Vae diei illi, in quo homo mandata Dei transgressus est! 142 Et iterum ab eo, si esset altera poena maior, inquit. Cui ille respondit: Sunt nobis alii multo inferius. Cumque qui essent illi interrogaret, dixit: Nos quidem, qui Deum non cognovimus, misericordiam D

quantulamcunque patimur; illi vero, qui cognitum negaverunt, gravioribus et ineffabilibus poenis subtus nos cruciantur. Quibus auditis beatus Macarius capite altius terrae defosso discessit (3). » Idem in libro sexto (4) de abbate Macario maiori i. e. Aegyptio, atque in Apophthegmatis a Cotelierio editis (5) s. v. *Macarius Aegyptius* traditur. Nec non idem colloquium Ioannes Damascenus, falso ut videtur, in Historia Lausiaca legisse se tradidit (6), in qua hodie non amplius legitur. Atque insuper a Michaeli Glyca (7), in Menaeis Graecorum (8), a Nicephoro Blemida (9), et in Ioannis Hagiolitae encomio Macarii Aegyptii (10) memoratur. Theologorum scholasticorum ingenia ob difficultates, quae ei insunt, dogmaticas multum exercuit. Quas quidem S. Thomas, refutatis ceterorum scholasticorum loci explicationibus, optime expedire studuit (11). Sed rem fabulosam esse, quis non existimat? Origenistam forte composuisse eam suspicor, quia Origenistae de damnatorum statu post mortem male sentiebant. Ceterum in ms. Aquicinct. teste Rosweido historia legebatur ita verbis concepta, ut difficultates penitus cessarent (12).

143 « Quidam frater beatum Macarium postulabat, ut ei sermonem diceret, per quem posset salvari. Cui senex ait: Oportet fugere homines, et sedere in cella, et pro peccatis iugiter lamentari, et quod super omnes virtutes est, tam linguam coercere quam ventrem (13). » Eandem Macarii doctrinam in Apophthegmatis a Cotelierio editis bis invenis. Et semel quidem his verbis concipitur: « Esaias abbas, interrogans Macarium abbatem: Profer mihi, inquit, sententiam. Cui senex respondit: Homines fuge. Esaias abbas: Quid, inquit, est fugere homines? Respondit senex: Sedere in cella tua et deflere peccata tua (14). » Alter vero Apophthegmatum locus

(1) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 127 p. 518, 2.

(2) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 547 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXIX; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(3) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 172 p. 526, 1 sq.

(4) Ibid. lib. VI libell. 3, 16 p. 656, 2 sq.

(5) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 546 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXVIII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(6) Oratio de iis qui in fide dormierunt. Io. Damasc. Opp. T. I p. 585.

(7) Ep. 26. Cf. Fabricii Biblioth. Graec. s. v. *Palladius* ed. I. Vol. X p. 106.

(8) Synaxarium Graecorum 26 Ian.

(9) Diatriba, qualem esse deceat imperatorem Cf. Fabricii Biblioth. Graec. I. I.

(10) Consule Leonem Allatum de libris ecclesiasticis Graecorum diss. II ed Paris 1645 p. 117 — 123.

(11) In IV. Sent. Dist. XLV q. II art. II ad IV. Cf. VV. PP. Rosw. lib. VI not. 12 p. 622, 2.

(12) VV. PP. Rosw. lib. III not. 20 p. 535, 1.

(13) Ibid. lib. III cap. 189 p. 528, 1.

(14) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 540 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXVII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

in eo solo differt, quod pro Esaia abbate Aio abbas legitur (1). Aio autem abbas in Thebaide habitavit (2); Esaias abbas in quibus Aegypti regionibus vixerit, non invenio (3). Num compiler Apophthegmatum rem Macario Aegyptio iuste tribuerit, aliunde non liquet.

« Venerunt aliquando duo quidam iuvenes ad beatum Macarium, unus quidem ad plenum doctus, alter vero adhuc incipiens. Et provoluti pedibus eius postulabant, ut secum eos habitare permetteret. Quos cum vidisset quasi corpore deliciosos, existimavit eos erenum ferre non posse. Dixitque ad eos : Hic, fratres mei, non potestis manere. Et illi dixerunt : Si tecum non possumus habitare, pater, quid ergo faciemus? Quo ille audito coepit intra se ita reputare : Si illos hinc eiecero, scandalum patientur; nunc dicam illis : Venite, construite vobis cellulam, si potestis. Cumque illi locum sibi tantummodo demonstrari rogarent, duxit eos et ostendit 144 iis petram, qua incisa sibi habitaculum praepararent, et lignis allatis de palude contegerent. Arbitrabatur autem Macarius confestim illos pro iniuncto labore discedere. Illi vero interrogaverunt eum, dicentes : Quid operis exercere iubes nos, pater? Tunc ille sublatis foliis funiculum illis intexere ostendit, quem pro victu eos distrahere comonuit; et ita ab iis discessit. At illi cum summa patientia, quaecumque iis fuerant imperata, perfecerunt. Videns ergo eos senex in operibus bonis quotidie succrescere, et frequenter in ecclesiam cum silentio in orationibus persistere, desiderabat scire vera opera eorum. Septimana ergo integra ieiunavit, et rogavit Dominum, ut sibi opera eorum dignaretur ostendere. Et post haec profectus est ad eos, pulsavitque ostium speluncae eorum. Quo aperto et viso homine Dei adorerunt utrique in terra. Et postquam facta ex more oratione consederunt, ille maior innuit minori, et egressus est foras. Ipse autem sedebat torquens funiculum, nihil loquens omnino. Hora vero nona pulsavit ostium frater iunior, et ingressus est cum cibo, quo reficerentur. Eodem nutu iussus mensulam parvulam cum

tribus paximatiis (4) apposuit, tacensque stetit. Cumque comedissent, dixerunt ad beatum Macarium : Discedis, pater, an non? Et ille illic se quiescere velle respondit. Tunc illi mattulam in uno angulo ad opus ipsius collocarunt, ipsi vero in altero angulo quieverunt, quasi ad dormiendum se proiecissent. Iterum ergo Macarius rogavit Dominum, ut ei opera ipsorum declararet. Et ecce, velut dissipato tecto lux clara cellulam illam quasi media dies implevit, quam tamen illi non senserunt. Sed postquam arbitrati sunt senem dormire, surgentes in orationem sese dederunt, extendentes manus ad coelum. Quos quidem ille, quid facerent, intuebatur; illi autem illum videre non poterant. Intentius autem senex respiciens vidit tanquam muscas daemones venientes in illius minoris ore atque oculis residere volentes, sed angelus Domini rhomphaea ignea armatus 145 tamillum circumdabat et defendebat, quam daemones repellebat et eiiciebat; ad maiorem vero accedere nullo modo praevalabant. Prope vero iam luce proiecerunt se in eodem stratu suo. Tunc Macarius velut evigilans surrexit; similiter surrexerunt et ipsi quasi de longo somno excitati. Et accedens senior frater ad senem dixit : Vis, pater, vel duodecim psalmos canamus. Cumque psallerent, de ore iunioris fratris per singulos versus fax ignis egressa ascendebat ad coelum. Item et maior cum decantaret, quoties ad psallendum labia deducebat, velut funiculus ignis de ore eius similiter tendebatur ad coelum. Postquam vero expleverunt matutinos (5), egressus Macarius obsecrabat eos, ut pro se orare dignarentur; illi vero tacentes ad eius pedes sunt provoluti, seipsos orationibus illius commendantes. Et cognovit senex, quoniam maior quidem esset in timore Dei perfectus, minorem vero adhuc daemones impugnarent. Post paucos vero dies maior frater receptus est in pace; tertio die etiam minor est eum adsecutus (6). » Idem uberius ipse Macarius narrasse traditur in libro sexto (7) et in Apophthegmatis a Cotelerio prolatis (8); utrobique enim his incipit verbis : « Dicebat abbas Vin-

(1) Ibid. p. 549 § XLI.

(2) Ibid. p. 400 sq. s. v. Aio.

(3) De Esaia abbate cf. VV. PP. Rosw. lib. II cap. 40 p. 469, 2. Hist. Laus. ed Meurs. cap. 57 Opp. Meurs. l. I. p. 515. (Genuina esse, quae ibi leguntur, docent codd. Vindobon. quos p. 14 recensuimus.) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. l. p. 518. Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 445 s. v. Esaia.

(4) In graeco textu Cotelerii *τρεις παξιμάδας*.

(5) In graeco textu ap. Cotelierium *περι τῆς πρωτης*, circa matutinum tempus.

(6) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 195 p. 528, 2 sq.

(7) Ibid. lib. VI libell. 3, 2 p. 651, 2 sq.

(8) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 541 sqq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXIII; infra in harum Quaestionum appendice altera sub III.

demius [in Apophthegmatis Βιττιμως], quia A narravit abbas Macarius: Sedente me aliquando in Scithi [Apophthegmata: εΙς Σκητιν] descenderunt duo adolescentes peregrini . . . » et in narrationis demum fine haec adduntur: « Et cum aliqui patrum advenirent abbati Macario, ducebat eos in cellam ipsorum dicens: Venite videre martyrium horum minorum peregrinorum. » Macarium igitur Aegyptium intelligi sponte lucet.

« Cum quidam fratres, quemadmodum orarent, beatum Macarium requisivissent, respondit illis dicens: Non sunt necessaria 146 nobis superflua verba, sed extendere tantum manus ac dicere debemus: Deus, quomodo vis et sicut tibi placet, ita fiat. Si autem tentatio irruerit, aut impugatio, dicendum est: Deus, auxiliare nobis. Ipse enim scit, quae nobis expediant (1). » Eadem Macarii exhortatio in libro quinto (2) et in Apophthegmatis Cotelarii (3) legitur. Atque ex morfachis alii per multas quotidie orationes recitasse (4), alii eandem brevem semper repetiisse traduntur (5). Ceterum quam eximie de oratione Macarius Aegyptius senserit, ex eius homiliis clare patet.

« Abbas Macarius dum semel de Scithi portaret sportellas, quas texerat, grandem habens C viae laborem resedit et dixit: Deus, tu scis, quia amplius non valeo ambulare, et mox inventus est ad fluvium, unde adhuc multis aberat intervallis (6). » Idem in libro sexto verbis: « Dicebant de abbate Macario illo maiore . . . (7), » et in Apophthegmatis a Cotelario editis ita incipit: « Dicebant de abbate Macario Aegyptio . . . (8), » unde, uter Macariorum dicatur, perspicuum est. Fluvius, quem innuit, Nilus est; ad urbes enim in fluminis ripa sitas adventare solebant monachi, sportulas quas texerant, vendituri.

Et haec quidem insunt de Macariis VV. PP. libro Rosweidianae collectionis tertio. Quae maximam partem ad Macarium Aegyptium

A spectare invenimus, id quod et in ceteris VV. PP. eiusdem collectionis libris deprehendimus. Rosweidus 147 cum e genere dicendi et quibusdam praefationis verbis, quae cum libri secundi praefatione conveniunt, tum ex praefationum libri secundi et tertii affinitate cum prooemiis Historiae Lausiacaе, Rufinum libri tertii scriptorem (interpretem) esse coniecit. Quia enim libri tertii praefatio epistola Palladii ad Lausum Historiae Lausiacaе praemissa certo innititur, praefatio autem libri secundi, cuius interpres Rufinus, ad prooemium, quod in fronte Historiae Lausiacaе Meursianae et Rosweidianae editionis legitur, haud dubie alludit, eundem utriusque libri scriptorem (interpretem aut praefationum scriptorem) Rufinum esse, satis audacter quidem coniecit (9). Quanquam vel eo, quod Rufinus mortuus erat, antequam Historia Lausiaca prodiret (10), a tali errore revocari debebat. Etenim prooemium istud Meursianae et Rosweidianae editionis (11) Historiae Lausiacaе, quocum libri secundi praefatio sine dubio cohaeret, spurium est (12) et Historia Lausiaca vetustius, unde id in libro secundo ante Historiam Lausiacam scripto adhiberi facile explicabis (13). Libri vero tertii praefatio genuinis Historiae Lausiacaе innititur locis, quapropter eam post Rufini mortem conscriptam esse non minus perspicuum est. Id solum constat, libri tertii praefationem e libri secundi et Historiae Lausiacaе praefationibus compilatam, illumque igitur librum hisce duobus aetate posteriorem esse.

§ 33. Libro quinto VV. PP. collectionis Rosweidianae septendecim de Macariis historiae continentur. Quarum octo de Macario Aegyptio cum fratribus vinum bibente, sed postea pro quovis calice diem integrum aqua abstinente (14), de eiusdem Macarii dicto, in increpandis aliis ad iracundiam commotum se ipsum perdere (15), de eiusdem doctrina, nos acceptarum 148 ab hominibus iniuria-

(1) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 207 p. 531, 1.

(2) Ibid. lib. V libell. 12, 10 p. 614, 1.

(3) Cotelar. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 536 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XIX; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(4) Cf. supra § 25 p. 106. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 33 Opp. Meurs. l. I p. 444; cap. 39 p. 456; cap. 47 p. 481; cap. 53 p. 493; cap. 88 p. 553.

(5) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 9 p. 467, 1 Opp. Meurs. l. I. p. 644 sq., passim.

(6) Ibid. lib. III cap. 213 p. 532, 1.

(7) Ibid. lib. VI libell. 2, 6 p. 649, 2.

(8) Cotelar. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 535 s. v. *Macarius Aegyptius* § XIV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(9) VX. PP. Rosw. Proleg. V p. XXIX sq.

(10) Cf. supra § 6 p. 24.

(11) VV. PP. Rosw. lib. VIII p. 704 sq.

(12) Cf. supra § 5 p. 15 § 6 p. 28 sq.

(13) Cf. Ibid. p. 24. 28 sq.

(14) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 4, 26 p. 569 2 sq.

(15) Ibid. libell. 4, 28 p. 570, 1.

rum reminiscendo vim memoriae laedere, a malorum vero a daemonibus inflictorum recordatione non laedere (1), de modo orandi (2), de puella gravida a Macario Aegypto se corruptam esse mentiente (3), de diabolo humilitate a Macario Aegypto se vinci fatente (4), de fure, quem idem Macarius in cella sua deprehendit (5), de daemone denique, qui visitatis fratribus solum sibi Theoctistum fratrem in monasterio favere eidem Macario fassus sit (6), supra excussimus (7). Superest, ut ceteras novem ex ordine recenseamus.

« Dixit abbas Macarius abbati Zachariae : Dic mihi, quod est opus monachi? Dixit ei : Me interrogas, pater? Et dixit ei abbas Macarius : Certus sum de te, fili Zacharia; est enim, qui me pulsat, ut interrogem te. Dixit ei Zacharias : Quantum ad me, pater, hoc puto, quoniam, quicumque semetipsum necessitatibus subiecerit, atque coegerit, ipse est monachus (8). » Idem reperis in Apophthegmatis a Cotelero editis s. v. *Zacharias*, quem in Scete resedissee ibi edoceres; qua ex re Macarium Aegyptium nostro loco intelligi haud iniuste colliges. Zachariae autem responsio in graeco textu fere haec est : « Quantum ego quidem existimo, pater, qui se ipsum cogit ad omnia, is est monachus (9). »

« Interrogaverunt quidam patrum abbatem Macarium Aegyptium dicentes : Quomodo corpus tuum, et quando manducas, et quando ieiunas, siccum est? Et dixit iis senex : Sicut lignum in manu hominis, cum quo frutices in igne versantur atque reversantur, semper ab igne consumitur, ita, si homo mundaverit mentem suam in timore Dei, ipse timor Dei etiam ossa eius 149 consumit (10). » Idem Macarii Aegyptii dictum in Apophthegmatis saepe laudatis legitur (11). Nec non simili cor-

poris ariditate Macarius Alexandrinus fuit, cui ne pili quidem menti enati erant ob nimios exercitationis labores obque nimiam cutis ariditatem (12).

« Miserunt aliquando senes de monte Nitriae ad abbatem Macarium in Scithi, rogantes, ut veniret ad eos, alioquin sciret, omnem multitudinem, si ipse ad eos non veniret, ad ipsum esse venturam, quoniam desiderabant videre eum, antequam migraret ad Dominum. Qui cum venisset in montem, congregata est omnis multitudo fratrum ad eum. Rogabant autem eum senes, ut faceret verbum ad fratres. Ille autem lacrimans ait : Ploremus, fratres, et producant oculi nostri lacrimas, antequam eamus hinc, ubi lacrimae nostrae corpora comburant. Et fleverunt omnes et ceciderunt proni in faciem dicentes : Pater, ora pro nobis (13). » Idem exstat in Apophthegmatis a Cotelero editis (14). Verba autem senis nonaginta fere annos nati et ultimum Nitriam visitantis animos fratrum ad lacrimas commovisse, quis non facile credet? Indidem, quanti eum fecerint fratres, elucet.

« Abbas Macarius maior in Scithi dicebat fratribus post missas ecclesiae : Fugite, fratres. Et dicit ei unus fratrum : Pater, ubi habemus fugere amplius a solitudine ista? Et ponebat digitum suum in ore suo dicens : Istud est, quod fugiendum dico; et sic intrabat in cellam suam et claudens ostium sedebat solus (15). » Idem habes in Apophthegmatis a Cotelero editis (16), hoc uno discrimine, quod pro « post missas ecclesiae » in graeco 150 « postquam dimisit ecclesiam » legitur. Taciturnitas autem praecipuis monachorum Aegypti virtutibus adnumeranda est (17).

« Abbas Theodorus, cognomento de Pherme, habebat tres codices bonos. Et cum venisset

(1) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 10, 34 p. 599, 2.

(2) Ibid. libell. 12, 10 p. 614, 1.

(3) Ibid. libell. 15, 25 p. 623, 2 sq.

(4) Ibid. libell. 15, 26 p. 624, 1.

(5) Ibid. libell. 16, 6 p. 631, 1.

(6) Ibid. libell. 18, 9 p. 637, 1 sq.

(7) Cf. § 32 p. 132 § 17 p. 65 § 29 p. 119 § 52 p. 145. 138 sq. 139 sq. 135 sq. 133 sq.

(8) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 1, 6 p. 562, 1.

(9) Cotel. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 445 s. v. *Zacharias* § 1; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub IV.

(10) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 3, 8 p. 565, 2 sq.

(11) Cotel. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 534 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XII; infra in harum Quac-

stionum Appendice altera sub III.

(12) Cf. supra § 49 p. 75. 79.

(13) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 3, 9 p. 566, 1.

(14) Cotel. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 545 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXIV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(15) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 4, 27 p. 570, 1.

(16) Cotel. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 536 s. v. *Macarius Aegyptius* § XVI; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(17) Agatho abbas, ut taciturnitatis virtutem nanciscatur, tres annos lapidem in ore gestasse fertur. VV. PP. Rosw. lib. V libell. 3, 7 p. 568, 1. Taciturnitatis exempla laudantur in *Indice rerum in Vitis Patrum* apud Rosweidum.

ad abbatem Macarium, dixit ei : Habeo tres A ipsa plecta per fenestram descendebat in spelunca. Et egrediens mane sanctus Antonius vidit collectionem plectarum abbatis Macarii, et admiratus est, et osculatus manus eius dicebat : Multa virtus de istis egreditur (6). » Eadem in Apophthegmatis a Cotelerio editis traduntur (7). Macarium vero Aegyptium cum S. Antonio († XVI. Cal. Febr. 356) (8) congressum esse, hic iterum comperimus (9). Quam quidem historiam cum iis, quae supra de Macario Pispir coenobii abbate relata sunt (10), confundendam non esse facile perspicias.

« Descendit aliquando ipse Macarius de Scithi ad locum qui dicitur Terenuthin, et intravit dormire in monumento, ubi erant antiquitus sepulta corpora paganorum. Et traxit unum corpus sub caput suum tanquam plumatum de scirpo. 151 Daemones autem, videntes fiduciam eius, invisibiles sunt, et volentes terrere eum, vocabant quasi quandam mulierem dicentes : Nonna illa, veni nobiscum ad balneum. Et alter daemon desub ipso tanquam ex mortuis illis respondit dicens : Peregrinum quendam habeo super me, non possum venire. Senex autem non expavit, sed confidens tunde-
 bat corpus illud, dicens : Surge, vade, si potes. Quod cum audiissent daemones, clamaverunt voce magna dicentes : Vicisti nos. Et fugerunt confusi (11). » Eadem res in Apophthegmatis saepe laudatis habetur (12). Terenuthin vero ubi situm fuerit, invenire non potui.

« Narravit abbas Petrus, qui fuit discipulus abbatis Lot, dicens : Eram aliquando in cella abbatis Agathonis, et venit frater quidam ad eum, dicens : Volo habitare cum fratribus, sed dic mihi, quomodo habitem cum iis. Dicit ei senex : Sicut in prima die, quando ingrederis ad eos, ita custodi peregrinationem tuam omnibus diebus vitae tuae, nec assumes fidu-

(1) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 6, 6 p. 582 sq.

(2) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 451 s. v. *Theodorus Phermensis* § I; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub IV.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 24 Opp. Meurs. l. I. p. 417; cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem breviter delineatam*, infra huic nostrae editioni Historiae Lausiaca praepositam.

(4) Coteler. l. I. p. 457. 458 s. v. *Theodorus Phermensis* § XXV. XXVI. XXVII.

(5) Cf. Rosweidi *Indicem rerum* in VV. Rosw. s. v. *Paupertas*.

(6) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 7, 9 p. 585, f.

(7) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 550 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § IV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(8) Cf. Tillemont *Mémoires* T. VII P. I p. 228.

(9) Cf. Apophthegm. Coteler. l. I. p. 539 sq. § XXVI; infra § 38.

(10) Cf. supra § 24 p. 105 sq.

(11) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 7, 10 p. 585, 2.

(12) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 555 s. v. *Macarius Aegyptius* § XIII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

ciam. Dicit ei abbas Macarius : Quid enim facit fiducia? Dicit ei senex : Sic est sicut aestus grandis; qui quando exarserit, omnes fugiunt a facie ejus, quia aestus etiam arborum fructus corrumpit. Dixit abbas Macarius : Sic mala fiducia est? Respondit abbas Agathon : Non est peior altera passio quam fiducia; genitrix est enim omnium passionum. Convenit ergo operatio monacho non sumere fiduciam, vel si solus sit in cella (1). » Hoc Agathonis responsum fratri datum etiam in libro tertio (2) et in libro septimo (3) legis; sed Macarii verba in solis Apophthegmatis a Cotelerio editis adduntur (4). Quae an sint Aegyptii Macarii verba, non satis perspicuum est. Etenim Agathon abbas **152** in Scete non videtur vixisse (5); Petrus autem abbas in Cellulis habitabat (6), et Lot magistrum eius in parva palude Arsenoitis regionis degisse credideris (7).

« Abbas Macarius volens consolari fratres dicebat : Venit huc aliquando cum matre sua puer, qui a daemonio vexabatur, et dicebat matri suae : Surge, eamus hinc. Illa autem dicebat : Non possum pedibus ambulare. Et dicebat ei filius suus : Ego te porto. Et admiratus sum astutiam daemonum, quomodo eos inde fugare volebat (8). » Idem in Apophthegmatis a Cotelerio editis habetur (9). Utri autem Macariorum res tribuenda sit, historia, quae sequitur, indicat.

« Dicebat iterum de desolatione Scithi ad fratres : Quando videritis cellam aedificatam iuxta paludem, scitote, quia prope est desolatio Scithi; quando autem arbores videritis, iam ante ianuam est; quando autem vide-

ritis pueros, tollite melotes vestras, et disceditis (10). » Eandem Macarii Aegyptii prophetiam in Apophthegmatis a Cotelerio editis deprehendis (11). Quaeenam Scetis devastatio inuatur, num sub Lucio Arianorum episcopo Alexandriae Macario superstita facta (12), an illa barbarorum, qui Moysen abbatem cum sociis trucidarunt (13), an tertia quaedam nobis incognita, discerni vix poterit. Tillemontius invasiohem barbarorum istorum, quos e crudelissima Mazicum gente fuisse nescio quibus de rationibus existimat, **153** praedici autumavit (14). Ea autem, quae S. Augustinus de Aegypti monasteriis devastatis tradidit (15), huc non spectare videntur.

Quando liber quintus compositus sit, non satis constat. Laudatur autem a Photio (16), et Pelagium libri interpretem saeculo sexto vixisse, non temere coniecerunt (17). Sed ad librum sextum transimus.

§. 34. Libro sexto undecim insunt historiae de Macariis, quarum septem de Macario Aegyptio postquam fatigatus oravit, elevato et trans flumen demisso (18), de duobus adolescentibus peregrinis eundem Macarium adeuntibus et tanta virtute excellentibus (19), de Macariorum cum duobus tribunis congressu adiecta illa descriptione Scetis (20), de cranio Macario Aegyptio poenas infernorum enarrante (21), de revelatione eidem Macario facta, ipsum virtutem duarum mulierum nondum attigisse (22), de eiusdem Macarii verbo quod dixit Evagrio : Umbra contentus esto (23), de eiusdem affirmatione, se viginti annis aqua, pane et somno satietatem

(1) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 10, 8 p. 596, 2.

(2) Ibid. lib. III cap. 198 p. 529, 2.

(3) Ibid. lib. VII cap. 42, 1 p. 683, 1.

(4) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 372 sq. s. v. *Agathon* § I; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub IV.

(5) Congressu in Scete habito Agathon abbas venit fratribusque non recte sancitum esse dixit; ex quo eum in Scete non habitasse recte colliges. Cf. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 377 s. v. *Agathon* § XIV.

(6) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 646 s. v. *Petrus Pionita* § I.

(7) Ibid. p. 521 s. v. *Lot abbas* § I.

(8) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 18, 10 p. 638, 1.

(9) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 531 s. v. *Macarius Aegyptius* § VI; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(10) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 18, 11 p. 638, 1.

(11) Coteler. Eccl. Graec. Mon. I. I. p. 531 s. v.

Macarius Aegyptius § V; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(12) Cf. supra § 6 p. 16 sqq. §. 27 p. 113 et infra Cap. VIII § 42.

(13) De hac caede cf. VV. PP. Rosw. lib. V libell. 18, 13. 14. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 553 s. v. *Mose abbas* §. X.

(14) Tillemont Mémoires T. VIII P. III p. 992, cf. T. X ed. Paris. p. 75. 728. De Mazicum gente cf. Pallad. Hist. Laus. cap. 8. Cassian. Coll. II, 6.

(15) Ep. 111 (alias 122), S. August. Opp. ed. Migne T. II p. 422.

(16) Bibl. cod. CXCVIII.

(17) VV. PP. Rosw. Proleg. XV p. XLII.

(18) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 2, 6 p. 649, 2.

(19) Ibid. libell. 3, 2 p. 651, 2.

(20) Ibid. libell. 3, 15 p. 656, 2.

(21) Ibid. libell. 3, 16 p. 656, 2 sq.

(22) Ibid. libell. 3, 17 p. 657, 1.

(23) Ibid. libell. 4, 17 p. 659, 2.

usque usum non esse (1), iam recensui-
mus (2). Ceterae quatuor hae sunt :

« Habebat quidam filium paralyticum in Aegypto, et adduxit eum ad cellam beati Macarii, et relicto eo ad ostium flente recessit longe. Respiciens ergo senex vidit puerum plorantem, et dixit ei : Quis te adduxit huc? Qui dixit : Pater meus proiecit me hic et abiit. Et dicit ei senex : Surge **154** et apprehende eum. Qui statim sanus factus est, et surgens apprehendit patrem suum, et sic abierunt in domum suam (3). » Idem in libro tertio Besarioni abbati in Scete habitanti (4), in Apopthegmatis vero a Cotelerio editis Macario Aegypto tribuitur (5). De puella similiter a parentibus ad ianuam Macarii Aegyptii proiecta et a sancto sanata supra audivimus (6).

« Dicebat abbas Sisois : Quando eram in Seithi cum abbate Macario, ascendimus metere cum eo, septem nomina. Et ecce una vidua colligebat spicas de post nos, et non cessabat plorans. Vocavit ergo senex dominum agri illius et dixit ei : Quid est aniculae huic, quod semper plorat? Qui dixit ei : Quia vir eius habuit depositum cuiusdam, et mortuus est non loquens, et non dixit, ubi posuit illud, et vult dominus depositi accipere eam et filios eius in servitute. Et ait senex : Dic illi, ut veniat ad nos, ubi requiescimus in caumate. Et cum venisset, dicit ei senex : Ut quid semper ploras? Quae ait : Vir meus defunctus est, accipiens commendatum alicuius, et non dixit moriens, ubi posuit illud. Et dixit ei senex : Veni, et ostende nobis sepulchrum viri tui. Et assumptis secum fratribus abiit cum ea. Et cum venissent ad locum, ubi positus erat, dixit ad illam senex : Recede hinc in domum tuam. Et orantibus illis vocavit se-

nex illum, qui mortuus fuerat, dicens illi : Ubi (7) posuisti alienum depositum? Qui respondens dixit ei : In domo mea absconditum est sub pede lectuli. Et ait illi senex : Dormi iterum usque in diem resurrectionis. Videntes autem fratres ceciderunt ad pedes eius; quibus dixit senex : Non propter me factum est hoc; nihil enim sum; sed propter illam viduam et orphanos ipsius fecit Deus hanc rem. Hoc enim est magnum, quia sine peccato vult Deus esse animam, et si quid petierit, accipit. Veniens autem nuntiavit viduae illi, ubi erat illud commendatum. At illa sumens **155** illud reddidit domino suo et liberavit filios suos. Et qui audierunt hoc, glorificaverunt Deum (8). » Idem in Apopthegmatis a Cotelerio editis habetur (9). Rosweidus illud « septem nomina » quid sibi velit, non intelligere se fatetur (10). Sed e graeco id facile explicatur, ubi legis « ἐπὶ τὰ ὀνόματα » i. e. septem homines. Etenim vox ὀνόματα pro ἄνθρωποι saepe reperitur (11), unde cod. ms. Bodecensis Bollando teste recte protulit « septem fratres (12). » Noli autem mirari, quod Macarius Aegyptius abbas exiisse legitur ad metendum. Mos enim non solum fratrum Serapionis presbyteri, qui decem fere millia monachorum in regione Arsenoite regebat, sed omnium paene Aegypti monachorum fuit, ut messis tempore ad metendum se conducerent, mercedisque, quum octogenos modios frumenti plus minus singuli accepissent, partem iis, quos noverant, pauperibus offerrent, nec non Alexandriam usque naves frumento, quod egentibus distribueretur, onustas dirigerent (13). Pariter vero Spiridioni, Cypri episcopo, filia defuncta, ubi depositum posuerit, e sepulchro respondisse traditur (14).

(1) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 4, 218 p. 659 sq.

(2) Cf. supra § 32 p. 146; 143 sqq.; § 24 p. 105 sq.; § 28 p. 148; § 32 p. 141 sq.; 136 sq.; § 29 p. 119; 120.

(3) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 2, 7 p. 649, 2.

(4) Ibid. lib. III cap. 122 p. 518, l.

(5) Cotel. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 535 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(6) Cf. supra § 17 p. 60.

(7) Sic male, pro *dicens* : *Ille, ubi*; graece λέγων ὁ δεῖρα. Cf. Cotel. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 815.

(8) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 2, 8 p. 649, 2 sq.

(9) Cotel. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 532 s. v. *Macarius Aegyptius* § VII; infra in harum Quae-

stionum Appendice altera sub III.

(10) VV. PP. Rosw. lib. VI not. 6 p. 662, 1.

(11) Exempla congegit Cotel. l. I. p. 814 in nota ad nostram historiam (p. 532, A).

(12) AA. SS. Boll. Jan. T. I p. 1009, 1 not. b.

(13) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 48 p. 476, 1. Cf. lib. V libell. 17, 20 p. 654, 2. In Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 77 Opp. Meurs. l. I. p. 537 duodecim artabas i. e. circa quadraginta modios unusquisque accepisse fertur. Ista igitur differentia quomodo explicanda sit, nescio. Caput vero illud editionis Meursianae, quum in codd. Vindobon. desideretur, spurium esse verisimile est.

(14) Rufin. Hist. Eccl. lib. I cap. 5, ed. Basil. l. p. 218, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 222. Migne Patrol. T. XXI p. 471.

« Venit aliquando abbas Macarius ille Aegyptius de Scithi in montem Nitriae in die oblationis ad monasterium abbatis Pambo, et dixerunt ei seniores loci illius : Dic fratribus verbum aedificationis, pater. Qui dixit iis : Ego nondum factus sum monachus, sed vidi monachos. Et dixit : Sedente enim **156** me aliquando in cella in Scithi, perurgebant me cogitationes meae dicentes : Surgens vade usque in desertum, et considera, quod illic vides. Et permansit reluctando huiusmodi animus meus per quinque annos dicens : Ne forte a daemonibus sit haec suggestio. Cum ergo perseverasset cogitatio ista in me, abii in eremo, et reperi ibidem stagnum aquarum, et insulam in medio eius. Veniebant quoque diversa animalia eremi, et bibebant ex eo. Inter quae vidi duos homines nudos, et contremuit corpus meum; putabam enim, quia spiritus sunt. Cumque vidissent illi me, trepidantem, locuti sunt ad me dicentes : Noli timere; et nos enim homines sumus. Dixi itaque illis : Unde estis, et quomodo in hanc eremum venistis? Qui dixerunt : De coenobio fuimus, et factus est nobis consensus, et egressi sumus huc, ecce quadraginta anni sunt. Erat autem unus ex ipsis Aegyptius, alius vero Libycus. Interrogaverunt autem me et ipsi dicentes : Quomodo est mundus, et si ascendit aqua secundum tempus suum, si etiam habet mundus abundantiam suam? Respondi iis : Etiam. Quos et ego interrogavi : Quomodo possum fieri monachus? Dicunt mihi : Nisi quis renuntiaverit omnibus, quae in mundo sunt, non potest fieri monachus. Quibus dixi : Ego infirmus sum et non possum sicut vos. Responderunt mihi : Si non potes sicut nos, sede in cella tua et plange peccata tua. Interrogavi ergo eos dicens : In hieme non sentitis frigus aut in aestate non incenditur corpus vestrum in caumate? At illi dixerunt : Deus fecit nobis hanc dispensationem, ut neque in hieme frigus neque aestate ardorem sentiamus. Ideoque dixi vobis, quia ego nondum factus sum

A monachus. Ignoscite mihi fratres (1). Idem in Apophthegmatis Cotelerii reperis (2). Pambo abbatem cum monachis suis in monte Nitriae habitasse, testis est Palladius (3). Duo illi monachi fuerunt e genere anachoretarum, quorum vitam supra descripsimus (4). **157** Monachorum autem esse, sedere in cella et deflere peccata sua, ipsum docuisse Macarium cognovimus (5).

« Venit quidam adolescens ad abbatem Macarium, ut sanaretur a daemonio. Et dum esset foris stans, ecce advenit quidam frater de alio monasterio et concubuit in peccatum cum adolescente illo. Egressus autem senex cernit fratrem illum peccantem cum parvulo illo, et non eum increpavit dicens : Si Deus, qui plasmavit eos, videns patientiam in illis habuit, qui, si vellet, incenderet eos, ego quis sum, qui arguam eos (6)? » Huius facinoris ceteri fontes memoriam non faciunt.

Libri sexti interpres latinus est Ioannes subdiaconus, quem Pelagii, interpretis libri quinti, aequalem fuisse existimant (7). Sexti quoque libri textum graecum Photius laudat (8).

§. 35. Libro septimo sex de Macariis continentur historiae, e quibus tamen novi parum discimus, quum una sola excepta omnes iam recensuerimus. Narratur enim de diabolo fratres invisente atque Macario Aegypto se solum « Theopistum » amicum habere profitente (9), de fure, quem idem Macarius in cella apprehendit (10), de diabolo sola illius humilitate se vinci fatente (11), de Cronio, qui in Pispir coenobio Macarium Antonii ministrum convenit (12), de Macarii Aegyptii expositione, cur recordatione malorum a diabolo inflictorum memoriae non noceamus (13). Superest igitur sola haec historia :

« Beatus Macarius dixit : In veritate si facta est monacho **158** despectio quasi laus, paupertas sicut divitiae, inopia sicut epulae, nunquam moritur. Impossibile est, bene credentem et pie colentem Deum cadere in passio-

(1) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 3, 4 p. 653, 1.

(2) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 526 s. v. *Macarius Aegyptius* § II; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 12 Opp. Meurs. l. 1. p. 373, 1 sqq.

(4) Cf. supra § 3 p. 4 sq.

(5) Supra § 32 p. 143.

(6) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 4, 34 p. 661, 1. sq.

(7) Ibid. Proleg. XIV p. XLII.

(8) Bibl. cod. CXCVIII.

(9) VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 1, 8 p. 665, 2.

(10) Ibid. lib. VII cap. 3, 1 p. 666, 2.

(11) Ibid. lib. VII cap. 15, 6 p. 670, 2.

(12) Ibid. lib. VII cap. 19, 3 p. 673, 2.

(13) Ibid. lib. VII cap. 37, 4 p. 681, 2. Recensuimus quinque illas historias supra § 32 p. 133 § 33 p. 148; § 32 p. 133 sq. § 33 p. 148; § 32 p. 139 sq. § 33 p. 148; § 23 p. 106 sq. § 29 p. 119 § 33 p. 148.

nam immundam et in errorem daëmonum (1). Idem in sententiis patrum Aegyptiorum a Rosweido (2) et in Apophthegmatis a Cotelerio (3) editis occurrit.

Quae deinde in libro septimo de Macario camelario, qui nitrum furatus sit, traduntur (4), ad neutrum ex nostris, sed ad Macarium iuniorem, qui ad annum usque aetatis duodevigesimum pecora paverat, videntur spectare (5). Latinus autem interpres libri septimi est Paschasius diaconus, quem etiam saeculo sexto vixisse hatid temere credunt (6).

§ 36. Ex Rosweidiana collectione solus sententiarum Aegyptiorum patrum liber examinandus restat. Ubi de Macariis quatuor tantum locis traditur, quorum tres sententiam Aegyptii, cur recordatione malorum a daemone inflictorum memoriae vim non laedamus (7), ejusdem doctrinam, iracundum sibi ipsum nocere (8), illudque, quod modo audivimus, dictum de monacho perfecto (9) perhibent (10). Quartus vero hic est :

« Dicebant pro abbate Macario maiore, qua sicut Deus protegit totum mundum et portat peccata hominum, ita et ille quasi quidam Deus terrenus fuit in fratribus, operiens delicta illorum, et ea, quae videbat vel audiebat, quasi non videns et non audiens (11). » Quod narratur etiam in Apophthegmatis 159 a Cotelerio editis (12), et cum ceteris, quae de Macario Aegyptio legimus, bene convenit.

Sed nunc Apophthegmata a Possino et a Cotelerio edita inspiciamus.

CAPUT VII.

APOPTHHEGMATA A POSSINO ET A COTELERIO EDITA, INEDITA CODICUM VINDOBONENSIVM APPENDIX COTELERII APOPTHHEGMATVM, VITAE SANCTORVM DE SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

§ 37. De Apophthegmatis Macarii, quae e codice collegii S. I. Romani Possinus primus

A edidit (13), brevissime loqui sufficet. Cum enim didacticae plane indolis sint, et a Pritio (14), nec non in Gallandii Bibliotheca PP (15). denuo excusa facile evolvantur, ea integra adscribere nolimus. Leguntur vero in iis effata Macarii « magni, » i. e. Aegyptii de perfectione monachi, de eius consolatione, de conversatione cum senibus, de patientia, de amore vero, de vi orationis et patientiae, de taciturnitate, de sanctitate sine doctrina et doctrina sine sanctitate, de non appetenda praefectura monachorum, de oratione. Atque eadem in iis, quae in hominibus Macarii Aegyptii, deprehenditur indoles. Sed quoniam opuscula, quae sub Macarii Aegyptii nomine Possinus ex eodem codice Romano protulit (16), codice, quem ipse Vindobonae adii (17), teste 160 a Simeone Logotheta (e scriptis Macarii Aegyptii) compilata sunt, Apophthegmata illa simili modo conflata esse non temere suspicor. Atque haec Apophthegmata cum versione a nobis castigata infra in harum Quaestionum Appendice altera sub II typis repetivimus.

§ 38. In Apophthegmatis a Cotelerio editis de Macario Aegyptio XLI capitibus narratur, quae tamen solis decem historiis exceptis omnia iam excussimus. Neque ea apud Palladium, in libro secundo, apud Cassianum, S. Hieronymum, Evagrium, sed in sola antiqua Historiae Lausiaca versione et in VV. PP. libris deprehendimus. Unde compilatorem in opere suo congerendo non operibus scriptorum, sed secundariis tantum fontibus, VV. PP. nimirum libris, innisum esse certo elucet. Sed haec sunt decem illae historiae :

« Petrus abbas narravit, beatum Macarium, quum aliquando anachoretam quendam invenisset aegrotantem, sciscitatum esse ex eo, quidnam cibi sumere vellet. Qui postquam pastillum petiit, virum fortem, quum nihil in

§ 35.

(11) VV. PP. Rosw. 107 p. 1006, 1 sq.

(12) Coteler. l. l. p. 541 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(13) Cf. supra p. 57 not. 1.

(14) Cf. supra l. l.

(15) Galland. Bibl. PP. T. VII p. 222 sq.

(16) Libro a nobis supra p. 37 n. 1 laudato. Eadem opuscula recusa sunt hoc indice : *S. Patris Macarii Aegyptii opuscula*, etc. ed. Pritius Lips. 1699 et in Galland. Bibl. PP. T. VII p. 161 sqq.

(17) Est cod. Bibl. Caes. Vindob. ms. theol. graec. No. 104, olim 240, ubi fol. 53, 2 sqq. opu-

(1) VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 38, 2 p. 682, 1.

(2) Ibid. Aegypt. patrum sententiae 23 p. 1003, 1.

(3) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 537 s. v. *Macarius Aegyptius* § XX : infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(4) VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 12, 2 p. 669, 2.

(5) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 18 Opp. Meurs. l. l. p. 385. Cf. supra p. 105.

(6) VV. PP. Rosw. Proleg. XIII p. XLIII.

(7) VV. PP. Rosw. 15 p. 1003, 1.

(8) Ibid. 16 p. 1003, 1.

(9) Ibid. 23 p. 1003, 2.

(10) Recensuimus eos supra § 29 p. 119 § 33 p. 147 sq. § 35 p. 157 ; § 17 p. 65 § 52 p. 132 § 33 p. 147

cella esset, proficisci Alexandriam non piguit, ut aegro afferret; neque mira res manifesta cuiquam facta est (1). » De Petro abbate in Cellulis, Lot abbatis discipulo, supra disputavimus (2).

« Iterum memoravit: Macario abbati prae ounctis fratribus in simplicitate conversanti quidam: Cur, inquit, talem te praebes? Ille respondit: Duodecim annis servivi Domino meo, ut mihi hanc largiretur gratiam, et vos omnes mihi consilium datis, ut deponam oam (3)? » Haec sane cum iis, quae de Macario Aegypto hucusque comperimus, optime conveniunt.

« Proditum est, duos fratres in Scete deliquisse. Quos quum Macarius πολιτικός abbas segregasset, nonnulli Macarium magnum Aegyptium abbatem adeuntes hoc nuntiarunt. Is: Non, inquit, fratres sunt segregati, sed Macarius; nam diligebat eum. Macarius autem abbas, a sene se segregatum esse audiens, fugit ad paludem; atque ille reperit eum a 161 culicibus perforatum. Cui: Tu, inquit, segregasti fratres, iique, ecce, secedere poterant in vicum. Ego vero te segregavi, tuque velut pulchra virgo in interius cubiculum huc fugisti. At ego vocatis fratribus didici, nihil horum factum esse. Prospice igitur et tu, frater, ne a daemonibus illusus fueris; nam nihil vidisti; sed poenitentiam age pro delicto tuo. Ille respondit: Si vis, da mihi poenitentiam. Videns igitur senex humilitatem eius: Vade, inquit, ieiuna tribus hebdomadis, semel singulis hebdomadis comedens. Haec enim erat exercitatio eius perpetua, per hebdomadas ieiunare (4). » Macarium πολιτικόν Alexandrinum esse supra ostendimus (5). Eum vero iterum aliam ob causam in palude Scetis sedisse scimus (6).

« Proficiscens aliquando Macarius abbas cum fratribus per Aegyptum puerum audit

A dam diligit me, et odi eum; pauper vero odit me, et diligo eum. Quo audito sermone Macarius abbas admiratus est. Tum fratres: Quid, inquit, hoc verbi est, pater, quod admireris? Senex respondit: Revera Dominus noster dives est, et diligit nos, ipsi autem nolumus ei obtemperare; inimicus contra noster diabolus pauper est, oditque nos, et nos diligimus impuritatem eius (7). » Dignè sane haec explicatio, quae ad posteros transferatur.

« Rogans Poemen abbas eundem multis cum lacrimis: Dic mihi, inquit, quomodo salver. Cui senex respondit: Quam quaeris rem, iam B recessit a monachis (8). » Poemen et Ioseph abbates Rufinus in Pispir vidisse se tradit (9): sed Poemen abbas etiam in Scete vixit (10).

« Macarius abbas aliquando adiit Antonium abbatem. Quocum collocutus, cum in Scetim reverteretur, fratribus obviam 162 venientibus inter sermocinandum: Antonio, inquit, abbati dixi, nos non habere in loco nostro oblationem. Sed Patres aliis de rebus disserere coeperunt, nec quaesierunt amplius discere responsum senis, neque ipse prolocutus est. Hoc igitur quidam ex patribus dixit: Si viderint patres, e fratrum memoria excidere, ut de C re iis utili interrogent, adigunt se ipsos, ut principium sermonis proferant; quodsi vero a fratribus non adigantur, sermonem non persequuntur, ut ne deprehendantur locuti non interrogati, videaturque loquela otiosa esse (11). » Macarium Aegyptium ad S. Antonium profectum esse iam supra comperimus (12); unde haud inepte discipulus S. Antonii sensu latiore a Rufino appellari nobis visus est (13).

« Paphnutius abbas, Macarii abbatis discipulus, hoc retulit: Rogavi, inquit, patrem meum, ut mihi diceret verbum. Is autem: D Neminem, inquit, laeseris, nec quemquam condemnaveris. Haec observa et salvabe-

scula legis sic inscripta: *Κεφάλαια τοῦ ἁγίου Μακαρίου μεταφρασθέντα παρὰ Σιμέων τοῦ λογοθέτου ρπ*. Opuscula vero maximam partem compilata esse iam levi eorum cum homiliis comparatione intelligitur.

(1) Coteler. Mon. Eccl. Graec. T. I p. 533 s. v. *Macarius Aegyptius* § VIII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(2) § 33 p. 152.

(3) Coteler. l. l. p. 533 § IX; infra in Append. I.

(4) Ibid. p. 537 § XXI; infra in Append. I.

(5) Cf. §§. 24, 25 p. 104, 106.

(6) Cf. supra p. 67, 89.

(7) Coteler. l. l. p. 539 § XXIV, infra in Append. I.

(8) Ibid. p. 539 § XXV, infra in Append. I.

(9) Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 8, ed. Basil. I. p. 246, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 278 sq., Migne p. 517. Cf. infra § 42 p. 176.

(10) Coteler. l. l. p. 587. 655 s. v. *Poemen* § IV. § CLXXX.

(11) Coteler. l. l. p. 539 sq. § XXVI, infra in Append. I.

(12) § 33 p. 150.

(13) Supra § 26 p. 112.

ns (1). » Paphnutius, quanquam Palladio A quidem teste Macarii Alexandrini discipulus (2), etiam in Scete degisse legitur (3); primum tamen in solitudine Thebaidis eum habitasse verisimile est (4).

« Macarius abbas dixit : Noli dormire in cella fratris, quem m̄la fama petiit (5). »

« Ad Macarium abbatem in Scete quondam accesserunt fratres, nec quidquam invenerunt in cella eius nisi aquam putridam. Itaque ei : Abba, inquit, ascende in pagum, et reficiemus te. Quibus senex respondit : Nostis, fratres, pistrinum illius hominis in pago? Dicunt : Etiam. Deinde senex : Ego quoque novi. Nostis et praedium illius hominis, **163** ubi fluvijs salit? Aiunt : Novimus. Senex : Et ego, inquit, novi. Quando igitur placet, vobis mihi opus non est, sed ipse mihi adporto (6). » Haec exercitationis virtus cum ceteris, quae de Macario Aegypto percepimus, optime consentit.

« Paphnutius abbas, Macarii abbatis discipulus, retulit, senem dixisse : Quando puer eram, buculas cum alijs pueris pascebam, qui perrexerunt furatum ficus. Dumque currunt, una ex iis cecidit, quam tollens comedi. Quoties igitur rei eius memoria redit, plorans sedeo (7). » De Paphnutio Macarii abbatis discipulo monuimus (8).

Haec quidem de Macario Aegypto insunt Apophthegmatis a Cotelero editis s. v. *Macarius Aegyptius*. Sed evolventi mihi cetera Apophthegmatum capita tribus alijs locis Macarii, ut videtur, Aegyptii mentio occurrit (9). Quos quidem locos supra iam cognovimus atque recensuimus (10).

164 § 39. De Macario Alexandrino in Apo-

phthegmatis a Cotelero editis hae tres historiae referuntur :

« Macarius πολιτικός ille abbas aliquando ad secandos palmarum ramos exiit, fratribus ipsum comitantibus. Qui primo die ei : Veni, inquit, pater, nobiscum comede. Accessit igitur ille et comedit. Altero eum die iterum rogant, ut comedat. At is renuens : Vos, inquit, filii, cibum sumatis necesse est; adhuc enim caro estis; ego vero nunc nolo manducare (11). » Haec historia in duobus Apophthegmatum codicibus Vindobonensibus s. v. *Macarius Aegyptius* post § XXXII perperam, ut quisque facile intelligit, inserta legitur (12). Quantopere autem Macarius Alexandrinus cibus absinuerit, e Palladio didicimus (13).

« Macarius abbas convenit Pachomium abbatem Tabennesiotarum. Quem Pachomius interrogans : Si, inquit, fratres disciplinae ordinem non servant, bonumne est corripere eos? Respondit Macarius abbas : Castiga et iuste eos iudica, qui tibi subiiciuntur; extra vero iudicaveris neminem; nam scriptum est : Nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit (14). » Macarium Alexandrinum cum Pachomio congressum esse, a Palladio accepimus (15). Ceterum e colloquio isto denuo probatur, Macarium Alexandrinum iam ante annum 348, quo quidem mortuus est Pachomius, non exigua virtutis et asceseos fama excelluisse (16).

Macarius abbas aliquando per quatuor integros menses quotidie visitabat fratrem quendam, neque unquam, ne semel quidem, invenit eum vacantem ab oratione. Admiratus igitur dixit : Ecce, terrestri angelus (17)! » Cellularum monachi singuli in cellis degentes sola die sabbati et dominica **165** convenire

(1) Cotel. l. . p. 540 § XXVIII, infra in Append. l.

(2) Cf. § 19 p. 75.

(3) Cotel. l. l. p. 649 s. v. *Paphnutius* § IV. Cassian. Coll. III, 1.

(4) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 63 Opp. Meurs. l. l. p. 524 sq. Animadvertendum est, in capite de Paphnutio Historiam Lausiacam codicum Vindobonensium a Meursiana ita differre, ut vix uno verbo consentiat. Cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam*, infra huic editioni Historiae Lausiacae praepositam.

(5) Cotel. l. l. p. 540 § XXIX; infra in Append. l.

(6) Ibid. p. 544 § XXX, infra in Append. l.

(7) Ibid. p. 546 § XXXVII, infra in Append. l.

(8) Modo p. 162. not. 7.

(9) Cotel. l. l. T. I p. 372. 443. 451. s. vv. *Agathon* § I, *Zacharias* § I, *Theodorus Phermensis* § I.

(10) Supra § 32 p. 151. 148. 150.

(11) Cotel. Eccl. Graec. Mon. T. I s. 572 s. v. *Macarias πολιτικός* seu *urbicus* §. I; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub V.

(12) Codices laudavimus supra § 11 p. 35 not. 2. p. 36 not. 1.

(13) Supra cap. III.

(14) Cotel. l. l. p. 573 § II; infra in Append. l. sub V. Cf. I Cor. 5, 12. 13.

(15) Cf. supra p. 70. 86 sq.

(16) Cf. supra p. 86 sq.

(17) Cotel. l. l. p. 573 § III; infra in Append. l. sub V.

solebant in ecclesia (1); e quorum fortasse a crucifigentibus Christum iudicium ex Apostoli numero ille frater fuit, quem Macarius Alexandrinus Cellularum presbyter tot menses quotidie adiens semper orantem invenit.

Expositis igitur iis, quae in Apophthegmatis illis de Macario Alexandrino reperiuntur, ad appendicem Apophthegmatum ineditam transire licebit.

§ 40. Etenim in ea appendice, cuius codicem in bibliotheca Caesarea Vindobonensi adii (2), tres historiae de Macario exstant, quarum ultimam de mortuo ad refellendum Hieracitam haereticum a Macario Aegypto resuscitato cum lectoribus communicavimus (3). Reliquae, quarum una in codicis fol. 148, altera fol. 161, 1 habetur, latine redditae hae sunt:

« Dixit Macarius abbas: Quid iudicas interfectores et adulteros et sepulchrorum depilatores, et si quis alius eiusmodi legis violator? Habent iudicem suum. Immo inquire non modo in aliena facinora, sed etiam in delicta tua saepe praemeditata, et te ipsum saepenumero invenies illis peiorem. Nam tu quoque lascivis oculis non raro circumspexisti; id quod, ut ipse scis, verum iam est adulterium. Saepe etiam fratri tuo maledixisti, neque ignoras, hac de re Dominum revelasse, dicentem quemque ad fratrem suum « fatue, » reum esse gehennae ignis. Atque, quod omnium atrocissimum est, vel indignus fortasse ad sancta et intemerata eius mysteria accedis, ita ut reus fias corporis et sanguinis Christi. Ille igitur, quem iudicas, merum hominem occidisse deprehenditur; tu vero deprehenderis Christum ipsum occidens mortisque eius reus, quum indignus participes intemeratum corpus et sanguinem. Legis enim: Qui indigne manducat et bibit, reus est corporis et sanguinis Christi et iudicium sibi manducat et bibit; hoc est: Sicut Iudaei illi occiderunt eum, ita et ii, qui indigni corpus et sanguinem eius sumunt, idem faciunt. Nam verisimillimum est, et eum, qui purpuram regiam scindat, et qui eam maculet, 166 eandem mortem pati. Unde et qui corpus eius aliquando perforarunt, et qui nunc inquinant illud, quippe impura ipsum mente percipientes, idem cum

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 478, 1; Hist. Laus. ed Meurs. cap. 70 Opp. Meurs. lib. I p. 532. Cf. supra § 28 p. 117.

(2) Hanc appendicem descripsimus supra § 41 p. 56, codicem ibid. not. 1.

(3) Supra § 14. p. 49 sqq.

(4) Textum graecum e codice descriptum legis in-

fra in harum Quaestionum Appendice priore sub V 1. 2.

« Alias confessus est Macarius abbas: Quum iunior essem curisque in cella vacarem, in eremum profectus mecum reputans dixi: Cui occurris, eum interroga pro utilitate tua. Atque puerulum inveni boves pascentem, cui: Quid, inquam, faciam, puerule, quia esurio? Is mihi: Comede, inquit, tandem. Tum ego: Comedi, sed iterum esurio. Ac rursus mihi dixit: Ergo iterum comede. Similiter et ego: Saepenumero, inquam, comedi, denuoque semper esurio. Ad haec ille respondit: Non multum abest, ut asinus sis, abba, quippe qui semper vesci velis. Itaque nactus utilitatem discessi (4). »

Etsi perpulchrae hae duae historiae reapse utrique Macariorum bene conveniunt, tribuerim tamen eas Aegypto; et alteram quidem propter similitudinem doctrinae cum homiliis eius, alteram ob ipsius nexum cum historia de mortuo ad refellendum Hieracitam resuscitato, quae in codice proxime subiuncta ad eundem Macarium respicit (5).

§ 41. Superest, ut vitas aliorum Sanctorum, in quibus Macariorum nostrorum mentio fit, examinemus. Quem in finem singula volumina AA. SS. Bollandi diligenter evolvimus, sed fructus paucos percepimus. Macarius Alexandrinus in fine epistolae « Ammonis episcopi ad Theophilum papam Alexandriae de conversatione et particulari vita S. Pachomii et Theodori » memoratur, ubi cum beato Pior, Aelurione, Ammonio et Isidoro, anachoretarum omnium antiquissimo, etiam *beatus Macarius* iis adnumeratur, quos in monte Nitriae Ammonius episcopus viderat et magnopere admiratus erat (6); Macarium igitur Alexandrinum intelligendum esse verisimillimum est. Praeterea inter reliquias ecclesiae Senonensis 167 Macarii abbatis recensentur reliquiae, quae num alterutrius ex nostris Macariis sint, certo dicere nequis (7). Rursus Macarii mentio fit in vita Iusti episcopi Lugdunensis ab anonymo quodam descripta, quae prodiit e codice XXXIII Reginae Sueciae. Iustus enim episcopus exeunte saec. IV Aegyptum petierat. In cuius vita scriptor incognitus haec verba

fra in harum Quaestionum Appendice priore sub V 1. 2.

(5) Eius textus graecus legitur e codice descriptus infra in harum Quaestionum Appendice priore sub V, 3.

(6) AA. SS. Boll. Mai. T. III p. 357 -

(7) Ibid. Mai. T. VII p. 131, F.

facit : « Ego autem ipse sanctum quendam A presbyterum paene iam nonagenariam aetatem agentem vidi, cuius mihi relatione haec comperta sunt; nam in sermone eius quasi sanctae historiae fides inerat. Refererat, se in illis eremi partibus diu moratum fuisse, nec solum vidisse beatissimi nominis Iustum, sed etiam familiaritate eius usum fuisse, ac magnificentum apparuisse inter illos, qui tunc in eremo revelationibus atque virtutibus tanquam magna luminaria refulgebant, sanctum Macharium, Paphnutium ceterosque, quorum sanctitatis fama per Orientem vigeat (1). » Bollandistae Macarium Aegyptium Scetis abbatem, ubi etiam Paphnutius abbas degebat, intelligi haud temere arbitrati sunt (2). Verbis, « tanquam magna luminaria refulgebant, » scriptor anonymus ad Rufini librum respicere videtur (3). Denique plura leguntur de Macario Aegypto in vita S. Apollinaris Syncleticae, Dorotheus nuncupatae, quam iam accuratius pertractemus. Summa autem rerum, quae eius vita continentur, huc redit :

Apollinaris virgo, Anthemii imperatoris filia, vitae monachicae studio acta, quum sancta loca invisisset et Alexandriam navigasset, ad sepulchrum S. Mennae venit. Inde patres Scetis aditura, ubi prope paludem in fontem, qui fons Apollinaris postea appellari solebat, incidit, lecticario et comite itineris eunucho dormientibus, vestes mutavit habituque monachico, quem secum recondiderat, induto, in paludem effugit. **168** Ubi multos annos cum daemonibus certans, corpus a culicibus exesum pelli testudinis simile gerebat. Postea a Deo edocta, ut interroganti nomen ipsius Dorotheus diceret, e palude egressa est eunuchus ab omnibus habita. « Cum esset autem mane, occurrit ei S. Macarius, et dicit ei : Benedic, pater. Illi autem data sibi invicem caritate ambulabant in solitudine. Interrogavit vero Dorotheus dicens : Pater, quis es? Ille autem dixit : Ego sum Macarius. Is vero dixit : Fungere officio caritatis; sine me habitare cum fratribus. Praebuit autem ei quoque cellam protinus (4). » Isto igitur loco die noctuque orans acerrime certabat. « Quodam autem die abbas Macarius venit in eius cellam, et dicit ei : Fungere officio caritatis, bone frater; emitte nobis preces. Illa vero dicit :

A Pater, ego a te volo benedici. Cumque fecissent preces, sederunt. Eam autem rogavit abbas Macarius dicens : Dic mihi, frater, undenam venis, et quod est tibi nomen? Illa vero dixit : Vocor Dorotheus, et cum audissem de sanctis, qui hic sunt, Patribus, volui una cum iis habitare, si sim dignus. Dicit autem ei rursus senex : Quodnam opus facis? Ea vero dicit : Faciam, si quid me iubes. Is autem ostendit ei, ut faceret catenam. Deus vero volens ostendere eius animi fortitudinem, non declaravit abbati Macario, eam esse feminam, sed is tanquam virum eunuchum eam esse putabat. Multas autem curationes Deus per eam peregit (5). » Ac sanctae quidem una sola erat soror, capta a daemone, qui lacerare eam coepit et dicere : Nisi in solitudinem me tuleritis, non egrediar ex ea. Tandem imperator magno cum comitatu eam ad patres solitudinis dimisit. « Cumque ii venissent in Scetim, novit S. Macarius, propter quamnam causam adsint in illo loco, iisque progressus obviam, excepit eos et dixit : Quid huc acceditis, o filii? Illi vero dixerunt : Noster inprimis pius imperator Anthemius misit filiam suam, ut per Deum curetur et preces vestras. Cum eam autem accepisset a **169** cubiculario, deduxit eam ad abbatem Dorotheum, et dicit ei : Fungere officio caritatis, quoniam est filia imperatoris, et opus habet patrum precibus et vestris. Ora pro ea, ut curetur. Haec est enim merces tua. Haec autem cum audisset, coepit flere et dicere : Quisnam ego sum peccator, quod de me talem concepisti opinionem? Flexisque genibus dicebat : Concede mihi, pater, ut mea peccata defleam; nam multa sunt. Ego enim sum imbecillus, planeque rudis et ignarus ad hanc rem. Dicit ei abbas Macarius : An non sunt etiam alii patres, qui per Deum signa faciunt? Sed tamen haec remansit merces. Illa vero dicit : Fiat Dei voluntas, et mota eam esse sororem, flensque conquievit. Eam autem amplexa dixit : Bene venisti, soror. Dei vero opere fuit os obstructum daemone, ne argueret ancillam Dei, quod esset femina. Cum autem daemon eam diu affligeret, per preces eum domuit (6). » Sanata demum filia domum rediit cum magna civitatis laetitia. Sed postmo-

(1) Ibid. Sept. T. I p. 373 cap. 4.

(2) Ibid. p. 374 not. f. Cf. supra § 58 p. 162.

(3) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 193, Migne p. 450.

(4) AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 260 cap. 3.

(5) Ibid.

(6) Ibid. cap. 4.

solebant in ecclesia (1); e quorum fortasse a crucifigentibus Christum iudicium ex Apostoli numero ille frater fuit, quem Macarius Alexandrinus Cellularum presbyter tot menses quotidie adiens semper orantem invenit.

Expositis igitur iis, quae in Apophthegmatis illis de Macario Alexandrino reperiuntur, ad appendicem Apophthegmatum ineditam transire licebit.

§ 40. Etenim in ea appendice, cuius codicem in bibliotheca Caesarea Vindobonensi adii (2), tres historiae de Macario exstant, quarum ultimam de mortuo ad refellendum Hieracitam haereticum a Macario Aegypto resuscitato cum lectoribus communicavimus (3). Reliquae, quarum una in codicis fol. 148, altera fol. 161, 1 habetur, latine redditae hae sunt:

« Dixit Macarius abbas: Quid iudicas interfectores et adulteros et sepulchrorum depilatores, et si quis alius eiusmodi legis violator? Habent iudicem suum. Immo inquire non modo in aliena facinora, sed etiam in delicta tua saepe praemeditata, et te ipsum saepenumero invenies illis peiorem. Nam tu quoque lascivis oculis non raro circumspexisti; id quod, ut ipse scis, verum iam est adulterium. Saepe etiam fratri tuo maledixisti, neque ignoras, hac de re Dominum revelasse, dicentem quemque ad fratrem suum « fatue, » reum esse gehennae ignis. Atque, quod omnium atrocissimum est, vel indignus fortasse ad sancta et intemerata eius mysteria accedis, ita ut reus fias corporis et sanguinis Christi. Ille igitur, quem iudicas, merum hominem occidisse deprehenditur; tu vero deprehenderis Christum ipsum occidens mortisque eius reus, quum indignus participes intemeratum corpus et sanguinem. Legis enim: Qui indigne manducat et bibit, reus est corporis et sanguinis Christi et iudicium sibi manducat et bibit; hoc est: Sicut Iudaei illi occiderunt eum, ita et ii, qui indigni corpus et sanguinem eius sumunt, idem faciunt. Nam verisimillimum est, et eum, qui purpuram regiam scindat, et qui eam maculet, 166 eandem mortem pati. Unde et qui corpus eius aliquando perforarunt, et qui nunc inquinant illud, quippe impura ipsum mente percipientes, idem cum

verbis subibunt. »

« Alias confessus est Macarius abbas: Quum iunior essem cursusque in cella vacarem, in eremum profectus mecum reputans dixi: Cui occurris, eum interroga pro utilitate tua. Atque puerulum inveni boves pascentem, cui: Quid, inquam, faciam, puerule, quia esurio? Is mihi: Comede, inquit, tandem. Tum ego: Comedi, sed iterum esurio. Ac rursus mihi dixit: Ergo iterum comede. Similiter et ego: Saepenumero, inquam, comedi, denuoque semper esurio. Ad haec ille respondit: Non multum abest, ut asinus sis, abba, quippe qui semper vesci velis. Itaque nactus utilitatem discessi (4). »

Etsi perpulchrae hae duae historiae reapse utriusque Macariorum bene conveniunt, tribuerim tamen eas Aegypto; et alteram quidem propter similitudinem doctrinae cum homiliis eius, alteram ob ipsius nexum cum historia de mortuo ad refellendum Hieracitam resuscitato, quae in codice proxime subiuncta ad eundem Macarium respicit (5).

§ 41. Superest, ut vitas aliorum Sanctorum, in quibus Macariorum nostrorum mentio fit, examinemus. Quem in finem singula volumina AA. SS. Bollandi diligenter evolvimus, sed fructus paucos percepimus. Macarius Alexandrinus in fine epistolae « Ammonis episcopi ad Theophilum papam Alexandriae de conversatione et particulari vita S. Pachomii et Theodori » memoratur, ubi cum beato Pior, Aelurione, Ammonio et Isidoro, anachoretarum omnium antiquissimo, etiam *beatus Macarius* iis adnumeratur, quos in monte Nitriae Ammonius episcopus viderat et magnopere admiratus erat (6); Macarium igitur Alexandrinum intelligendum esse verisimillimum est. Praeterea inter reliquias ecclesiae Senonensis 167 Macarii abbatis recensentur reliquiae, quae num alterutrius ex nostris Macariis sint, certo dicere nequis (7). Rursus Macarii mentio fit in vita Iusti episcopi Lugdunensis ab anonymo quodam descripta, quae prodiit e codice XXXIII Reginae Sueciae. Iustus enim episcopus exeunte saec. IV Aegyptum petierat. In cuius vita scriptor incognitus haec verba

fra in harum Quaestionum Appendice priore sub V 1. 2.

(5) Eius textus graecus legitur e codice descriptus infra in harum Quaestionum Appendice priore sub V, 3.

(6) AA. SS. Boll. Mai. T. III p. 357 -

(7) Ibid. Mai. T. VII p. 131, F.

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 478, 1; Hist. Laus. ed Meurs. cap. 70 Opp. Meurs. lib. I p. 532. Cf. supra § 28 p. 117.

(2) Hanc appendicem descripsimus supra § 11 p. 36, codicem ibid. not. 1.

(3) Supra § 14. p. 49 sqq.

(4) Textum graecum e codice descriptum legis in-

facit : « Ego autem ipse sanctum quendam A Pater, ego a te volo benedici. Cumque presbyterum paene iam nonagenariam aetatem agentem vidi, cuius mihi relatione haec comperta sunt; nam in sermone eius quasi sanctae historiae fides inerat. Referebat, se in illis eremi partibus diu moratum fuisse, nec solum vidisse beatissimi nominis Iustum, sed etiam familiaritate eius usum fuisse, ac magnificentum apparuisse inter illos, qui tunc in eremo revelationibus atque virtutibus tanquam magna luminaria refulgebant, sanctum Macharium, Pafnutium ceterosque, quorum sanctitatis fama per Orientem vigeat (1). » Bollandistae Macarium Aegyptium Scetis abbatem, ubi etiam Paphnutius abbas degebat, intelligi haud temere arbitrati sunt (2). Verbis, « tanquam magna luminaria refulgebant, » scriptor anonymus ad Rufini librum respicere videtur (3). Denique plura leguntur de Macario Aegypto in vita S. Apollinaris Syneceticae, Dorotheus nuncupatae, quam iam accuratius pertractemus. Summa autem rerum, quae eius vita continentur, huc redit :

Apollinaris virgo, Anthemii imperatoris filia, vitae monachicae studio acta, quum sancta loca invisisset et Alexandriam navigasset, ad sepulchrum S. Mennae venit. Inde patres Scetis aditura, ubi prope paludem in fontem, qui fons Apollinaris postea appellari solebat, incidit, lecticario et comite itineris eunucho dormientibus, vestes mutavit habituque monachico, quem secum recondemat, induto, in paludem effugit. 168 Ubi multos annos cum daemonibus certans, corpus a culicibus exesum pelli testudinis simile gerebat. Postea a Deo edocta, ut interroganti nomen ipsius Dorotheus diceret, e palude egressa est eunuchus ab omnibus habitata. « Cum esset autem mane, occurrit ei S. Macarius, et dicit ei : Benedic, pater. Illi autem data sibi invicem caritate ambulabant in solitudine. Interrogavit vero Dorotheus dicens : Pater, quis es? Ille autem dixit : Ego sum Macarius. Is vero dixit : Fungere officio caritatis; sine me habitare cum fratribus. Praebuit autem ei quoque cellam protinus (4). » Isto igitur loco die noctuque orans acerrime certabat. « Quodam autem die abbas Macarius venit in eius cellam, et dicit ei : Fungere officio caritatis, bone frater; emitte nobis preces. Illa vero dicit :

fecissent preces, sederunt. Eam autem rogavit abbas Macarius dicens : Dic mihi, frater, undenam venis, et quod est tibi nomen? Illa vero dixit : Vocor Dorotheus, et cum audissem de sanctis, qui hic sunt, Patribus, volui una cum iis habitare, si sim dignus. Dicit autem ei rursus senex : Quodnam opus facis? Ea vero dicit : Faciam, si quid me iubes. Is autem ostendit ei, ut faceret catenam. Deus vero volens ostendere eius animi fortitudinem, non declaravit abbati Macario, eam esse feminam, sed is tanquam virum eunuchum eam esse putabat. Multas autem curationes Deus per eam peregit (5). » Ac sanctae quidem una sola erat soror, capta a daemone, qui lacerare eam coepit et dicere : Nisi in solitudinem me tuleritis, non egrediar ex ea. Tandem imperator magno cum comitatu eam ad patres solitudinis dimisit. « Cumque ii venissent in Scetim, novit S. Macarius, propter quamnam causam adsint in illo loco, iisque progressus obviam, excepit eos et dixit : Quid huc acceditis, o filii? Illi vero dixerunt : Noster inprimis pius imperator Anthemius misit filiam suam, ut per Deum curetur et preces vestras. Cum eam autem accepisset a 169 cubiculario, deduxit eam ad abbatem Dorotheum, et dicit ei : Fungere officio caritatis, quoniam est filia imperatoris, et opus habet patrum precibus et vestris. Ora pro ea, ut curetur. Haec est enim merces tua. Haec autem cum audisset, coepit flere et dicere : Quisnam ego sum peccator, quod de me talem concepisti opinionem? Flexisque genibus dicebat : Concede mihi, pater, ut mea peccata defleam; nam multa sunt. Ego enim sum imbecillus, planeque rudis et ignarus ad hanc rem. Dicit ei abbas Macarius : An non sunt etiam alij patres, qui per Deum signa faciunt? Sed tamen haec remansit merces. Illa vero dicit : Fiat Dei voluntas, et mota poenitentia eam accepit in cellam, et novit eam esse sororem, flensque conquievit. Eam autem amplexa dixit : Bene venisti, soror. Dei vero opere fuit os obstructum daemone, ne argueret ancillam Dei, quod esset femina. Cum autem daemon eam diu affligeret, per preces eum domuit (6). » Sanata demum filia domum rediit cum magna civitatis laetitia. Sed postmo-

(1) Ibid. Sept. T. I p. 373 cap. 4.

(2) Ibid. p. 374 not. f. Cf. supra § 58 p. 162.

(3) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 193, Migne p. 450.

(4) AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 260 cap. 3.

(5) Ibid.

(6) Ibid. cap. 4.

dum diabolus eam rursus ita subiit, ut praegnans videretur. Examinanti autem ista imperatori instigante diabolo respondit, a monacho Dorotheo allatum sibi stuprum esse. Satellitibus igitur irati principis in Scetim missis Dorotheus ipse se obtulit, abeuntemque totus conventus tristitia afflictus precibus suis persecutus est. « Sciebat enim abbas Macarius, in illo nihil esse mali. » Ad aulam deductam quum imperator uxorque eius exceperent, ac se detecta veritate dimissuros eam esse promisissent, filiam ipsorum se illa exhibuit, sororeque sanata post paucos dies in Scetim reversa est, ubi mox e mundo se exituram intelligens abbati Macario: « Fac, » inquit, « officium caritatis. Si contigerit me e vita excedere, ne me componant monachi. Is vero dicit ei: Quomodo potest hoc fieri? Ea autem consummata venerunt sancti patres, ut sanctum eius corpus lavarent. Viderunt autem eam esse sexu feminam, et exclamarunt dicentes: Gloria tibi, Christe, qui multos habes sanctos occultos. Admiratus 170 est autem abbas Macarius, quod hoc sibi non fuisset revelatum. Una vero nocte videt visionem, quae ei dicit: Ne angaris propterea. Oportet enim te coronari cum sanctis patribus, qui sunt a saeculo. Tunc ei narravit vitam et nomen beatae. Allatisque sanctis eius reliquiis eam posuerunt ad Orientem sanctae ecclesiae in antro abbatis Macarii cum gaudio et gloria, usque in hodiernum diem, per Deum et sanctos patres, et post sanctae dormitionem peraguntur curationes gratia et clementia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria et potentia in saecula (1). » Quem quidem Macarium non, ut perperam statuit Bollandus, Alexandrinum, sed Aegyptium fuisse, qui in Scete habitavit, et praesagii seu prophetiae spiritu excelluit, facile elucet. Quanti autem feceris illam, quam aequalis scripsisse fertur, historiam, ipse videto. Plura in VV. SS. Bollandi de Macariis nostris ego non offendi.

CAPUT VIII.

SANCTORUM MACARIORUM AEGYPTII ET ALEXANDRINI EXILIUM SUB LUCIO ARIANO ALEXANDRIAE EPISCOPO. SOCRATES, SOZOMENUS, CETERIQUE RERUM ECCLESIASTICARUM SCRIPTO-

(1) Ibid. p. 261 cap. 6.

(2) Supra § 6 p. 16, § 27 p. 113, § 33 p. 152.

(3) Petri episcopi epistola in Theodoret. Hist. Eccl. lib. IV cap. 49, Opp. ed. Noesselt Halae 1771. 8°. T. III p. 987 sqq.

RES DE HISDEM. QUANDO MEMORIA SANCTORUM MACARIORUM AEGYPTII ET ALEXANDRINI AGATUR.

§ 42. Saepius locuti sumus de Aegypti senum persecutione a Lucio Arianorum Alexandriae episcopo excitata (2), in qua quoniam praeter alios abbates etiam Macarii nostri in exilium missi sunt, id quomodo gestum sit, enarrandum est. Rei autem testes sunt Rufinus, quem persecutiones istae ipsum petiere, deinde Socrates, Sozomenus et Theodoretus, qui Rufini enarratione innituntur.

Athanasio a. 373 mortuo Petrus ab episcopis provinciae monachisque in locum eius substitutus est. Praefectus autem urbi impius, ethnicorum et Iudaeorum manu convocata, Petrum eiecturus ecclesiam occupavit, quam milites turpiter 171 profanarunt, nec non multas virgines stupraverunt aliasque fustibus contusas ne sepeliri quidem passi sunt. Paucis post diebus Lucius Arianus militibus cinctus ab Euzoio Antiochiae praesule, Arianorum tunc principe, in episcopatum Alexandriae intrusus est. Qui statim alios minis, vinculis, tormentis, alios pollicitationibus a fide Nicaena avocare studuit, eosque, qui resistebant, Heliopolim in Phoenicia, ubi idola colebant omnes, deportandos curavit; murmures vero ad metalla Phennensia et Proconensia deducebantur, inter quos haud pauci fuerunt monachi (3). Alexandria igitur subacta episcopisque provinciae Neocaesaream, quam urbem Iudaei inhabitabant, in exilium missis, milites ad monasteria solitudinum directi sunt, cui expeditioni ipse interfuit Lucius. Nam recte Sozomenus: « Fidei, » inquit, « senum adhaerebat multitudo vulgi, quippe quod veritati indulgere crederet eos, qui virtutem factis ipsis profiterentur, » et: « Unde Lucius, quum bene intelligeret, fieri non posse, ut Ariani devincerent catholicos, nisi monachos istos ad partes Arianorum deduxisset, eos vi cogere aggressus est, quibus persuadere verbis non poterat (4). » Atque in eremo, quo milites venerunt, teste Rufino « Macarius et Isidorus aliusque Macarius atque Heraclides et Pambus Antonii discipuli per Aegyptum et maxime in Nitriae deserti partibus » sederunt (5), ac tria millia

(4) Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 20 ed. Valerii Mog. 1677 p. 662.

(5) Ruf. Hist. Eccl. lib. II cap. 4 ed. Basil. I. p. 242; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 271, Migne Patrolog. T. XXI p. 511.

simul virorum aut amplius per solitudinem dispersorum oppugnabantur (1). Qua de re Rufinus ita scribit : « Quae praesens vidi loquor, et eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui. Hi ducebant exercitum Domini, non mortalibus telis, sed fide religionis armatum, exercitum moriendo vincentem, et qui sanguinis sui profusione victor Christum sequeretur ad coelum. Quique dum in tabernaculis positi et orantes exspectarent interfectores suos, delatus est ad eos homo olim membris omnibus et praecipue pedibus aridus. 172 Sed cum ab iis in nomine Domini oleo fuisset perunctus, statim confirmatae sunt plantae eius. Et dicentibus iis : In nomine Iesu Christi, quem Lucius persequitur, surge et sta in pedibus tuis, et redi in domum tuam, continuo exurgens et exsiliens benedicebat Deum, ostendens quia vere erat in iis Deus (2). » Narratis deinde caeci illius hominis et catulorum leaenae sanationibus, quae Macarii Alexandrini virtute factas iam attulimus, Rufinus sic pergit : « Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reverentiae virtutum mirabilibus detulit ; quin immo iubet patres ipsos ablatos a grege suo, immo clam raptos, in insulam quandam Aegypti paludium deportari, in qua compererat, neminem prorsus esse Christianum, quo per hoc vel absque solatiis vel absque consuetis actibus viverent. Senes igitur cum duobus solis pedissequis noctu ad insulam deducuntur, in qua erat templum quoddam summa veneratione a loci incolis observatum. Cumque primum navicula senum oram soli illius contigisset, ecce subito sacerdotis templi illius virgo filia correpta spiritu, cum ingenti vociferatione et clamoribus usque ad coelum datis, agi per medios populos coepit, et crebros ducens rotatus, stridens huc atque illuc rabida ora vibrare. Cumque ad spectaculum tam ingentis monstri, maxime quod esset sacerdotis filia, qui in honore praecipuo apud illos erat, populi convenissent, per auras eam raptam sequentes perveniunt usque ad naviculam senum. Ibi vero proiecta eorum pedibus et prostrata clamare coepit : Quid venistis huc, o servi Dei summi, antiquis nos et veteribus evol-

vere domiciliis ? In hoc loco depulsi undique latebamus. Quomodo vos nequaquam latere potuimus ? Cedimus antiquis sedibus, populos vestros terrasque recipite. Cum haec diceret, increpatus ab iis erroris spiritus effugatur, et puella sana una cum parentibus suis iacebat ad pedes nostri temporis apostolorum. Qui talibus exordiis praedicantes iis fidem Domini nostri Iesu Christi, in tantam conversionem repente eos perduxerunt, ut statim die ipsa manibus 173 suis antiquissimum templum et in summa veneratione habitum destruerent, et ecclesiam confestim aedificarent. Nec ad deliberandum spatio temporis eguerunt, quibus fidem rerum fecerant non verba, sed virtus. Sed hoc cum fuisset Alexandriae nuntiatum, veritus Lucius, ne forte etiam suorum in eum odia justa consurgerent, qui aperte iam bellum non hominibus, sed Deo indiceret, occulte eos revocari et in eremum remitti iubet (3). » Hucusque Rufinus de senum exilio. Socrates claudi illius hominis sanationem non exposuit, sed haec tantum scripsit quae sequuntur : « Cumque ad locum ipsum pervenissent, viros deprehenderunt solitis studiis et exercitationibus occupatos, orantes scilicet, morbis medentes, daemonia efficietes (4). » De senibus in exilium pulsatis Socrates : « Quoniam igitur, » inquit, « admirabiles illi viri omni violentia, quae ipsis inferebatur, superiores existerent, animum tandem despondens Lucius duci exercitus mandavit, ut patres monachorum in exilium mitteret. Illi autem erant Macarii duo, Aegyptius et Alexandrinus. Viri igitur illi deportati sunt in insulam, in qua nullus erat Christianus (5). » Cur Socrates solos Macarios nominet, nisi eos principessenum duxerit, non intelliges. Ceterum in enarranda ipsa exilii senum historia Rufini, quem persecutionis istius testem laudat (6), vestigiis aperte ingreditur. Sozomenus illam claudi hominis curationem his allegat verbis : « Eo ipso tempore, quo milites in eos impetum facturi erant, traditus ipsis quidam esse dicitur, cuius artus iamdudum ita arefacti erant atque extenuati, ut pedibus insistere non posset... (7), » vocabulo « λέγεται » « dicitur » fortasse Rufinum significans, a quo id acceperat. De senibus a Lucio

(1) Ibid. lib. II cap. 3 ed. Basil. I. p. 342, Vallarsi p. 270 sq., Migne I. I.

(2) Ibid. lib. II cap. 4 l. I.

(3) Ibid. ed. Basil. I. p. 243, ed. Vallarsi p. 272 sq., Migne p. 512 sq.

(4) Socrat. Hist. Eccl. lib. IV cap. 24 ed. I. p. 239.

(5) L. I.

(6) L. I.

(7) Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 20 ed. I. p. 663.

exagitatis Sozomenus haec refert: «Cuiusmodi A tunc monachorum praefectos fuisse accepimus Macarios duos, de quibus iam antea diximus, et Pambo 174 atque Heraclidem ceterosque Antonii discipulos (1).» Sed et ipse cum Rufino consentit, hoc solo discrimine, quod in Sozomeni historia de ista sacerdotis filia «Macarius eiusque comites» daemone oburgant, et in fine Lucius occulte praecipit, «ut, qui eum Macario essent, ad sedes suas et in solitudinem revertantur (2)». Theodoretus denique, quum de crudelitibus in persecutione ista perpetratis ad literas Petri episcopi (3) delegasset, de exilio senum haec verba facit: «Viri sunt in Aegypto, qui angelorum conversationem aemulantes ab urbium tumultibus se subdixerunt, vitamque in solitudine agere maluerunt. Ubi arenosum ac sterile solum fertile reddentes fructum Deo suavissimum pulcherrimumque ferunt virtutem, quam sibi tanquam legem imposuerunt. Cuius quidem disciplinae duces cum alii multi exstiterent, tum optimus religiosorum ordinum magister fuit Antonius ille celeberrimus, qui ad virtutis palaestram monachis solitudinem evexit. Eius igitur viri discipulos — ipse enim cum maximis et pulcherrimis oneribus ad tranquillos portus appulerat — miser iste et infelicissimus [Lucius] insectatus est, ac divinorum illorum coetuum duces, celeberrimum illum Macarium, et alterum eiusdem nominis, nec non Isidorum aliosque de speluncis abductos in insulam quandam relegavit, quae ab impiis hominibus habitata nullum unquam pietatis magistrum habuerat. Cumque insulae orae appropinquasset navigium, daemon, qui ibi colebatur, consecratum sibi deserens simulacrum, quod antiquum eius fuerat domicilium, filiam sacerdotis ad insaniam concitavit et furibundam ad litus deduxit, quo navim remiges appulerant (4).» Cetera, quae sequuntur, ad id, quod e Rufino didicimus, plane redeunt. In fine Theodoretus: «Haec,» inquit, «ubi in urbe innotuerunt, omnium illico factus est concursus Lucium oburgantium et divina se irae plectendos dicentium, nisi divinus ille sancto-

rum choros dimitteretur. Ita 175 civium tumultum extimescens Lucius sanctis viris, ut ad speluncas suas redirent, concessit (5).»

De exilio quidem senum haec nobis in medium proferenda erant. Persecutionem vero istam monachorum Lucius, urbis praefectus, eiusque satellites non tam suo Marte, quam lege Valentis imperatoris innixi egisse videntur. Socrates enim de lege quadam loquitur, qua Valens praecipit, «ut [orthodoxi], qui Alexandriae et in reliqua essent Aegypto, fugarentur (6).» Ceterum Valens a. 373, prima Ianuarii die, legem sancivit, cuius tenor hic est: «Quidam ignaviae sectatores desertis civitatum muneribus captant solitudines ac secreta, et specie religionis cum coetibus Monazonton congregantur. Hos igitur atque huiusmodi intra Aegyptum deprehensos per comitem Orientis erui e latebris consulta praeeptione mandavimus, atque ad munia patriarum subeunda revocari, aut pro tenore nostrae sanctionis familiarium rerum carere inlecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. pp. Byritho Kalend. Ianuar. Valentiniano et Valente AA. Coss. (7).» Quo igitur in decreto non propter vitam, quam degunt, monachicam, verum quia munera civilia et curialia effugere velle putabantur, sectatores ignaviae dicuntur. Simili ex causa alii quoque imperatores, inter quos Constantinus, curiales sacerdotes fieri vetuerant (8). Neque vero de quovis monacho, neque nominatim de munere militari lex illa loquitur, sed de hominibus, qui *desertis muneribus publicis, specie religionis* cum monachis degunt; eos enim aut ad munia patriae obeunda retrahi, aut re familiari spoliari iussit. Quamquam inimicos catholicorum lege turpiter abuti facile potuisse, nemo non intelligit. Prosper quidem Aquitanus legem a Valente datam esse tradidit: «ut monachi militarent, nolentes fustibus necarentur (9).» 176 Quod quidem etsi lege non exprimitur, magnam certe crudelemque fuisse monachorum persecutionem, a Valente excitatam, e S. Chryso-

(1) Ibid. p. 662.

(2) Ibid. p. 663 in fine.

(3) Exstant in Theodoret. Hist. Eccl. lib. IV cap. 19, Opp. ed. Noesselt T. III p. 987 sqq.

(4) Theodoret. Hist. Eccl. lib. IV cap. 18 ed. I. p. 985 sq.

(5) L. I. p. 986 sq.

(6) Socr. Hist. Eccl. lib. IV cap. 24 ed. I. p. 258.

(7) Cod. Theodos. XII, 1, 63.

(8) Constantinus Cod. Theodos. XVI, 2, 3. 6; Valentinianus ibid. XVI, 2, 17.

(9) Prosp. Aquitan. Chron. integr. P. I, Nigae Patrol. T. LI p. 585.

stomi libris *adversus oppugnatores vitae monachicae* (1) discimus.

Restat ut Macariorum mentionem, quam data persecutionis istius narrandae occasione Rufinus fecit, breviter hic subiungamus. Is enim, quum temporum illorum historiam descripsisset: « Florebat, » inquit, « igitur Aegyptus ea tempestate non solum eruditus in christiana philosophia viris, verum etiam his, qui per vastam eremum commanentes signa et prodigia Apostolica simplicitate vitae et cordis sinceritate faciebant. Ex quibus interim, quos ipsi vidimus, et quorum benedicti manibus meruimus, hi sunt: Macarius de superiori eremo, alius Macarius de inferiori, Isidorus in Scyti, Pambus in Cellulis, Moyses et Benjamin in Nitria, Scyrion et Helias et Paulus in Apeliote, alius Paulus in Focis, Poemen et Ioseph in Pispiri, qui appellabatur mons Antonii. Sed et alios quamplures huiusmodi viros in Aegypti partibus habitare, fidei comperimus auditu (2). » Inter Aegyptum superiorem et inferiorem si distinguitur, superioris eremi Macarium Aegyptium Scetis incolam, inferioris Alexandrinum Cellularum presbyterum fuisse crediderim.

§ 43. Socratis, Sozomeni, Suidae, Nicephori Callisti, aliorumque rerum ecclesiasticarum scriptorum, qui non tam suo Marte, quam e fontibus illis primariis, quos hucusque examinavimus, de Macariis tradunt, locos relationesque integras in medium proferre superfluum esse antea arbitrati sumus (3). Attamen eos breviter recensere a re alienum non erit. Et Socratis quidem tota de Macariis relatio libris Evagrii innititur, exceptis paucis quibusdam sententiis. E quarum numero sunt illa, quae supra ad librum secundum respicere docuimus (4); 177 sed ultima, quae e Socrate ibi attulimus, verba haec: « Aegyptius [Macarius] tot sanavit aegros, tot obsessos a daemonibus liberavit, ut, quae per gratiam Dei gesserit, separatim opus desiderent (5), » ad si-

millima ea, quae de virtutibus Macariorum Rufinus in Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii scripserat (6), alludere videntur. E fontibus denique incognitis Socrates haec nova adiecit: « Erat porro [Macarius Aegyptius] reverendus pariter ac severus in illos, qui ipsum adibant. Macarius vero Alexandrinus, cum usquequaque similis esset Aegyptio, eo tantum discrepabat, quod hilaris fuit erga eos qui ad ipsum accesserant, et urbanitate quadam iuniores ad disciplinam monachicam allexit (7). » Cetera igitur, ex Evagrion deprompta, ad duas Macarii Aegyptii historias de causa, cur iniuriarum ab hominibus inflictarum recordatione memoriae vim corrumpamus, a daemonibus vero acceptarum reminiscendo non laedamus, et de abstinentia, qua Evagrius siti oppressum umbra contentum esse iusserat, redeunt (8). Sozomenus de Macariis pauca retulit ex Historia Lausiaca, hoc tamen praemisso exordio: « Ordinar autem ab Aegypto, et a duobus Macariis, celeberrimis rectoribus, qui in Scete et in monte regionis illius praefuerunt. Quorum alter quidem Aegyptius fuit, alter πολιτικός i. e. urbicus dicebatur. Erat enim oriundus ex urbe Alexandria. Nec non uterque ob divinam praescientiam ac philosophiam admirabilis et daemonibus formidabilis multa miracula et curationes stupendas perfecit (9). » Illud etiam, quod supra monuimus, Sozomenus solus nos edocet, Macarium Alexandrinum serius, quam Aegyptium, presbyterum factum esse (10). Ceterum ex Historia Lausiaca famam de mortuo a Macario Aegypto ad Hieracitam refellendum suscitato, de aetate Macarii Aegyptii, et cur nomen παιδαριόγερον 178 ei inditum fuerit, historias, denique singularem Macarii Alexandrini continentiam tradidit (11). Praeterea Sozomenus Macarium Alexandrinum « Cellularum presbyterum » denuo laudat, qui non se, sed angelum Marco semper ea, « quae a sacerdote fidelibus ad altare praebere ius fasque est (12), » porrexisse docuerit, id quod

(1) Io. Chrysostomi Opp. ed. Montfaucon T. I p. 44 sqq.

(2) Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 8 ed. Basil. l. p. 246; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 278, Migne Patrol. T. XXI p. 517.

(3) Supra § 41 p. 37.

(4) Supra § 24 p. 111 sq.

(5) L. I.

(6) Cf. supra § 27 p. 114.

(7) Socr. Hist. Eccl. lib. IV cap. 23 ed. l. p. 254. Cf. supra §. 23 p. 97.

(8) Socr. l. I. p. 235 sq. Cf. supra § 29 p. 119 sq.

(9) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. l. p. 515 sq.

(10) Cf. supra § 21 p. 87 sq.

(11) Sozom. l. I.

(12) Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 29 ed. l. p. 681. Probe animadvertas, Sozomenum h. l. inter « Macarium Cellularum presbyterum, » et « Macarium » vel « Macarium iuniorem » distinguere, ita ut verba: « Macario verum donatum fuit a Deo... » non de Macario Cellularum presbytero, sed de Ma-

supra e Palladio percepimus (1). Apud Theodoretum praeter ea, quae audivimus (2), de Macariis nostris nihil reperi. Neque quidquam apud Orosium de iisdem uspiam legitur; atque ea, quae in Cassiodori historia tripartita de Macariis Aegypto et Alexandrino exstant, e Socrate et Theodoro desumpta sunt (3). Similiter Suidas id, quod s. v. *Macarius* scribit (4), e Socrate, ac Nicephorus Callistus quae habet (5), e Sozomeno et e Socrate compilarunt.

Fabricius in Bibliotheca Graeca passim Ioannem quendam Hagioelitam vel Hagio-politam i. e. Hierosolymitanum nominat, quem ait Leone Allatio teste *Encomium Macarii Aegyptii* in bibliothecis codd. mss. delitescens elaborasse (6). Cuius opusculi Leo Allatius data occasione duo parva protulit fragmenta, unum in libro suo de purgatorio, alterum in dissertatione II, quam de libris ecclesiasticis Graecorum 179 scripsit. Prius igitur fragmentum latine redditum hoc est: « Oportuit autem et eum utpote hominem commune debitum exsolvere et in requiem illam transire. Accessitur enim a rectore omnium Deo ad beatam quietem, ipse vere beatus, et Dominico throno assistit, ad angelorum coetus provectus (7). » Alterum vero ad fabulam de capite sacerdotis gentilis Macario Aegypto de poenis inferni disserente (8) respicit hisque concipitur verbis: « Cuius preces et calvaria cuiusdam gentilis sacerdotis in eremo projecta admirario iuniore, qui adolescens caedem involuntariam fecerat, valeant.

(1) § 19 p. 74. §. 23 p. 101.

(2) § 42 p. 174.

(3) Hist. tripart. lib. VII cap. 1. 7 ed. Basil. 1544 p. 482. 492 (e Socrate), lib. VII cap. 39 p. 475 (e Theodoro, vel potius e Rufino, quippe quem Theodoretus sequatur).

(4) Suidae Lexic. h. v.

(5) Niceph. Callisti Eccl. Hist. lib. IX cap. 14 ed. Basil. 1555 p. 406, lib. XI cap. 35 p. 572 (e Sozomeno); lib. XI cap. 42 p. 579 (e Socrate).

(6) Fabricii Bibl. Graec. ed. Harless. Hamburg. 1801. T. X p. 106. 271. T. XI p. 657.

(7) Ἔδει δὲ καὶ τοῦτον ὡς ἀνθρώπων τὸ κοινὸν ἀποτίσαι χρέος, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μεταθεῖναι ἀνάπαυσιν. μετακαλεῖται παρὰ τοῦ τῶν ὀλων Θεοῦ πρὸς τὴν μακαρίαν λῆξιν, ὁ ὄντως μακάριος καὶ τῷ δεσποτικῷ θρόνῳ μετακομίζεται χορηγίας ἀγγέλων προσκομπύμενος. Leonis Allatii de utriusque Ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua in dogmate de purgatorio consensione, Romae 1655 p. 734 sq.

(8) Supra § 32 p. 141.

biliter praedicavit iisque, qui in tormentis erant, cessationem, cum pro illis funderentur, suppeditantes monstravit (9). » Ex quibus conieceris, encomium illud hucusque, quantum sciam, ineditum (10) sermonem panegyricum esse, quo Macarius Aegyptius laudibus effertur. Nec non idem encomium Assemanni laudat in Calendariis, vitamque Macarii Aegyptii a Ioanne Hagiopolitita seu Hierosolymitano scriptam appellat (11). Eundem porro Ioannem Hagioelitam seu Hagiopolitam Leo Allatius alibi post Ioannem Damascenum ita commemorat, ut non multo hoc serius vixisse eum verisimile videatur (12). Rursus 180 in Leonis Allatii libro Συμμικτά inscripto Epiphaniae Hagiopolitae *Enarratio Syriae, urbis sanctae et sacrorum ibi locorum* habetur, ubi postquam S. Menae et S. Theodoraе, « quae mutato nomine dicta est Theodorus et accusata, » sepulchra memorata sunt, de Macario haec leguntur: « Hinc ad meridiem Alexandriae sex dierum spatio remotus est S. Macarius magnus, qui paradiso adpropinquavit. Cuius monasterium abbates mille continet et mille cellulas; est autem munitum instar castelli. Atque a S. Macario distant dierum quatuor itinere repositoria XXXVI Iosephi, ex iisque locis praetervehere potes Phison fluvium ad pontem, qui sustinetur octoginta navigiis, atque inde Babylonem magnam Pharaonis regiam ingrederis (13). » Vix dubium est, quin de monasterio Macarii Aegyptii loquatur.

(9) Οὗ τὰς προσευχὰς καὶ κρανίον Ἑλληνῶς τινος ἱερέως ἐν ἐρήμῳ κείμενον παραδόξως ἀνεκέρυξεν, καὶ τοῖς ἐν τοῖς βασάνοις ἄνεσιν χαριζομένους ἐνέδειξεν, ὅταν ὑπὲρ αὐτῶν γένοιτο. Leonis Allatii de libris ecclesiast. Graecorum dissert. II. Paris. 1645 p. 123.

(10) Fabricius unum tantum codicem laudat *Nepianum* CXXXVI Nr. 24, quo encomium istud legitur, Ioannique *Hagioelitae* adscribitur. Bibl. Graeca ed. Harless. T. X p. 271.

(11) Assemanni *Calendaria Ecclesiae universae* T. VI Romae 1755 p. 98.

(12) Libri, qui inscribitur: Ioannes Henricus Hottingerus fraudis et imposturae manifestae convictus a Leone Allatio, Romae 1661 p. 156.

(13) Καὶ πρὸς νότον τῆς Ἀλεξανδρείας ἡμερῶν ἑξ εἶται ὁ ἁγιος Μακάριος ὁ μέγας, ὁ πλησιάζας τὸν παράδεισον. Ἔχει δὲ ἡ αὐτοῦ μονὴ ἀβάδας χιλίους καὶ χίλια κελιά. Ἔσθι δὲ ἰδιόκαστρον, καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Μακαρίου, ὡς ἀπὸ ἡμερῶν τεσσάρων, εἰσὶν αἱ ἀποθῆκαι τοῦ Ἰωσήφ αἱ τριάκοντα ἑξ. καὶ ἐκ τῶν ἐκεῖσε περνεῖς τὸν ποταμὸν τὸν Φισὸν εἰς γέφυραν βασταζομένην ὑπὸ ὀδοήκοντα καράβων. καὶ ἐκεῖθεν εἰσέρχεται τὴν μεγάλην Βαβυλῶνα, εἰς τὸ βασιλεῖον

Theodora vero seu Pseudo-Theodorus ille A haud dubie est Dorotheus vel Apollinaris Syneletica virgo, cuius cum Macario Aegyptio congressum exposuimus (1).

Ad Macrizium venimus, Sec. XV historiae Coptorum scriptorem, e gente Arabum (2). Qui etsi praeclare scripsit, de Macariis tamen propter inscitiam multa falsa commiscuit. Sed quum liber eius rarius inveniatur, locus integer nobis depromendus esse videtur, qui latino sermone hic est: « Ad Wâdi Habtb, » inquit, « quod attinet, id quod et Wâdi-l-Natrân vel planities Schfhât vel planities Asquit vel Mizân-el-Colûb [libra cordium] vocatur, B olim centum ibi monasteria erecta erant, ex quibus postea septem Occidentem versus ad latus planitiei regionibus el-Buheira et el-Fejjûm interiacentis sita, ubi campi arenosi solum sale plenum, agri aquae egeni prae-rupta saxa excipiunt, remanserunt. Incolae aquam ad bibendum e puteis hauriebant, munera iis eleemosynasque offerebant Christiani. Nunc quidem funditus diruta 181 sunt. Atque Christiani rerum gestarum scriptores tradiderunt, ex illis monasteriis Amr Ben el-'Asi septuaginta millia monachorum obviam venisse, quorum quisque baculum C gestabat. Quibus ille, quum ipsi se subiecissent, epistolam dedit hodieque apud eos repertam. Ad ista igitur monasteria monasterium Bu Macâr natu maioris, prae ceteris celebratum, pertinet, in cuius conspectu multa monasteria diruta adiacent. Id olim coenobium monachorum fuit, nec patriarcha, etiamsi in cathedra Alexandriae positus, ab iis agnoscebatur, antequam ei, ut solium ipsorum coenobii occuparet, permisissent. Ac mille quingenti monachi quondam ibi habitasse dicuntur; nunc perpauci tantum incolunt. Macarii tres distinguuntur, natu maior, cuius illud fuit coenobium, Abu Macâr Alexandrinus, et Abu Macâr episcopus. Quorum ossa tribus singulis loculis ligneis recondita a Christianis D

monasterii frequentantur; ibique etiam epistola, ab 'Amr Ben-el-'Asi monachis Wadi Habtb de collectione [decimarum] in regionibus lateris occidentalis scripta reconditur, quod mihi quidam narravit, qui ab alio, cuius oculis illa obiecta fuerat, acceperat. Abu Macâr natu maior i. e. Macarius vitam monachicam ab Antonio didicit, qui primus eorum cucullum et aschkim h. e. cingulum e corio confectum, e quo effigies Christi cruci affixi pendet, gestabat, illud quidem, quo monachi cingi solent. Antonium quidem in monte orientali, ubi coenobium el'Araba est, invenit, quumque aliquantum temporis illic remansisset, ab eo veste monachorum indutus, in Wadi-l-Natrûn habitare iussus est, quo magnus monachorum numerus ad obtemperantem confluit. Multa autem eaque praeclarissima narrantur, in quibus et hoc memoratu dignum est, quod quinquaginta integros dies ieiunans nec cibum, nec potum sumpserit, noctesque insuper per-vigilaverit. Praeterea palmarum foliis, quae sibi praeparaverat, victum quaesivit, neque unquam recentem panem comedit, sed oleribus (3) aqua palmarum foliis superfusa emol-litis 182 ipse cum monachis vescebatur, quamdiu vivebant, sine omni additamento. C Hic igitur cibus eorum per totum vitae spatium fuit, usquedum in patriam reversi sunt. Abu Macâr Alexandrinus Alexandria ad illum, quem diximus, Macarium venit, cuius in manus vota monachica fecit. Tertius accessit Abu Macâr, qui episcopus factus est (4). » Sed Macrizium Macario Aegyptio a S. Antonio, quocum aliquantum temporis ille vixerit, vestem monachicam datam esse, falso narrare supra docuimus (5); atque in iis, quae de virtutibus Macarii scripsit, Aegyptium cum Alexandrino, de quo eadem Palladius tradidit (6), confundere eum, nemo non videt. Macarius vero ille episcopus quisnam fuerit, nisi forte Hierosolymorum episcopus (7), ignoro.

Ad recentiores denique rerum ecclesiasticarum scriptores quod attinet, Baronius (8),

τοῦ Παπαῦ. Leonis Allatii Συμμετρά sive opusculorum graecorum et latinorum vetustiorum ac recentiorum libri duo, Coloniae Agrippinae 1653 lib. 1 p. 55.

(1) Supra § 41 p. 167 sqq.

(2) Obiit Macrizi anno Heg. 845, Christi 1441, teste de Schmurrer Bibl. Arabica Halae 1811 p. 156.

(3) Pro oleribus codices arabici calcamenta trita vel anteriores partes ocreae; restitui oleribus ex Hist. Lausaïca Palladii, quam sequi hoc loco

Macrizium in aperto est.

(4) Macrizi Gesch. der Copten Aus d-n Handschriften zu Gotha und Wien v. Wüstenfeld, Goetting. 1845 p. 109 sq.

(5) § 26 p. 112.

(6) Cf. supra p. 66.

(7) De Macario Hierosolymorum episcopo cf. Theodoret. Hist. Eccl. lib. 1 cap. 16

(8) Baronii Annales ad a. 372 N° 88, ed. Luc. T. V p. 387 sq.

Bollandus (1), Dupin (2), Fleury (3), Oudin (4), Cave (5), alii de Macariis Aegyptio et Alexandrino verba quidem fecerunt, sed rem critice dispexit solus Tillemontius (6), cuius expositiones cunctis, quae ceteri habent, longe antecellunt, licet et ipse nonnulla perperam intellexerit, **183** id quod nostras quaestiones qui legerit, ipse inveniet. Cur Bollandus meliora non attulerit, facile inde explicatur, quod de Macariis primo insignis operis volumine disputandum erat, ideoque apparatus ille literarius, quo posteriora volumina eminent, nondum aderat. Ad postremum Semlerus in dissertationibus, quas de Macariis scripsit, non vitam, sed scripta eorum examinavit (7).

§ 44. Superest, ut de die, quo utriusque Macarii memoria in ecclesia celebretur, breviter disquiramus. Etenim martyrologia vetera latina Macario Aegyptio diem XV, Alexandrino diem II Ianuarii tribuunt. E quorum numero sunt Beda (8), Usuardus (9), Ado (10), Notker (11), martyrologium romanum (12), cetera (13). A Graecis vero uterque Macarius XIX Ianuarii colitur, ut e Menaeis et Menologio patet (14). Haec igitur **184** diversitas unde nata sit, nisi forte emagna illius nominis virorum, qui ab ecclesia

colebantur, multitudine, dicere non ausim. Macarium vero, cuius festum Romani XV Ianuarii agunt, i. e. Aegyptium, in martyrologiis latinis haud raro S. Antonii discipulum appellari, quod Bollandus observasse se arbitratus est (15), magnopere quidem non offendat, quum sensu latiore etiam Macarius Aegyptius Antonii discipulus dici possit. Ceterum de diebus, quibus recte colantur fastis testibus, plura qui addiscere cupit, Assemanni librum et Bollandum (16) evolvat, ubi apparatus idoneus reperitur.

CAPUT IX.

B A SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO MACARIUM S. ANTONII MINISTRUM ALIOSQUE COGNOMINES DIVERSOS ESSE OSTENDITUR.

§. 45. Macarium, S. Antonii discipulum, cui quindecim annis ministrabat et cuius corpus sepelivit, a Macariis Aegyptio et Alexandrino probe distinguendum esse saepius docuimus (17). Macarius enim S. Antonii discipulus in coenobio Pispir prope mare Rubrum vixit, Macariis nostris in desertis Libyae degentibus (18). Sed unus remanere potuit scrupulus. Quid, si alteruter ex nostris Macariis primum S. Antonii discipulus quindecim annis fuerit,

(1) AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 1005 sqq. 84 C sqq.

(2) Dupin Nouvelle bibliothèque des Auteurs ecclésiastiques Paris 1695 T. II p. 69 sqq.

(3) Fleury Histoire ecclésiastique Paris 1724 T. IV p. 220 sqq.

(4) Commentarius De Scriptt. ecclesiast. T. I p. 474 s. v. *Macarii tres monachi*.

(5) Scriptt. eccles. Hist. litt. s. v. *Macarius senior et Macarius iunior*.

(6) Mémoires T. VIII P. III p. 955 sqq. 1041 sqq. cum notis in fine tomi adiectis.

(7) Prior prodiit sub indice: Specimen examinis critici operum, quae ita feruntur, Macarii, sub laetissimos festosque dies Christo ab inferis magnifice redeunt sacros boni ominis causa edidit I. S. S. Sal. Thur. S. LL. S. Halae Magdeburgicae 1745; altera hoc inscribitur titulo: Specimen animadversionum in aliquot opuscula graeca Macarii, in natalem diem viri summe reverendi, excellentissimi, doctissimi Sigismundi Iacobi Baumgarten SS. Theol. doct. et prof. p. o. Sem. theol. directoris, patroni et praeceptoris officiosissime colendi, bene ominabundus edidit Io. Sal. Semlerus Salfelda Thuring. Halae Salicae 1746. Quarum dissertationum cardo in eo vertitur, ut ostendatur, Macarii scripta, imprimis eius *Opuscula* quae feruntur, spuria esse, ad quod ostendendum partim coniecturis, partim argumentis ex ipso *Opusculorum* textu petitis utitur.

(8) Additiones nimirum ad Bedae Martyrologium, quas e codd. S. Cyriaci Henschenius et Papebrochius ediderunt. AA. SS. Boll. Martii T. II p. VIII. IX.

(9) Martyrologium Usuardi, AA. SS. Boll. Mai. T. VI p. 5. 34.

(10) Adonis arch. Vienn. Martyrologium, Bibl. Max. PP. Lugd. T. XVI p. 832. 834.

(11) Notkeri Martyrologium, Galland. Bibl. PP. T. XIII p. 760. 763.

(12) Vetus Romanum martyrologium, Bibl. Max. PP. Lugd. T. XVI p. 812. Martyrologium Romanum ed. Baronius ad h. dd.

(13) Plura martyrologia recensentur a Bollaudo AA. SS. Ian. T. I p. 84.

(14) Cf. Menologio Sirlleti, quod Canisius edidit. Canisii lect. antiq. ed. Basnage T. III p. 413 in fine. In Calendario ecclesiae Constantinopolitanae ed. Morcelli Romae 1788 T. I p. 85 ad XIX Ianuarii legis: « τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν Μακαρίου τοῦ Ῥωμαίου (sic!) καὶ ἐτέρου Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου. »

(15) In Macarii Alexandrini vita l. I., et in vita Macarii Aegyptii l. I., p. 1005.

(16) Assemanni Calendaria Ecclesiae universae ad XIX Ianuar. T. VI Romae 1755 p. 98 sq. AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 84.

(17) § 24 p. 104. § 25 p. 107. § 30 p. 125 sqq.

(18) Supra § 25 p. 107.

deinde post mortem eius deserta Libyae A petierit? Haec igitur dubitatio plane movetur vita Posthumii, qua Macarium S. Antonii ministrum in coenobio **185** Pispir diem etiam supremum obiisse edocemur : Macarium autem Aegyptium, ut e Palladio constat, in Scete (1), atque Alexandrinum, quod ex eodem verisimillimum est, in Cellulis obdormisse scimus (2). In vita enim illa haec leguntur : « Nota igitur facta est sancto Macario, scilicet beati Antonii discipulo, conversatio Posthumii, et celebre eius factum est nomen, visumque est illi, ad hunc abire in eremum. Nam idem Macarius ab illustri viro Antonio monachorum fere quinquaginta millia susceperat gubernanda. Eiusdem igitur Macarii exitus de saeculo appropinquabat, et Dominico gregi, quis post eius excessum magisterii nomine subrogaretur, inquirebatur. Sanctus itaque Macarius cum ad sanctum venisset Posthumium, excepit eum libenter, praecipue cuius iam ab angelo famam audierat. Non ergo ille ut hospes, sed eius subtiliter explorare propositum venerat. Porro Macarii adspectibus Posthumii complacuit conversatio, et eum suadere coepit, ut sancti Antonii anachoretarum principis non gravaretur visitare reliquias. Sed cum omni virtute reniteretur et abire penitus C nolisset, in somnis Posthumius sine aliquo cunctamine ire iussus divinae contradicere non poterat maiestati. Itaque cum Macario aggreditur iter, multitudinem congregationis monachorum, quae a solo gubernabatur Macario, ingressus, de quo saepe diximus, corpus sepeliisse magistri, cum spiritus eius vocatus est ex saeculo. Qui cum se in extremo vitae istius temporalis adspiceret, advocato ad se sancto Posthumio, ita exorsus est ei : En, frater, tempus resolutionis meae instat; quapropter audiens bonum testimonium de te, finem senectutis meae debilitatis supposui D gressibus ad pertingendum usque ad te. Nunc igitur bene fecisti venire mecum. Suscipe ergo paterno amore gregem Dei ad regendum. Noli quaerere, quod tibi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant; ne ergo neges suscipiendi honoris gratiam, mercedem a Domino rece-

pturus tempore opportuno. **186** Tunc sanctus Posthumius pedibus eius provolutus ait : Carrissime pater, quomodo mihi tam magnae multitudinis curam imponis, rustico homini, literas nescienti? Provide igitur ex iis meritum hominem, qui possit cum sollicitudine tantas animas regere populorum. Tunc Macarius ait Posthumio : Excusationes non audio, neque causas recipio; hi enim omnes sub tua ditione manebunt, nec alius est tantae abstinentiae vir, qui possit istius populi gubernare animas, ac sollicite pertractare; et ut certius dicam, dilectissime frater, te electione sua Dominus designavit ad suscipiendum hunc ministerii locum; nequaquam ergo coelesti poteris contradicere iussioni. Nihil ex hoc Posthumius locutus est Macario, sed dum eius verba secum in animo volveret, Macarius emisit spiritum, statimque populorum ingens turba intente ad funus currunt. Ibi psallentium multitudo diversis hymnorum vocibus, quasi uno ore, laudes Deo canebant, donec corpus ad sepulchrum deduceretur humandum; nemo tamen vehementer dolebat eo, quod sanctus Macarius tam velociter monasterium relinqueret, quoniam Dominus similem ei Posthumium gregi suo magistrum providerat (3). » Quidquid igitur de hac vita statuis, etsi satis antiqua ea esse videatur, apparet tamen, Macarium, quem vitae scriptor S. Antonii discipulum vocat et ministrum, qui corpus eius sepeliverit, monachisque post mortem S. Antonii praefuerit, a nostris Macariis diversum esse. Quapropter etiam duas illas de Macario gratiarum S. Antonii haerede historias, quas supra e Meursiana Historiae Lausiaca editione spurias exhibuimus (4), ad Pispiritanum referendas esse crediderim.

§ 46. Ad ceteros deinde istius temporis Macarios quod attinet, nostri quidem Macarii a Macario iuniore, qui, quum boves pascens caedem haud praemeditatam perpetrasset, in solitudine monachus poenitentiam agebat (5), et a Macario **187** Alexandriae presbytero ptochotrophique Alexandrini praefecto (6), nec nou a

(1) Supra § 12 p. 41.

(2) Supra § 21 p. 86. § 30 p. 127.

(3) Vita S. Posthumii cap. 7, VV. PP. Rosw. p. 257 sq.

(4) § 24. p. 103 sq.

(5) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 18 Opp. Meurs. I. l. p. 385. Cf. Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 29.

Cassiodor. Hist. tripart. lib. VIII cap. 1 in fine. Nicephor. Callist. Eccles. Hist. lib. XI cap. 35.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 7 Opp. Meurs. I. l. p. 757 sq. Idem Macarius presbyter Alexandriae fuisse videtur, quem laudant Socr. Hist. Eccl. lib. I. cap. 27; Sozom. Hist. Eccl. lib. II cap. 22, tum Cassiodorus, Nicephorus Callistus cet.

Macario Hierosolymorum episcopo (1), aliisque (2) facillime distinguitur. Sed una superest difficultas, quam obiicit fragmentum e sermone Philippi Sidensis XXIV in Gallandii Bibliotheca PP. excusum, quo scholae Alexandrinae enumerantur praepositi. Ab Athenagora enim, qui Hadriani et Antonini temporibus florebat, incipiens, recensitis nonnullis aliis ad Serapionem transit, « quem, » inquit, « exceptit magnus ille Petrus episcopus martyrio inclutus. Post Petrum Macarius, qui πολιτικός a conterraneis est cognominatus. Post eum Didymus, post Didymum Rhodon, qui etiam, ut testis est ipse Philippus, scholam transtulit in illam ipsam civitatem Siden imperante magno Theodosio. Huius Rhodonis se discipulum fuisse ait Philippus... » (3). Quid igitur? Num Macarius Alexandrinus, qui Palladio aliisque testibus πολιτικός a coaetaneis vocatus est (4), aliquando, ante Didymum scilicet scholae Alexandrinae praefuit? Omnia sa-

ne, quae de Macario Alexandrino Palladius ceterisque tradiderunt, ei contradicunt. Accedit, quod Palladius, qui tres annos cum Macario Alexandrino vixit (5), et Rufinus, qui, Didymo sex annos audito, in eremum ad Macarium profectus est (6), illius rei ne levissimam quidem mentionem faciunt. Ex quibus ego quidem conicio, Macarium quoque πολιτικόν illum, scholae Alexandrinae aliquando antistitem, a nostris Macariis diversum fuisse. Num vero Macarius presbyter iste Alexandrinus antistes scholae illius statuendus sit, neque negare neque affirmare ausim.

Itaque quaestiones de Macariorum Aegyptii et Alexandrini vitis absolvimus. Ad scripta eorum quod attinet, ea quidem dignissima sunt, de quibus simili ratione accuratius inquiretur. Sed hac disquisitione, quum ab hoc quidem proposito nostro aliena sit, in praesentia super sedemus.

(1) Sozom. Hist. Eccl. lib. I cap. 17; Theodoret. Hist. Eccl. lib. I cap. 16, Opp. ed. Noesselt T. III p. 791 sq.

(2) Huc pertinent Macarius Romanus, cuius vita exstat VV. PP. Rosw. 224 sq., Macarius Mathematicus, quem Rufinus in Apolog. [Inveciv.] lib. II

laudat, cet.

(3) Galland. Biblioth. PP. T. IX p. 401.

(4) Cf. supra § 24 p. 104 § 25 p. 105 sqq.

(5) Supra p. 66. 85.

(6) Supra § 6 p. 18.

APPENDIX PRIOR

QUAE CONTINET

ACTA SANCTORUM MACARIORUM

AEGYPTII ET ALEXANDRINI

Ad codicum mss. fidem partim recognita, partim primum edita, cum versione Editoris.

INDEX.

- I. Vita sancti Macarii Aegyptii ex Historia Lausiaca Palladii ad codicum duorum Vindobonensium fidem edita.
- II. Vita sancti Macarii Alexandrini ex Historia Lausiaca Palladii ad codicum duorum Vindobonensium fidem edita.
- III. Ceteri Historiae Lausiaca loci, quibus sancti Macarii Aegyptius et Alexandrinus nec non Macarius S. Antonii minister memorantur, ad codicum duorum Vindobonensium fidem editi.
- IV. De sancto Marco abbate historia e codice Vindobonensi edita.
- V. De sancto Macario historiae e codice Vindobonensi editae.
- VI. Specimen interpretationis germanicae antiquae historiarum de sanctis Macariis Aegypto et Alexandrino e codice bibliothecae Jesuitarum Coloniensis de promptum.
- VII. Macarii cuiusdam abbatris visiones de sanctis angelis e codice Vindobonensi primum editae.

247 I.

VITA SANCTI MACARII AEGYPTII

Ex Historia Lausiaca Palladii ad codicum duorum Vindobonensium fidem edita.

Cod. ms. hist. graec. LXXXIV, olim XXIX, Bibl. Caes. Vindobon. membranac. pervetustus. A
 Cod. ms. hist. graec. IX, olim XLII, Bibl. Caes. Vindobon. chartac. antiquus. B

In duobus Bibliothecae Caesareae Vindobonensis codicibus mss. textam genuinam Historiae Lausiaca a Palladio conscriptae haberi supra p. 12 sqq. monuimus. Ex his igitur codicibus, quos descripsimus supra p. 14 not. 5 [Cf. Lambecii Comment. Vindob. 1782 T. VIII p. 684 840; de Nessel Catal. P. V. p. 145 51], vitam sancti Macarii Aegyptii, in Historiae Lausiaca capite xv obviam, edidimus, lectionibus variis depravati Meursianae editionis textus neglectis.

Περὶ τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου¹.

De sancto Macario Aegypto.

Τὰ κατὰ τοὺς ἁγίους καὶ ἀθανάτους πατέρας Μα-
 κάριον τὸν Αἰγύπτιον καὶ Μακάριον τὸν Ἀλεξανδρία,
 τοὺς γενναίους² ἄνδρας καὶ ἀκαταγωνίστους³ ἀθλη-
 τὰς, τοῦ⁴ ἐναρέτου αὐτοῦ βίου ἔθλα πολλὰ ὄντα καὶ
 μεγάλα ὀκνῶ λαλεῖν καὶ γράφειν, μήποτε τοῖς ἀμε-
 λετέροις ἀπιστοῖς εἶναι δόξω διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέ-
 γεθος τῶν ὑπὲρ φύσιν κατορθωμάτων. χάριν δὲ
 ὁμῶς τῶν πεπαιραμένων ἐκ τῶν λογίων τοῦ πνεύμα-
 τος τὰς θείας δωρεὰς τοῖς ἀξίοις διανενημένας⁵
 διηγήσομαι τὰ κατὰ τῶν ὁσίων Μακαρίων⁶ τῶν κατ'
 ἄξιαν τῶν ὁσίων ἔθλων τῆς ἀσκήσεως αὐτῶν καὶ τὰ
 ὀνόματα κεκτημένων⁷. καὶ πρῶτον μὲν διηγήσο-

A Sanctorum et immortalium patrum, Macarii
 Aegyptii et Macarii Alexandrini, egregiorum et in-
 victorum athletarum, honestae vitae certamina quae
 sunt multa et magna, vereor dicere et describere,
 ne iis, qui talia minus curant, mendax esse vi-
 dear propter immensam magnitudinem exercitatio-
 num vires naturae excedentium. Sed et eorum
 gratia, qui virtutibus spiritus ornati dona divina
 experti sunt dignis distributa, virtutes emarrabo
 sanctorum Macariorum, qui nomina quoque sanctis
 suis certaminibus **248** asceseos digna possidebant.
 Primum quidem Macarii Aegyptii, qui vixit iute-

VARIAE LECTIONES.

¹ A Περὶ Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου καὶ Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως. ² B τῶς μακαρίους. ³ AB ἀκαταγωνήστους. ⁴ B καὶ τοῦ. ⁵ Emend., AB διανενημένας. ⁶ Corr., A κατὰ τῶν ὁσίων μακαρίων, B κατὰ τοὺς ὁσίους τούτους μακαρίους. ⁷ τῶν κατ' ἄξιαν — κεκτημένων om. B.

gros nonaginta annos, virtutes proferam. Is in solitudinem triginta annos natus ascendit, in qua annos sexaginta peregit. Tanta labores exercitationis tulit constantia, ut post decem annos insigni quadam distinctione dignus habitus παιδαριολόγων vocaretur, quia citius, quam pro aetate, virtutibus profecerat. Quadraginta enim annos natus potestatem expellendi daemones, gratiam curationis, spiritumque prophetiae accepit, et honorabili quoque sacerdotio dignus existimatus est. Cum ipso duo habitabant discipuli in intima solitudine, quae vocatur Scete. Quorum unus semper prope illum erat eorum causa, qui veniebant ut curarentur; alter seorsum sedebat in propria cella. Procedente autem tempore vir sanctus perspicaci oculo praevidens, ei, qui sibi ministrabat, Joannis nomine, qui postea presbyter factus est in ipsius vicinia: Audi, inquit, frater, meam admonitionem, quoniam te tentat spiritus avaritiae. Ita enim equidem vidi, neque ignoro, si meam aequo animo tuleris exhortationem, in opere Dei hoc loco consummaturum te esse, gloriosumque fore, et flagellum non appropinquaturum tabernaculo tuo. At si me non audieris, Giezi in te finis veniet, cujus et morbo laboras. Haec dicta sunt quinque annos antequam sanctus obiit. Et quindecim annis post mortem Macarii quum Joannes bona pauperum avertisset, ita laboravit elephantiasis, ut in corpore ejus non inveniretur integer locus, in quo quis digitum figere posset. Ita in eo, qui non obedierat, prophetia sancti viri impleta est. De cibo autem 249 et potus supervacaneum est narrare, quoniam ne apud hocordiores quidem monachos monasteriorum, quae extra sunt, inveniri ingluvies possit aut alia quaedam a consuetudine eorum, qui in istis locis morantur, diversa vivendi libertas, cum propter inopiam rerum necessariorum, tum propter zelum Dei inter eos, qui ibi habitant, unoquoque semper proximum variis vitae institutis vincere contendente. Atque ad aliam hujus viri exercitationem quod spectat, ipse dicebatur adsidue in extasi esse, et majori tempore Deo magis quam rebus terrenis occupari. Nec pauca feruntur miracula ab eo peracta.

Libidinosus quidam homo, Aegyptius genere, captus erat amore cujusdam pudicae mulieris, quae viro nupserat. Quum desiderio frustraretur, convenit magum, cui: Fac, inquit, arte tua, aut ut amet me, aut ut maritus eam foras ejiciat. Magus quae poterat expertus, quoniam castum ejus animum dimovere non posset, effecit, ut equa videretur iis, qui eam intuebantur. Maritus ergo ejus ubi foras

Α μαί ° τοῦ Αἰγυπτίου Μακαρίου τὰς ἀρετὰς· δς ° ἐξηκοτὰ σύμπαντα ἔτη ἐνενήκοντα 16· ἀνελθὼν μὲν τριακονταετής νεώτερος, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ πεποιθηκώς ἔτη 11· τοσαύτη ἐχρήσατο καρτερίᾳ πόνων ἀσκητικῶν, ὡς εἰς δέκα ἔτη τοῦτον 12 πολλῆς καὶ μεγάλης ἀξιώθῃναι διακρίσεως, ὥστε καλεῖσθαι αὐτὸν παιδαριολόγοντα διὰ τὸ θάττον τῆς ἡλικίας ταῖς ἀρεταῖς προκοῖναι. ἐτῶν γὰρ μ' γενόμενος 13 καὶ κατὰ πνευμάτων ἔλαβεν ἐξουσιαστικὴν δύναμιν καὶ χάρισμα 14 λαμάτων καὶ πνεῦμα προβόησεων καὶ τῆς ἐντιμῶν κερωσύνης κατηξιώθη. τοῦτω συνῆσαν δύο μαθηταὶ εἰς τὴν ἐνδοτάτην 15 ἐρημον τὴν καλουμένην Σκήτιν 16. ὁ μὲν εἰς 17 πλησίον αὐτοῦ ἦν 18 διὰ τοὺς 19 περὶ θεραπείας 20 ἐρχομένους 21· ὁ δὲ ἄλλος ἀνεχώρει κατ' ἰδίαν κέλλαν 22. χρόνον δὲ προκοψάντος διορατικῶς ἤματι λέγει τῷ ὀνηρητοῦντι αὐτῷ ὄνοματι Ἰωάννη, εἰς ὕστερον δὲ 23 γενομένῳ πρεσβυτέρῳ εἰς τὸν τόπον τοῦ ἁγίου· ἀκούσον μου τῆς νοουθεσίας, ἀδελφε, ἐπειδὴ πειράζει σε τὸ πνεῦμα τῆς φιλαργυρίας. οὕτω γὰρ ἐγὼ εἴωρακα καὶ οἶδα, ὅτι, ἐάν μου ἀνάσχῃς τῆς παρακλήσεως, τελειωθήσῃ ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ τόπῳ τοῦτω καὶ δοξασθήσῃ καὶ μάλιστα οὐκ ἔγγιεῖ τῷ 24 σκηνώματί σου. ἐάν δὲ μου παρακούσῃς, τοῦ Γιεζὶ ἦξει ἐπὶ σὲ τὰ τέλη, οὐ καὶ τὸ πάθος νοσεῖς. καὶ ταῦτα μὲν πρὸ ε' ἐτῶν τῆς κοιμήσεως τοῦ ἁγίου εἰρηται. καὶ μετὰ ἄλλα ιε' ἔτη οὕτως ἐλεφαντίασε νοσφισάμενος τὰ τῶν πτωχῶν, ὡς μὴ εὐρεθῆναι ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἀκέραιον 25 τόπον, ἐν ᾧ τις δάκτυλον πῆξοι 26· καὶ οὕτως ἐπὶ τὸν παρακούοντα 27 ἡ προφητεία τοῦ ἁγίου πεπλήρωται. Περὶ μὲν οὖν βρώσεως καὶ πόσεως περιττόν ἐστι διηγεῖσθαι, ὅποτε οὐδὲ παρὰ τοῖς βραθυμοτέροις τῶν ἔξω μοναστηρίων ἔστιν εὐρεθῆναι ἀδηφαγίαν ἢ ἀλγὴν τινὰ ἀδιαφορίαν, ἢ παρὰ τοῖς οὖσις ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, καὶ διὰ 28 τὴν σπάνην τῶν χρεῶν, καὶ διὰ τὸν κατὰ θεὸν ζῆλον τῶν κατοικοῦντων ἐκεῖ, ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους 29 ἐκάστων φιλονεικούντων 30 ὑπερβαίνειν τὸν πλησίον ταῖς 31 διαφόροις πολιταῖς 32. περὶ δὲ 33 τῆς ἄλλης ἀσκήσεως τοῦ ἁγίου, οὗτος ἐλέγετο ἀδιαλείπτως 34 ἐξίστασθαι καὶ μᾶλλον τῷ πλείονι χρόνῳ προσδιαιτρίβειν 35 Θεῷ ἢ τοῖς ὑπ' οὐρανὸν πράγμασιν. οὐ καὶ διάφορα φέρονται θαύματα 36.

Ἄσωτός τις ἀνὴρ Αἰγύπτιος ἐρασθεὶς γυναικὸς ὑπάνδρου καὶ σώφρονος καὶ ἀποτυχῶν τῷ σκοποῦ προσωμίλησε γόητι λέγων· Ἔργασαι τῇ τέχνῃ σου, ἢ ἵνα ἀγαπήσῃ με, ἢ ἵνα ῥίψῃ 37 αὐτὴν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. καὶ λαθὼν ὁ γόης τὸ ἱκανὸν παρ' αὐτοῦ 38, καὶ μὴ δυνηθεὶς μεταστῆσαι τὸν σώφρονα νοῦν αὐτῆς, παρασκευάζει, ὡς φορβάδα 39 αὐτὴν φαίνεσθαι ταῖς ὀρώσιν· καὶ ἐξελθὼν ἐξῴθεν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς καὶ ἰδὼν

VARIAE LECTIONES.

° διηγήσομαι om. B. ° B οὗτος. 16 B ἐνενήκοντα ἔτη. 11 B ἐν τῇ ἐρημῷ πεποιθὴς δὲ ἐκείσεν ἐξήκοντα ἔτη. 12 Coni., τοῦτον om. B, A τούτου. 13 B γεγονώς. 14 A χάρισμα. 15 Emend., AB ἐνδοτάτην. 16 B σκήτην. 17 B καὶ ὁ μὲν εἰς. 18 B ἴκα. 19 διὰ τοὺς om. B. 20 Emend., A περὶ θεραπείας, B πρὸς θεραπείαν. 21 B τῶν ἐρχομένων. 22 B κατ' ἰδίαν εἰς κέλλαν. 23 δὲ om. B. 24 B ἐν τῷ. 25 A ἀκαίριον, B ὑγιῆ. 26 Ex Coni., A πῆξει, B θήσοι. 27 Emend., A B παράκουον. 28 διὸ om. A. 29 τῶν κατοικούντων—πρὸς ἀλλήλους om. B. 30 Βεκάστων φιλονεικούντος. 31 Pro ταῖς B ἐν. 32 AB πολιταῖς. 33 Corr. AB τῇ. 34 B ὅτι ἀδιαλείπτως. 35 B προσδιαιτρίβε. 36 B addit indicem· Περὶ τοῦ (sic!) εἰς φορβάδα μετακληθείσης γυναικός. 37 Ex conii., A ῥίψει, B ἐκβάλλη. 38 B ἀπ' αὐτοῦ. 39 A φορβάδα, et sic ubique.

αὐτὴν ἐν σχήματι φορβάδος ἀπωδύρετο καὶ ἔκλαιε τὴν συμφορὰν· καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς πρεσβυτέρους τῆς κώμης δείκνυσι αὐτὴν, καὶ οὐδὲ αὐτοὶ συνῆκαν τὸ γεγονός. καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας μηδενὸς γευσάμενης αὐτῆς, τέλος, ἵνα δοξασθῇ ὁ Θεὸς τὸν ἄγιον αὐτοῦ, ἀνέθη ἐπὶ ⁴⁰ τὸν νοῦν τοῦ ἀνδρός, ἀγαγεῖν αὐτὴν ⁴¹ εἰς τὴν ἔρημον ⁴² πρὸς τὸν ἄγιον ⁴³. καὶ φορβιάσας ⁴⁴ αὐτὴν ὡς ἴππον, οὕτως αὐτὴν ἤγαγεν, ἔνθα ὤκει ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. καὶ ἐν τῷ πλησιάζαι λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἀδελφοί· τί ὧδε τὴν φορβάδα ἤγαγες; καὶ λέγει ἐκεῖνος· ἵνα ἐλεθῇ τῇ προσευχῇ τοῦ δικαίου. οἱ δὲ πρὸς αὐτόν ⁴⁵· τί γὰρ ἔχει κακόν; λέγει αὐτοῖς· αὕτη, ἣν ὁρᾶτε ⁴⁶ φορβάδα, ἡ γυνὴ μου ἦν ἡ ἀθλία, καὶ οὐκ οἶδα, τί νῦν μὲν αὕτη ⁴⁷. ἀπεκαλύφθη δὲ τῷ ἁγίῳ πάντα τὰ γεγονότα αὐτῇ ⁴⁸, καὶ ἦν δεόμενος τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτῆς. οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα ἀναφέρουσι τῷ θεράποντι τοῦ Χριστοῦ Μακαρίῳ λέγοντες, ὅτι φορβάδα ἐνταῦθά τις ἤγαγεν. λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς ἐστε ἴπποι, οἱ τῶν ἴππων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες· ἐκαίνη δὲ γυνὴ ἐστίν, ὡς ἐκτίσθη, ἀλλὰ μόνον τοῦτο φαίνομένη ⁴⁹ μετασχηματισθεῖσα τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἡπατημένων. καὶ προσαχθείσης αὐτῆς εὐλόγησας ὕδωρ καὶ ἀπὸ κορυφῆς ἐπιπέσας αὐτῇ γυμνῇ, καὶ εὐχὴν ποιήσας ⁵⁰ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς ⁵¹, παραχρῆμα ἐφάνη πᾶσι γυνὴ καθορώσιν ⁵², καὶ ἐκέλευσεν αὐτῇ δοθῆναι ⁵³ φαγεῖν. ἠπέθετο δὲ αὐτῇ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος εἰπὼν· μηδέποτε ἀπολειφθῆς ⁵⁴ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ⁵⁵ καὶ τῆς κοινωνίας τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ ⁵⁶. τοῦτο γὰρ σοι συνέβη διὰ τὸ ἐπὶ ⁵⁷ πέντε ἑβδομάδας μὴ προσαηλυθῆναι εἰς τοὺς ἀχράντους μυστηρίους. οὕτως ἰασάμενος αὐτὴν σώματι καὶ ψυχῇ ἀπέλευσεν αὐτὴν.

Ἐλέγετο δὲ, ὅτι ἐν τῷ μακρῷ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ ὑπόγειον ⁵⁸ ποιήσας ⁵⁹ σύριγγα ὀρύγματος ἀπὸ τῆς κέλλης αὐτοῦ ἡμισταδίῳ μήκῳ εἰς τὸ ἄκρον σπηλαίον ἀπετέλεσεν, καὶ εἰ ποτε πλείονες αὐτῷ ὄχλων, κρυπτῶς ἐκ τῆς κέλλης ἐξίω ἀπῆει εἰς τὸ σπηλαίον καὶ οὐχ εὐρίσκατο· καὶ ὅτι ἀπὼν διὰ τῆς σύριγγος εἴκοσι τέσσαρας ἔποιε εὐχὰς ἕως τοῦ σπηλαίου, καὶ ἐρχόμενος πάλιν ὁμοίως.

Περὶ τούτου ἐξῆλθε φήμη, ὅτι καὶ νεκρὸν ἤγειρεν, ἵνα αἰρετικὸν πείσῃ μὴ ὁμολογοῦντα ἀνάστασιν σωμάτων· καὶ αὕτη ἡ φήμη ἐκράτει περὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ ⁶⁰.

Καὶ ἄλλοτε προσενέχθη αὐτῷ νεανίσκος δαιμονίων παρὰ τῆς ἰδίας μητρὸς, δυσὶ νεανίσκοις συνδεδεμένους ἐξ ἑκατέρου μέρους· ταύτην δὲ ⁶¹ τὴν ἐνέργειαν ὁ δαίμων εἶχεν· τριῶν μοθίων ἄρτους ἤσθις, καὶ κελικίσιον ὕδατος ἔπιεν· ἄπερ ⁶² ἐρευγόμενος εἰς ἀτμὸν ⁶³ ἀνέλυε τὰ βρώματα ὡς ἀπὸ ⁶⁴ πυρὸς δαπανώμενα ⁶⁵. ἔστι γὰρ τι δαιμόνιον τάγμα πύρινον λεγόμενον, οὐκ οὐσίας μεταβληθείσης ⁶⁶, ἀλλ' ὡς καὶ

VARIAE LECTIONES.

⁴⁰ Β εἰς. ⁴¹ Β αὐτὴν πρὸς αὐτόν. ⁴² Α ἔρημον, et sic fere ubique. ⁴³ πρὸς τὸν ἄγιον om. Β. ⁴⁴ Sic AB. ⁴⁵ Β οἱ δὲ εἶπον. ⁴⁶ Α ὁρᾶται. ⁴⁷ AB αὕτη. ⁴⁸ Α αὕτη, Β εἰς αὐτὴν. ⁴⁹ Pro ἀλλὰ μόνον τοῦτο φαίνομένη Β οὕτω δὲ φαίνεται. ⁵⁰ Pro καὶ ἀπὸ κορυφῆς—ποιήσας Β ἐπέχεεν ἐπὶ τὴν κορυφὴν αὐτῆς καὶ ποιήσας εὐχὰς. ⁵¹ αὐτῆς om. Α. ⁵² Pro ἐφάνη πᾶσι γυνὴ καθορώσιν Β ἔδειξεν αὐτὴν γυναῖκα κατὰ εὐσιν. ⁵³ δοθῆναι om. Β. ⁵⁴ Β ἀπολειφθῆναι. ⁵⁵ τοῦ Θεοῦ om. Α. ⁵⁶ τοῦ Χριστοῦ om. Β. ⁵⁷ ἐπὶ om. Β. ⁵⁸ Emend., AB ὑπόγειον. ⁵⁹ Α ποιήσας. ⁶⁰ B addit titulum : Περὶ τοῦ δαιμονιώτου καὶ πολλὰ ἐσθλοτοῦς. ⁶¹ Pro ταύτην δὲ Α male δὲ ταύτην. ⁶² Β ἄπερ καὶ. ⁶³ Pro ἀτμὸν Β male αὐτόν. ⁶⁴ Β ὑπό. ⁶⁵ Corr., AB δαπανώμεναι. ⁶⁶ Corr., Α Β μεταβληθείσης.

A venit, in forma equae eam conspicatus, ingemuit ac flevit de iis, quae acciderant. Vocatis deinde vici presbyteris eam ostendit, sed ne hi quidem rem intellexerunt. Quum igitur illa tribus diebus nihil omnino comedisset, postremum Deus sanctum suum glorificaturus cogitationem marito iniecit adeundi cum ea sanctum virum in solitudine; quare is capistro ligatam ut equam duxit, ubi vir Dei habitabat. Appropinquant fratres: Quid, inquit, huc equam adduxisti? Ille respondet: Ut justis oratione misericordiam consequatur. At hi: Quid tandem mali habet? Respondet: **250** Haec, quam videtis equam, cara mea uxor erat, et, quid jam ei acciderit, nescio. Revelata autem sancto omnia erant, quae femina pateretur, et Deum orabat pro ea. Illi vero cum ista audivissent, referunt ad servum Christi Macarium, dicentes: Equam aliquis huc adduxit. Quibus is: Vos, inquit, estis equi, qui equorum oculos habetis; illa autem femina est, ut est creata, et ita transformata oculis tantum apparet eorum, qui sunt decepti. Deinde aqua benedicta nulam, quam adduxerant, a summo vertice aspersit, quumque super caput ejus precatus esset, statim omnibus eam videntibus femina apparuit. Atque vir Dei ei cibum apponi jussit. Tum eam commonuit dicens: Nunquam non compareas in ecclesia Dei et in communione mysteriorum Christi; haec enim tibi acciderunt, quia jam quinque hebdomadibus non accessisti ad intemerata Christi mysteria. Ita eam corpore et anima sanatam dimisit.

Porro dicebatur posteriore vitae suae tempore C subterranean fodisse cuniculum in dimidii spatii stadii, et speluncam adjecisse. Si quando igitur complures ei erant molesti, occulte e cella egressus abiit in speluncam, ita, ut nemo eum inveniret. Abiens vero per cuniculum viginti quatuor orationes dicebat usque ad speluncam, et rediens totidem.

Deo quoque fama exiit, quod mortuum suscitavit, ut convinceret haeticum, qui resurrectionem corporum non profitebatur. Quae quidem fama constans fuit in solitudine.

251 Alias ad ipsum mater adduxit adolescentem, qui a daemone vexabatur, a duobus adolescentibus utrimque constrictum. Eamque in eum vinum daemone exercuit, ut trium modiorum panes comederet, et amphorae Ciliciensis aquam biberet. Quos cibos exinde eructans in vaporem resolvebat, tanquam igne consumerentur. Est enim ordo quidam daemonum, qui igneus vocatur, qui quidem non essentia,

sed, ut in hominibus quoque invenitur, mente potius differunt. Iste igitur adolescens, si a matre non satis ei suppeditabatur, saepe propriam suam edebat corporis egestionem, et lotium bibebat. Flente matre et lamentante, sanctumque enixe obtestante, istum sanctus excepit, et supplex pro eo Deum oravit. Ac post duos dies miserum daemon cruciatum remisit. Tunc matri ejus: Quantum, inquit, vis, ut comedat? Quam, quum decem libras significasset, increpavit, quia nimium dixisset; atque iterum super adolescente precatus cum jejuniis, septem dierum daemonem ingluviei ab eo expulit, et cibum ei constituit trium librarum panem, quem comedere deberet, si operaretur. Ita et hunc virtute divinae gratiae sanatum matri reddidit.

Talia Deus stupenda miracula fecit per dilectum suum Macarium, cujus immortalis anima nunc est cum angelis. Ego sanctum ipse non conveni; anno enim, antequam in solitudinem ingrediebar, obierat.

Α ἐπὶ ἀνθρώπων γνώμης μᾶλλον ἀλλοιούμενης. οὗτος τοίνυν μὴ ἐπαρκούμενος παρὰ τῆς μητρὸς τὴν ἴδιαν κόπρον πολλὰκις ἤσθιε καὶ τὸ ὄυρον ἔπινε. κλαιούσης οὖν ἑτῆς μητρὸς καὶ ὀδυρομένης καὶ τὸν ἅγιον ἰκετεούσης λαβὼν ἔκαινον ὁ ἅγιος, καὶ ἐπευξάμενος αὐτῷ καὶ τὸν Θεὸν ἰκετεύων ἐπὶ δύο ἡμέρας, ὑπαλώφησε τοῦ δαιμονίου πάθους ὁ δαίμων. τότε λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ· πόσον θέλεις ἵνα ἐσθίῃ; καὶ αὐτῆς δέκα λίτρας εἰπούσης ἐπατίμησεν αὐτῇ ὡς πολὺ εἰρηκίας, καὶ ἐπευξάμενος πάλιν τῷ νεανίσκῳ μετὰ νηστειᾶν ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας ἐξέλασεν ἀπ' αὐτοῦ τὸν δαίμονα τῆς πολυφαγίας, καὶ ἔστησεν αὐτῷ τὴν τροφήν τριῶν λιτρῶν ἄρτους ἑβδόμητον τοῦτο ἐσθίειν. οὕτως οὖν καὶ τούτον τῇ τῆς θείας χάριτος συνεργίᾳ ἰασάμενος ὀγιτῆ τῇ μητρὶ ἀπέδωκεν.

Β Ταῦτα τὰ παράδοξα θαύματα πεποίηκεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ γνησίου αὐτοῦ φίλου Μακαρίου, οὗ ἡ ἀθάνατος ψυχὴ νῦν μετὰ ἀγγέλων ἐστίν. ἐγὼ τῷ ἁγίῳ τούτῳ οὐ συνέντευχον· πρὸ ἐνιαυτοῦ γὰρ τῆς εἰς τὴν ἔρημον ἐμῆς εἰσόδου ἐξεκοίμητο.

252 II.

VITA SANCTI MACARII ALEXANDRINI

Ex Historia Lausiaca Palladii ad codicum duorum Vindobonensium fidem edita.

Cod. ms. hist. graec. LXXXIV, olim XXIX, Bibl. Caes. Vindobon. membranac. pervetustus A
 Cod. ms. hist. graec. IX, olim XLII, Bibl. Caes. Vindobon. chartac. antiquus B

Sunt iidem codices atque supra. In quibus sancti Macarii Aegyptii vitam altera haec excipit sancti Macarii Alexandrini. Textus Meursiani lectioes varias, quae sunt innumeratae, non adscripsimus.

De sancto Macario Alexandrino.

Sanctum vero Macarium Alexandrinum conveni, qui presbyter erat Celliorum, quae dicuntur. In quae ego novem annos secessi, ex quibus tres mecum vixit ille Macarius in quiete degens. Atque alia quidem ipse vidi apud eum optimae ejus vivendi rationis opera et signa, alia ab iis, qui una cum eo vixerunt, didici, alia denique a compluribus aliis audivi. Exercitatio igitur Macarii magni, ut ego et multi apud eum didicimus, haec fuit: Si quod opus exercitationis aliquem unquam fecisse audierat, idem efficere ardentem studuit. Hic igitur sanctus, quum audiisset, Tabennesiotas per totam quadragessimam nulla re vesci quae igni admota esset, statuit et ipse septennio nihil, quod per ignem transiisset, comedere, et septem annis nihil aliud gustavit, nisi cruda olera, et si quae forte invenisset legumina humectata. De alio audierat, qui libram

С Περί τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρίνου. Τῷ δὲ ἁγίῳ Μακαρίῳ τῷ Ἀλεξανδρείῃ συντετύχηκα προσκυτέρῳ ἐντι τῶν λεγομένων καλλίων, εἰς ἃ ἐγὼ παρήχησα ἐννέα ἔτη. ἐν οἷς τρία ἔτη μοι ἐπέζησεν ὁ Μακάριος οὗτος, διάγων ἐν ἡσυχίᾳ. καὶ τὰ μὲν εἶδον ἐγὼ παρ' αὐτοῦ τῆς ἀρίστης πολιτείας αὐτοῦ ἔργα τε καὶ σημεῖα, τὰ δὲ παρὰ τῶν τούτου συμβιωσάντων μεμάθηκα, τὰ δὲ παρ' ἑτέρων πλειόνων ἀκήκοα. ἡ μὲν οὖν ἀσκήσις τοῦ μεγάλου Μακαρίου, ὡς ἐγὼ καὶ πολλοὶ παρ' αὐτῷ ἤκριθώσαμεν, ἦν αὕτη· εἰ τι ἀκήκοε πώποτε τινα πεποιηκότα ἔργον ἀσκήσεως, διὰ σπουδῆς τοῦτο κατώρθωσεν. ἀκούσας οὖν, ὅτι οἱ Ταβεννησιῶται διὰ πάσης τῆς τεσσαρακοστῆς ἀπυρον ἐσθίουσιν, ἔκρινε· οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ ἑπταετίαν ὁ δὲ διὰ πυρὸς διέρχεται, μὴ φαγεῖν, πληρὴν λαχάνων ὠμῶν καὶ ἐπιπυρῶν ὀσπρίων βρεκτοῦ, μηδενὸς ἄλλου ἑπτὰ ἔτεσι γευσάμενος. ἤκουσεν ἄλλου, ὅτι λί-

VARIAE LECTIONES.

ἄ Corr., AB τόν. ὀ A τόνον. ὀ καὶ om. A. ὀ καὶ om. A. ὀ B καὶ τετύχηκεν. ὀ B τρεῖς λίτρας ἄρτου. ὀ Corr., AB συνεργία. ὀ A διὰ τοῦ σαυτοῦ (forte δαυτοῦ?) γνησίου. ὀ ἀθάνατος om. B. ὀ Sic AB. sine apostropho, ut saepe. ὀ AB οὐκ. ὀ Ex conl., A κεκοίμητος B ἐκοίμητο. ὀ Indicem hunc om. A. ὀ B ἔνναστια. ὀ B ἐπέζησέ μοι. ὀ B καὶ πολλὰ μὲν. ὀ παρ' αὐτοῦ om. B. ὀ B τῆς ἀρίστης αὐτοῦ πολιτείας. ὀ B καὶ διὰ. ὀ Pro τὰ δὲ παρ' ἑτέρων πλειόνων B ἕτερα δὲ καὶ παρ' ἄλλων πολλῶν. ὀ Pro ὡς ἐγὼ καὶ πολλοὶ—αὕτη B ὡς ἐγὼ τε καὶ πλείονες ἕτεροι ἠκριθώσαμεν, αὕτη ἐστίν. ὀ B ἐργασάμενον. ὀ B διὰ πολλῆς σπουδῆς. ὀ B ἀκηκώς. ὀ B ἔκρινε. ὀ Pro ὁ δὲ διὰ πυρὸς—φαγεῖν B μὴ φαγεῖν ἃ διὰ πυρὸς διέρχεται. ὀ Corr., A ὀσπρίων, B ὀσπρίων. ὀ A καὶ μηδενός. ὀ Pro πληρὴν λαχάνων—γευσάμενος B μηδενός ἄλλου ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι γευσάμενος πληρὴν λαχάνων ὠμῶν καὶ ὀσπρίων βρεκτῶν, εἰ ποτε τούτων εὐκρίθησε. ὀ Pro ἤκουσε ἄλλου B περὶ δὲ τινος ἄλλου ἀκούσας.

τραν ἔρτου ἐσθίει, καὶ κλάσας τὰ βουκαλάτα, ἃ εἶχεν, A panis comederet; quare fregit, quae habuit, buccellata, et in lagenam immisit, statuens tantum comedere, quantum manus ipsius sursum tulisset. Magna autem haec quoque fuit continentia. Nam festive nobis narrabat: Plura quidem frusta apprehendebam, sed efferre non poteram ob angustiam foraminis. Publicanus enim, inquit, mihi non permittebat omnino non vesci. Sic igitur tres annos peregit, quatuor quidem vel quinque uncias comedens et modicum aquae bibens. Olei autem sextarium toto anno in alimentum consumebat. Statuit aliquando superare somnum, ut ipse nobis narravit: Totis viginti diebus et noctibus sub tectum non sum ingressus, interdiu quidem aestu urebar, noctu vero febris rigebam. Quod nisi tectum citius essem ingressus, inquietabat, et somno usus essem, cerebrum ita mihi esset arefactum, ut, quin in exstasi agerer, parum abesset. Et quantum, inquit, in me fuit, vici somnum, quantum opus est, naturae concedens.

Τοῦ ἀγίου τούτου ἐν τῇ κέλλῃ καθεζομένου πρῶτ¹⁶ κώνωφ ἐπὶ τοῦ ποδὸς αὐτὸν ἐκέντησεν. καὶ ἀλγῆσας τῇ χειρὶ τούτου κατέειξεν¹⁷ κεκορισμένον¹⁸ τοῦ αἵματος. ὕπερον δὲ κατεγυμνώσας¹⁹ ἑαυτοῦ²⁰ ὡς ἑαυτὸν²¹ ἐδικήσαντος καταδικάζει ἑαυτὸν, ὥστε εἰς τὸ ἔλος τῆς Σκήτως, ὃ ἐστὶν ἐν τῇ πανερήμῳ²², καθεσθῆναι γυμνὸν ἐπὶ μῆνας ἕξ, ἐνθα οἱ κώνωπες δύνανται²³ καὶ σῦάγων δέρματα τιτρώσκειν ὡσεὶ σφήκας ὄντες μεγάλοι. οὕτως ὅτ' αὐτὸν ἐτρώθη ὄλος, ὡς καὶ σφονδύλους ἐξεγεγκεῖν καθ' ὅλου τοῦ σώματος, καὶ τινὰς νομίσαι²⁴ ὅτι ἐλεφαντίησεν²⁵, ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ ἀπὸ τῆς φωνῆς μόνον²⁶ ἐγνωρίζετο αὐτὸν εἶναι τὸν Μακάριον.

Ἐπεθύμησέ²⁷ ποτε, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγῆσατο, εἰς τὸ κηποτάφιον εἰσελθεῖν Ἰαννοῦ²⁸ καὶ Ἰαμβροῦ²⁹, τῶν μάγων τῶν ἐπὶ τοῦ Φαραῶ, ἱστορίας χάριν ἢ συντυχίας τῶν ἐκεῖσε δαιμόνων. ἐλέγετο γὰρ πολλοὺς καὶ χαλεποὺς ἀποκεκληρωσθαι ἐν αὐτῷ παρ' αὐτῶν³⁰ δαίμονας δι' ὑπερβολὴν μαγικῆς τέχνης, δι' ἧς καὶ τὰ πρῶτα εἶχον τῶν κατ' ἐκείνου³¹ καιροῦ παρὰ τῷ Φαραῶ³² ὡς οὖν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ δυναστείαν κεκτημένοι ἐν τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ³³ ἐκ τετραπέδων λίθων ἔκτισαν τὸ ἔργον ἐκεῖνο, ἐν αὐτῷ μνημα³⁴ πεποιηκότες καὶ χρυσὸν πολὺν ἀποθέμενοι, καὶ δένδρα παντοῖα ἐφυτεύσαντο, καὶ φρέαρ ὕδατος μέγιστον ὠρυξαν³⁵ ἐλπίζοντες θῆθεν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἐφιξίν³⁶ ἐν τούτῳ³⁷ τῷ παραδείσῳ τρυφᾶν. τὴν οὖν ἐπὶ τὸν κῆπον τούτου ὁδὸν ἀγνοῶν ὁ τοῦ Χριστοῦ

Cupit aliquando, ut nobis ipse narravit, ingredi monumentum, quod dicitur κηποτάφιον Jannes et Jambres magorum, qui fuerunt tempore Pharaonis, videndi causa, aut daemones, qui ibi sunt, conveniendi. Dicebantur enim multi iique feroces ibi ab illis collocati esse daemones per excellentiam magicae artis, qua primas quoque illo tempore partes apud Pharaonem habuerunt. Qui ita nacti potestatem in Aegypto, tempore vitae suae ex quadratis lapidibus construxerunt illud opus, in quo monumentum fecerunt et multum auri deposuerunt, omnis quoque generis arbores plantarunt, et puteum aquae maximum foderunt, sperantes quidem fore, ut post suum hinc illuc discessum fruerentur deliciis in hoc paradiso. Servus igitur Christi Ma-

VARIAE LECTIONES.

¹⁶ Pro καὶ κλάσας — ἐσθίειν B τὰ βουκαλάτα, ἃ ἐκέντητο, εἰς μικρὰ τρίψας ἀπέβαλεν εἰς κέραμα τοσοῦτον μόνον ἐσθίειν κρίνας. ¹⁷ μὲν om. B. ¹⁸ δὲ om. B. ¹⁹ φησὶ om. A. ²⁰ A συνεχώρει φησὶ. ²¹ B τὸ μὴ ὄλω. ²² B οὕτως δέ. ²³ B οὐγκίας τῆς ἡμετέρας. ²⁴ Corr., τὸν om B, A τὸ. ²⁵ Ἴσον om. A. ²⁶ δὲ om. A. ²⁷ ὅτι om. B. ²⁸ B εἰσηλθόν. ²⁹ ἡμέρας om. A. ³⁰ ἔφη, ὑποστέγην — μου om. B. ³¹ Pro Τοῦ ἀγίου — πρῶτ B Ἄλλοτε ποτε ἐν κέλλῃ τούτου καθεζομένου. ³² Pro τούτου κατέειξεν B συνετέριψε τούτου. ³³ Corr., AB κορισμένον. ³⁴ Corr., AB κατωγυμνώσας ἑαυτοῦ. ³⁵ AB σενυτόν. ³⁶ Emend., A πανερήμῳ, B ἐρήμῳ. ³⁷ A δύναται. ³⁸ A νομίσει. ³⁹ Corr. B ἐλεφαντία, ἐστίν. ⁴⁰ B ἀπὸ μόνης τῆς φωνῆς. ⁴¹ B Ἠθέλησε δέ. ⁴² B Ἰαννῆ. ⁴³ B Ἰαμβρῆ. ⁴⁴ Pro ἐν αὐτῷ παρ' αὐτῶν B παρ' αὐτῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. ⁴⁵ Corr., AB κατ' ἐκείνῳ. ⁴⁶ B ἐν τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ om. B. ⁴⁷ B ἐν αὐτῷ τὸ μνημα αὐτῶν. ⁴⁸ B φρέαρ μέγιστον ὠρυξαν ὕδατος. ⁴⁹ Pro ἐκεῖσε ἐφιξίν B μετὰστασιν. ⁵⁰ B ἐν ἐκείνῳ.

(b) Ὁ λόγος ὁ κακός. In Colbertino libro hoc reperi Apophthegma : Εἶπεν γέρον· ὁ λόγος ὁ σκλη-

ρὸς καὶ τοὺς καλοὺς ποιεῖ κακοὺς· ὁ δὲ καλὸς ὠφελεῖ πάντας. *Coteler.*

(c) Cf. VV PP. Rosw. lib. III cap. 127.

αυτοῦ· καὶ πάλιν ἐκάθισε, καὶ οὐκ ἀνέστη, ἕως ἀπεγέμισαν ὅλα τὰ σκεῦη· καὶ οὕτως ἀπῆλθεν (α).

41. Ὁ ἀββᾶς Ἀἰὼ ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Μακάριον λέγων· εἰπέ μοι ῥῆμα. λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· φεύγε τοὺς ἀνθρώπους· κάθισον εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ κλαῦσον τὰς ἀμαρτίας σου, καὶ μὴ ἀγαπήσης λαλιὰν ἀνθρώπων· καὶ σώζη (β).

A neque exsurrexit, donec deposuissent cunctam supellectilem. Tunc demum abiit.

41. Aio abbas interrogavit Macarium abbatem et : Profer mihi, inquit, sententiam. Respondet ei Macarius abbas : Fuge homines, sede in cellula tua et desse peccata tua, neque dilexeris loquelam hominum, salusque tibi obtinget.

NOTAE.

(α) Cf. supra sub 18, VV. PP. Rosw. lib. III cap. 73, lib. VII cap. 3, 1.

(β) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 189.

IV.

ALIA SANCTI MACARII APOPHTHEGMATA

A JO. BAPT. CÔTELERIO EDITA.

(Sanctorum senum Apophthegmata) s. vv. Agathon, Zacharias, Theodorus Phermensis apud Jo. Bapt. Cotelerium Eccl. Graec. Mon. T. I, p. 372. 445. 451.

1. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Πέτρος ὁ τοῦ ἀββᾶ Λώτ, ὅτι ἐν τῷ κελλίῳ τοῦ ἀββᾶ Ἀγάθωνος ἤμην ποτέ, καὶ ἦλθε πρὸς αὐτὸν ἀδελφὸς λέγων· θέλω οἰκῆσαι μετὰ ἀδελφῶν· εἶπόν μοι πῶς μετ' αὐτῶν οἰκήσω. λέγει αὐτῷ ὁ γέρον· ὡς ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὅτε εισέρχῃ πρὸς αὐτούς, οὕτως φύλαξον τὴν ξενιτείαν σου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου, ἵνα μὴ παρῆρσιασθῆς μετ' αὐτῶν. λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· τί γὰρ ποιεῖ ἡ παρῆρσια; λέγει αὐτῷ ὁ γέρον· ἔοικεν ἡ παρῆρσια καύσωνι μεγάλῳ· ὅς ὅταν γίνηται, πάντες φεύγουσιν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τῶν δένδρων τὸν καρπὸν διαφθείρει. λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· οὕτως χαλεπὴ ἐστὶν ἡ παρῆρσια; καὶ εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀγάθων· οὐκ ἔστιν ἕτερον πάθος χαλεπώτερον τῆς παρῆρσίας· γεννήτρια γὰρ ἐστὶ πάντων τῶν παθῶν· πρέπει δὲ τῷ ἐργάτῃ μὴ παρῆρσιάζεσθαι, καὶν μόνος ἢ ἐν τῷ κελλίῳ. οἶδα γὰρ ὅτι ἀδελφὸς ποιήσας χρόνον ἐν τῷ κελλίῳ οἰκῶν, ἔχων τι κοιτωνάριον, εἶπεν, ὅτι μετέβην ἐκ τοῦ κελλίου, μὴ γνοὺς αὐτὸ τὸ κοιτωνάριον, εἰ μὴ ἕτερός μοι εἶπεν. ὁ τοιοῦτος ἐργάτης ἐστὶ καὶ πολεμιστὴς (α).

2. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος τῷ ἀββᾶ Ζαχαρίᾳ· εἰπέ μοι τὸ ἔργον τοῦ μοναχοῦ. λέγει αὐτῷ ἐμὲ ἐρωτᾶς, πάτερ; καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς Μακάριος· πληροφοροῦμαι εἰς σέ, τέκνον Ζαχαρία· ἐστὶ γὰρ ὁ νόσσων με τοῦ ἐρωτῆσαι σε. λέγει αὐτῷ ὁ Ζαχαρίας· τὸ κατ' ἐμὲ, πάτερ, τὸ ἐαυτὸν βιάζεσθαι εἰς πάντα, οὕτως ἐστὶν ὁ μοναχός (β).

3. Ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ τῆς Φέρμης ἐκτίησάτο τρία βιβλία καλά· καὶ παρέβαλε τῷ ἀββᾶ Μακαρίῳ, καὶ λέγει αὐτῷ, ὅτι ἔχω τρία βιβλία καλά, καὶ ὠφελοῦμαι ἐξ αὐτῶν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ κυχρῶνται αὐτᾶ

1. Petrus abbas, discipulus Lot abbatis : Eram; inquit, aliquando in cellula Agathonis abbatis, ad quem venit frater dicens : Volo habitare cum fratribus; doce me quo pacto cum iis maneam. Cui senex respondit : Quemadmodum primo die ingressus tui, sic custodito hospitium tuum peregrinationemque cunctis diebus vitae tuae, ita ut erga illos non utaris fiducia. Ait ei Macarius abbas : Quid enim efficit fiducia? Cui senex : Similis est, inquit, fiducia aestui magno, qui quando contigerit, fugiunt omnes a facie eius, quique arborum fructus corrumpit. Dicit Macarius abbas : Adeone saevit fiducia? Agatho abbas : Nullus est, inquit, affectus saevior fiducia. Omnium quippe perturbationum mater est. Decet autem cultorem sui fiducia carere, etiamsi solus in cella versetur. Novi etenim fratrem, qui diu in cellula perseveraverat habens lectulum, dixisse : E cella emigrassem, non percepto illo lectulo, nisi alius monuisset me. Talis autem vere est operarius et bellator.

2. Macarius abbas Zachariae abbati : Dic mihi, inquit, opus monachi. Ait ei : Tunc me interrogas, pater? Tum Macarius abbas : De te, inquit, mihi persuasum est, filii Zacharia. Est enim qui me pulsat, ut interrogem te. Zacharius hanc protulit sententiam : Quantum ego quidem existimo, pater, qui se ipsum cogit ad omnia, is est monachus (β).

3. Theodorus abbas Phermae tres bonos libros possidens ad Macarium abbatem venit, et : Tres, inquit, mihi sunt libri praeclari, ex quorum lectione fructum capio; fratres quoque iis utuntur, et

NOTAE.

(α) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 198; lib. V libell. 10, 8; lib. VII cap. 42. Doroth. Doctr. 4.

(β) Cf. VV. PP. Rosw. lib. V 4, 6

pariter proficiunt. Effare igitur mihi, quid debeam A καὶ ὠφελοῦνται. εἰπέ οὖν μοι, τί ὄφειλον ποιῆσαι; facere; num ad meam fratrumque utilitatem eos κατάσχω αὐτὰ εἰς τὴν ἐμὴν καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν retineam, an vendam demque pauperibus? Senex ὠφέλειαν, ἢ πωλήσω αὐτὰ καὶ δώσω πτωχοῖς; καὶ respondit: Pulchrae quidem actiones sunt, sed ἀποκριθεὶς ὁ γέρον εἶπε· καλὰ μὲν αἱ πράξεις, ἀλλὰ melior omnibus est paupertas. Quo audito discessit, μαίζων πάντων ἡ ἀκτημοσύνη ἐστὶ. καὶ τοῦτο ἀκούσας, ἀπελθὼν ἐπώλησεν αὐτὰ, καὶ διέδωκε πτωχοῖς.

V.

APOPTHHEGMATA SANCTI MACARII ALEXANDRINI

A JO. BAPT. COTELERIO EDITA.

«Sanctorum senum Apophthegmata» s. v. *Macarius urbicus* apud Jo. Bapt. Cotelerium Eccl. Graec. Mon. t. I, p. 572 sq.

De abbate Macario urbico.

1. Macarius πολιτικός ille abbas aliquando ad secandos palmarum ramos exiit, fratribus ipsum comitantibus. Qui primo die ei: Veni, inquit, pater, nobiscum comede! Accessit igitur ille et comedit. Altero eum die iterum rogant, ut comedat. At is renuens: Vos, inquit, filii, cibum sumatis necesse est; adhuc enim caro estis; ego vero nunc nolo manducare.

2. Macarius abbas convenit Pachomium abbatem Tabennesiotarum. Quem Pachomius interrogans: Si, inquit, fratres disciplinae ordinem non servant, Bonumne est corripere eos? Respondit Macarius abbas: Castiga et iuste eos iudica, qui tibi subiiciuntur; extra vero iudicaveris neminem; nam scriptum est: *Nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis?* C *Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit (a).*

3. Macarius abbas aliquando per quatuor integros menses quotidie visitabat fratrem quendam, neque unquam, ne semel quidem, invenit eum vacantem ab oratione. Admiratus igitur dixit: Ecce terrestris angelus!

^a Al. ἀμελοῦντα.

(a) I Cor. v, 12, 13.

B Περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου τοῦ πολιτικοῦ.

1. Ἀπῆλθέ ποτε ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὁ πολιτικός κόψαι θαλλὰ καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετ' αὐτοῦ. καὶ λέγουσιν αὐτῷ τὴν πρώτην ἡμέραν· δεῦρο, φάγε μεθ' ἡμῶν, πάτερ. ὁ δὲ ἀπῆλθε καὶ ἔφαγε. καὶ πάλιν τῇ ἄλλῃ λέγουσιν αὐτῷ φαγεῖν. ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν, ἀλλ' ἔλεγεν αὐτοῖς· ὑμεῖς χρεῖαν ἔχετε φαγεῖν, τέκνα· ἀκμὴν γὰρ σάρε' ἐστε· ἐγὼ δὲ νῦν οὐ θέλω φαγεῖν.

2. Παρέβαλεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος πρὸς τὸν ἀββᾶν Παχώμιον τῶν Ταβεννησιωτῶν· ὁ δὲ Παχώμιος ἠρώτα αὐτὸν λέγων· ὅτε εἰσὶν ἀδελφοὶ ἕτακτοι, καλὸν ἐστὶ παιδεῦσαι αὐτούς; λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· παιδεύσον, καὶ κρῖνον δικαίως τοὺς ὑπὸ σέ· ἔξω δὲ μὴ κρῖνης τινάς. γέγραπται γάρ· οὐχὶ τοὺς ἐσω ὁμοῖς κρῖνεις; τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρῖνει.

3. Ἐποίησέ ποτε ὁ ἀββᾶς Μακάριος τετράμηνον, παραβάλλον τινὶ ἀδελφῷ ἡμερούσιον· καὶ οὐχ εὔρεν αὐτὸν εὐκαιροῦντα ^a) ἀπὸ τῆς προσευχῆς οὐδὲ ἀπέχεσθαι καὶ θαυμάσας ἔλεγεν· ἰδοὺ ἐπιγίγειος ἀγγελος.

VARIAE LECTIONES.

NOTAE.

JO. SAL. SEMLERI

DISSERTATIONES DUAE DE SCRIPTIS S. MACARII AEGYPTII.

DISSERTATIO PRIOR.

Specimen examinis critici Operum quae ita feruntur Macarii, sub laetissimos festosque dies Christo ab inferis magnifice redeuntis sacros, boni ominis causa editid J. S. S. Sal. Thur. S. LL. S. Halae Magdeburgicae, typis Joannis Christiani Hendelii Acad. Typ. MDCCXLV (a).

[Pag. 3] *Viro summe reverendo, amplissimo, doctissimo D. Gotth. Augusto Franckio, Fac. Theol. Hal. Seniori, patrono suo summo vere venerando.* [Pag. 4.] *Viro summe reverendo, amplissimo, doctissimo D. Sigism.*

NOTAE.

(a) Constat paginis 24 in-4. De Macario usque ad pag. 21 agitur, dein pag. 21-24 de Tertulliani Ape-

Jacobo Baumgarten, Sem. Theol. directori, patrono suo summopere venerando. Leve hoc et tenue scriptum reverentiae suae documentum multis faustisque in festos hos dies omnibus et precationibus offert auctor.

[Pag. 5] Bella sunt verba, viri summe reverendi, quae habentur in Homilia inter Macarii vulgo creditas V^o (a) § 9, omnibus veris Christianis Xanthicum mensem, sive Aprilem, non iniuria fausta quaeque polliceri. Hic enim, quemadmodum renovat quasi frigidi et inimici olim caeli naturam, et calidiorem iam iucundamque reddit, ita beata recordatio eorum, quae sub hoc fere idem tempus in nos omnes per Salvatoris novam quasi vitam redundarunt, non potest non animi opprimere tristitiam, mentemque divina quadam perfundere laetitia. Unde oro atque obsecro, viri summe reverendi, pro eximia vestra benevolentia clementer interpretamini, quod sollemne hoc Christiano orbi tempus vobis ex animi sententia gratulari sustineo, inque eam rem leve hoc vobis offero scriptum. Quod quidem ipse satis intelligo ita esse comparatum, venerabilibus ut personis vestris dignum videri vix possit. Quare et ipse non mediocriter dubitabam, an summis nominibus vestris inscribere illud commode possim. At videbar mihi satis cognovisse in vobis, viri summe reverendi, [Pag. 6] eam virtutem, qua, ut potestis maxime, omnia benevolentissime in eam accipere soletis partem quae est lenior. Quidni ergo eodem me beneficio fruiturum sperem, dum meorum rationem vobis studiorum his reddere volo? Tum ne mihi ipsi quidem satisfeci, sed multa adhuc reprehendo. Hoc tamen, licet forte unicum, non omnino carere sua quacunque utilitate mihi videbatur, quod jam intelligi potest, ex se ipso Macarium, si diligenter volvatur, posse in multis corrigi, quod omnia bis aut ter occurrunt, et librariorum inde errores abstergi optime possunt. Quod licet parvum utilitatis momentum si vobis non penitus improbari intellexero, viri summe reverendi, videbor mihi non inutiliter hanc parvam operam consumsisse. Valet et benevolentia vestra, nisi indignus videbor, parro me amplectimini. Dabam Halae sub ipsos festos dies.

[Pag. 7] § I.

Quae Macarii circumferuntur Opuscula, ut diligenti lectione non omnino indigna sunt, ita nec forte hoc examine, Macarii an nomen jure prae se ferant et revera ab eo sint. Atque hic non dubito fore plerosque qui mirentur, quid sit quod ego potissimum dubitem de re, de qua nemini unquam fere in mentem venit. Quin et ipse aliquantum timidum me esse non nego. Utcunque vero res ceciderit, juvabit tamen errori, quem esse suspicatus sum, me ipsum pro virili parte obstitisse.

§ II.

Quod antea jam tetigi, posse mihi forte aliorum obstare auctoritatem, qui nihil tale suspicati sunt, id adhuc contendo vitio mihi verti nullo modo [Pag. 8] posse. Ita enim in his studiis mihi jam diu multorum auctoritatibus suasi esse versandum, ut temere nihil, nec sine rationibus facile crederem. Neque hoc meum examen ulla in re nomini magnorum virorum derogare aliquid potest. Mirari enim nemo erit qui vetet, cur hanc nemo quaestionem moverit. Nisi quis eo forte referat Possinum, qui in Thesaurp suo ascetico de tertio Macario ideae cogitat, quod horum duorum neutri veterum testimonium exstet. Quam quidem litem simul confecerero, si hanc potuero, quam ipse incipio.

§ III.

Atque videamus jam, quibus argumentis fidem haberi velint aut velle possint, qui Macario, quicumque is sit, ista adscribunt. Nulla certe habere alia possunt, quam omnino duo. Quorum alterum

A codicum MSS. est, alterum ex ipsis veterum scriptis petitum et testimoniis. Quod si ergo nostrum stabile et firmum sit, non temere dubitare ego videbor. Atque id ipsum ego assero.

Primum enim quod attinet ad MSS., ad quae in his rebus provocare non exiguum est testimonium, multa erunt circumspicienda. Quam antiqui tales codices sint, qui Macarium auctorem produunt, statuere vix possum, quia eorum in his terris, ut fit, nulla aut exigua est notitia. At contendere vix vereor, non ultra saeculum XII aut XIII esse posse, quia, ut ostendemus postea, nemo ferè ante ista tempora istorum operum Macarii sub nomine mentionem facit. Hoc ergo sane non multum roboris habebit argumentum. [Pag. 9] Accedit, sint licet B MSS. multi, possunt ab uno omnes profecti esse, atque ergo auctoritatis adhuc minoris. Tum, si vel maxime de auctoritate MSS. constaret, iis tamen ex eo tantum capite aliquid dandum esset, quod rationibus contraria non dicunt. Jam vero fieri vix potest, ut auctor asceticus, qualis est Macarius, tam diu monachis ignoratus sit per x et plura saecula, ut nemo ejus meminerit. Adde, quod multi talia praecepta scripserint, ut hoc studium ἀσκητικὸν fere semper vigerit. Ita hoc eodem jure Caveus, Hist. Lit. P. I, Macarii negat esse opusculum aliquid de exodio animae justorum et impiorum, quod, licet MS. praeferat Macarii nomen, tamen ratio tractationis absona et non conveniens sit. Et profecto, si licet conjecturis indulgere, non dubito, nostra omnia Macariana Opuscula tempore eodem cum hoc isto nata et consarcinata fuisse.

NOTAE.

logetico disputatio additur brevis hoc indice: *Expiciendi spatii causa, quod me fefellit, pauculas anim-*

adversiones in Tertulliani Apologeticum prodo. Edit. (a) Corr., Senlerus falso scripsit X^{ma}. Ib.

§ III.

MSS^{is} ergo, ut vidimus, nisi aliunde auctoritas accedit, nulla est. Videamus jam argumentum alterum, utrum tale aliquid exstet in veterum scriptis. Ubi quidem cogitate scribere me credo et judicare, nemini veterum notum fuisse, quod *Macarius* ista reliquerit.

Ita omnes, qui de scriptoribus ecclesiasticis tradiderunt, certo ex consilio de *Macario* et his ejus Opusculis tacent. Atque hos ego auctores, quo cujusque [Pag. 10] major esse auctoritas videtur, singulos ordine collocabo. Agmen omnium ducit *Hieronymus*. Hic, quod notum inter omnes est, non vulgari diligentia in isto argumento versatus est, veterumque reipublicae Christianae insignium virorum vitas, et praesertim scripta eorum reliquit. At idem hic *Hieronymus* nescit, *Macarium* aliquid conscripsisse, et ideo ex isto albo omittit. Atque hoc argumentum eo est gravius, quod Hieronymi aetas non solum *Macarii* tempora non multo post est consecuta, sed et ipse habitaculum *Macarii* oculis suis vidit, ut testatur de se ipse inter opuscula de *Vitis patrum*. Mortui jam erant *Macarii*, et qui iis supervixerant, multa *Hieronymum* de eorum vita et rebus gestis docuerunt, at de scriptis tacent. Quod si ergo hi, qui omnia, quae ad laudem *Macariorum* pertinere videbantur, contulerunt, nulla ejus scripta sciunt, scire multo minus ii possunt, qui multum postea vixerunt. Sed et certo nesciunt, quia itidem tacent. *Hieronymum* enim jam excipit *Gennadius*, testimonium perhibiturus, se de his *Macarii* nihil omnino suo tempore cognovisse. Nec objiciat quis, quod *Macarium* inter scriptores ecclesiasticos ponat. Illud enim nihil huc juvat. Videamus ipsa *Gennadii* de *Macario* verba.

§ V.

Macarius, monachus ille Aegyptius, signis et virtutibus clarus, unam tantum scripsit ad juniores professionis suae epistolam, in qua docet, [Pag. 11] illum perfecte posse servire Deo, qui conditionem creationis suae cognoscens ad omnes semetipsum inclinaverit labores, et luctando atque Dei auxilium adversum omne, quod in hac vita suave est, explorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam velut naturae debitum munus obtinuerit.

Hic, ut videmus, meminit scripti alicujus a *Macario*, sed epistolam, et quidem unam tantum appellat. Adeoque nec *Homilias*, nec alia Opuscula audiverat aut viderat. Venit in mentem illius, quod *Caveus* Hist. Lit. P. u de *Macario* contra *Possinum* scribit, qui eadem de causa tertium *Macarium* exculpserat, quod *Gennadius* de *Aegypto* taceret. Respondet, inquam, *Caveus* ita: « Quid si *Gennadius* de solis *Macarii* epistolis loquitur? Quid si alia scripserit *Macarius*, quae *Gennadii* diligentiam fugerint, cum non pauca sint scripta, quae frustra

A apud *Gennadium* quaeri possint? » Haec *Caveus*. Quae et contra me sint, nisi averterem. Quod facile possum. Miror enim, virum in hoc genere doctissimum ista scripsisse. Putat de solis epistolis loqui *Gennadium*. At id non credibile est, quia confecturus erat indicem potiorum auctorum et scriptorum. *Macarius* isto tempore notissimus; ideo dicit, ille *Aegyptius*. Et cum ejus mentionem faciat, utique non minorem partem ab eo scriptorum nominasset, sed majorem et potiolem. Et si fuissent nostra eo tempore, fuissent tritissima, quia ἀσχετά. Cum [Pag. 12] ergo taceat *Gennadius*, idem est ac si dicat, *Macarium* haec non scripsisse. Deinde aperte *Gennadius* dicit, scripsit unam tantum epistolam, i. e. nihil aliud ultra. Nec fugisse eadem de causa ista possunt ejus oculos aut diligentiam, quia et majus opus, quam epistola, conficiunt, et nota fuissent omnium maxime. Quin et haec epistola, quam *Macario* dat *Gennadius*, vix mihi revera ab eo esse videtur, quod *Hieronymus* non mentionem facit; qui, si exstitisset, eam in deserto isto domicilio monachorum, quibus praefuit *Macarius*, sine dubio vidisset. His addo adhuc *Rufinum*, qui libro xi cap. 4 (a) et 8 de *Macariis* agit, at de scriptis tacet; *Honorium Augustodunensem*, qui pleraque quidem ex *Gennadio* et aliis sublegit, at quia tacet, nihil ultra cognovisse credendus est. Sed omisi *Palladium*, qui primo post *Hieronymum* loco commemorandus fuisset, nisi isti mihi conjungendi esse visi fuissent. Hic anno post obitum *Macarii* eundem in locum solitudinis accessit, et tamen nihil horum scriptorum meminit in *Historia Lausiaca*, licet *Macarii* egregia facta collaudet. Omisi et *Joannem Cassianum*, qui de institutis monasticis scribens multa celebra *Macarii* dicta affert, at haec ejus Opuscula ignorat, quae tamen proprie ad suum scribendi genus pertinuissent, si exstitissent. Quin, quod adhuc addo, tacet et *Suidas*. Neque enim in vita *Macarii* scripta ejus ulla memorat, sed quaedam *Evagrii*, discipuli illius. Unicus restat, sed is ex recentioribus, *Joannes Trithemius*, qui *Macarium* inter scriptores [Pag. 13] ponit, nulla tamen ejus scripta commemorat. Quod ad *Simeonem Logothetam* attinet, quem *Caveus* monet capitula CLXX ascetica metaphrasi illustrasse, hoc sufficiat, eum, quia aut incerti sit, aut certe xii demum saeculi, parum posse ista scripta tueri. Si ad manum aliquando ipse fuerit is liber, plura forte notabimus. Certum ergo est, ante saeculum xii non nota fuisse *Macariana*.

§ VI.

Satis ergo suis rationibus destituitur, ut credo, opinio pervulgata de *Macarii* scriptis. Sed nec his argumentis solis innitor, quum de Opusculis istis dubito. Addam aliud adhuc, quod tantum abest ut istis cedat, ut pondere suo praestare potius opiner. Scilicet totam scribendi rationem, qua confecti isti

NOTAE.

(a) Corr., Semlerus habet 3. Edit.

sunt libelli, alienam esse non solum a *Macario*, sed a quovis alio auctore contendo. Ecce enim illud probabile videtur, ab aliquo auctore bis et ter eadem et verba eademque sententias diversa συναφείῃ, in parva scriptorum mole, pro integris et aliis opusculis repeti et obtrudi? At id ostendimus ita in his *Macarii* esse, ita tamen, ut simul nonnunquam alia quoque, pauca tamen moneamus, quae ad diversam scripturam et lectionem pertinere videbuntur.

§ VII.

Exempli loco apponemus ea, quae de cap. 13 Opusculi de *Custodia cordis* p. 22 edit. Pritianae [Pag. 14] notavimus. Ex isto integra Homilia collecta est, iisdem verbis et sententiis, XIX^a scilicet p. 287. Quo addam denique Opusculum de *Libertate*

mentis cap. 18, et *Apothegma* primum p. 231. In Opusculo de *Custodia cordis* p. 22 ita habemus: ὁ βουλόμενος προσελθὼν τῷ Κυρίῳ, καὶ ζωῆς αἰῶντος καταξιωθῆναι, καὶ κατοικητήριον Θεοῦ γινέσθαι, καὶ πνεύματος ἁγίου καταξιωθῆναι, ἵνα τοὺς καρποὺς αὐτοῦ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου δυνήθῃ ἀμώμως καὶ καθαρῶς ποιεῖν, οὕτως ὀφείλει ἐνάρξασθαι. Haec periodus prima primi Opusculi (a). Et similiter eadem verba in Homiliae periodo prima, nisi quod pro Θεοῦ legitur τοῦ Χριστοῦ (b), pro καταξιωθῆναι, πληρωθῆναι, quod forte factum, ne idem verbum statim bis occurreret; pro καρποὺς αὐτοῦ legitur καρποὺς τοῦ πνεύματος, ubi, quis αὐτὸς sit, exprimitur; pro κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου legitur καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ. Καὶ sane perplacet; Christus pro Domino, quia in Patrum scriptis Dominus et Christus pro eodem est. Tum pro ἀμώμως καὶ καθαρῶς legimus καθαρῶς καὶ ἀμώμως, levi mutatione; et pro ποιεῖν, ποιῆσαι, non male, quia hoc tempus saepe sequitur; pro οὕτως, οὕτος, male, nam legendum οὕτως; pro ἐνάρξασθαι, ἀρξέσθαι, quod melius ἀρξασθαι. Periodus altera levi mutatione differt.

In Opusculo de *Custodia* sequitur: καὶ εἰς τὴν εὐχὴν πάντοτε προσκαρτερεῖν αὐτόν· καὶ μὴ ἀπογενώσκειν προσδεχόμενος τοῦ Κυρίου τὴν ἐπίσκεψιν καὶ τὴν βοήθειαν πάντοτε, τὸν σκοπὸν τοῦ νοῦς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχων διὰ παντός. In Homilia aliquantum aliter: καὶ εἰς τὴν εὐχὴν χρῆσθαι αὐτόν [Pag. 15] πάντοτε προσκαρτερεῖν, et ita quidem recte; nam χρῆσθαι aut exprimendum, quod malim, aut subintelligendum. Sed porro ita legit: ἐν πίστει προσδοκίας τοῦ Κυρίου τὴν ἐπίσκεψιν καὶ βοήθειαν αὐτοῦ πάντοτε ἐκδεχόμενον, τὸν σκοπὸν τοῦ νοῦς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχοντα διὰ παντός. Quae docent, perperam in vulgatis istius Opusculi editionibus esse προσδεχόμενος et ἔχων, cum sermonis series manifesto requirat casum quartum. Ista, de non desperando, non commode hic sunt, et in Opusculo de *Libertate mentis* cap. 16 et 17 meliori συναφείῃ

idem traditur; ut inde ferme appareat, consarcinata aliunde haec esse. Quod vero ad varietatem scripturae allatorum verborum porro attinet, possint ista conjuncta fuisse videri: καὶ μὴ ἀπογενώσκειν, ἀλλ' ἐν πίστει cet., aut facile ab aliquo addita sunt. Neque enim dubito, quod ex sequentibus apparebit melius, diversos fuisse, qui ista ex diversis aliis congesserint. Sed vix placent, quae ibidem sunt: τὸν σκοπὸν τοῦ νοῦς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχοντα διὰ παντός. Neque enim scire facile est, quid ista significant. Et cum non ita multo post sequatur: μόνον τὸν Κύριον δεῖ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, parum abest quin legam: τὸν τε σκοπὸν τοῦ νοῦς αὐτοῦ εἰς τοῦτον [τὸν Κύριον] ἔχειν διὰ παντός. Licet enim liquido intelligere, omnia inter se, si materiam ipsam spectes, confusa esse. Atque hoc ipsum, ut Christum quis intueatur, monet Opusculum de *Libertate* cap. 16 et 17, unde vix dubito haec esse excerpta. Nec est quod quis ideo dubitet de hac conjectura, quod scriptura haec eadem sit in Homilia. Videbimus enim alterutrum natum et factum esse posterius, [Pag. 16] et adeo corruptam aut bonam alterius scripturam accepisse.

Sequitur porro in de *Custodia*: εἶτα βιάζεσθαι χρῆσθαι δεῖ εἰς πᾶν ἀγαθόν, καὶ εἰς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, κἂν μὴ θελούσης τῆς καρδίας διὰ τὴν συνουσίαν αὐτῆς ἀμαρτίας. In Homilia omittitur δεῖ, nec id male; additur vero ἔργον ἀγαθόν, item non male; omittitur item κἂν μὴ θελούσης τῆς καρδίας, non bene. In Opusculo enim de *Libertate mentis* cap. 13 id additur, quod mox pluribus videbimus.

In Opusculo primo ita procedit: οἶον βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ ταπεινοφρονεῖν ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων, καὶ ἑαυτὸν πάντων ἐλάττω καὶ χεῖρονα ἡγείσθαι, μὴ ζητῶν τιμὴν ἢ ἐπαινον ἢ δόξαν παρά τινος, καθὼς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται. In Homilia pro βιάζεσθαι est βιάζεσθω, non male, quod imperativus saepe sequitur, et ubique forte reponendus sit. Nam sequitur: μὴ ζητῶν τιμὴν cet., quod non stare potest cum βιάζεσθαι [χρῆ], sed casus quartus esse debebat. Omissis, quae non multum differunt, pro παρά τινος est δόξαν ἀνθρώπων παρά τινος, quod putem invertendum δόξαν παρά τινος ἀνθρώπων.

In Opusculo porro est: ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριον δεῖ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, αὐτῷ μόνῳ βουλόμενος ἀρέσκει. In Homilia pro ἔχειν est ἔχων, idque recte. Supplendum enim βιάζεσθω cet. ἔχων. Cetera parum distant.

De *Custodia* porro: εἰς τὴν πραότητα ὁμολῶς ἑαυτὸν βιάζετω, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, ὡς φησὶν ὁ Κύριος: μάθετε ἀπ' ἐμοῦ cet. Homilia addit εἰς τὴν πραότητα τῆς καρδίας, et omittit βιάζετω, quod a glossatore puto ex superioribus

NOTAE.

(a) Sic Semlerus; lege: Haec periodus prima capituli 13 primi Opusculi. Edit.

(b) Corr., Semlerus habet: pro τοῦ Θεοῦ legitur Χριστοῦ. Ib.

repetitum esse, Nam abfuisse docet id, quod non intercedit signum connexionis, sed tamquam perpetuo [Pag. 17] sermone junctum est.

In *Custodia* porro : *ὁμολως εις τὸ εἶναι ἐλεήμονα, χρηστὸν, εὐσπλαγγχρον, ἀγαθὸν, δεη δύναμις, ἑαυτὸν ἐθίλειν μετὰ βίας, ὡς φησιν ὁ Κύριος ᾠνευθεσθε* cet. In Homilia pro infinitivo melius ἐθίλειν, omissio μετὰ βίας, quod nollem.

Quae porro sequuntur, non multum differunt, nisi quod in Homilia pro vulgato legere vellem : ὡσπερ ὑπογραμμὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἐχέτω ἐν πάση μνήμη αὐτοῦ ἀληθαργήτω, quia aliter ista ultima non bene cohaerent, et p. 25 in Opusculo *de Custodia* haec fere repetuntur : τότε θεωρῶν ὁ Κύριος. . . πῶς βιάζει ἑαυτὸν πάντοτε εις τὴν μνήμην αὐτοῦ cet. ; hinc additum vellem αὐτοῦ, scil. τοῦ Χριστοῦ.

In *de Custodia* p. 24 sequitur : *καὶ δεη δύναμις βιάζεσθω ταῖς εὐχαῖς προσκαρτερεῖν, διὰ παντὸς δεόμενος καὶ πιστεύων*. In Homilia omittitur βιάζεσθω et scribitur προσκαρτερεῖτω.

Sequitur porro ibidem, omissis quae nihil fere mutant : *καὶ οὕτως ἂ νῦν μετὰ βίας καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας ποιῆι, ἐθίλειν ἑαυτὸν διὰ παντὸς εις τὸ ἀγαθὸν, καὶ τοῦ Κυρίου δεῖ μνημονεύειν, καὶ προσδοκῆν αὐτὸν διὰ παντὸς ἐν πολλῇ ἀγαθότητι καὶ ἀγάπῃ*. In Homilia pro μὴ θελούσης cet. est ἀκούσης τῆς καρδίας ποιῆι, ἐκουσίως (a) πράξει ποτέ, Ἐθίζων cet., ἐθίζων quoque legendum est in Opusculo. Nam ἐθίλειν non placet, quod librarii ita fecerunt, ut videretur constructio, quae tamen nulla est. Mallem tamen ceterum legere ἀκουσίως καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, quia sequitur ἐκουσίως : et certe ita credo fuisse.

Porro in Opusculo eodem — omitto non pauca, quia hoc specimen breve esse debet — p. 26 : *δετε καρποφορεῖ καθαρώς*, pro quo ex Homilia p. 290 scribendum τότε καρποφορεῖ καθαρώς. Ibidem : *χρῆ δὲ πρότερον*. . . οὕτως βιάζειν καὶ αὐτὸν, pro quo in Homilia § 3 βιάζεσθαι ἑαυτὸν exstat. Et [Pag. 48] id placet, quia divulgum βιάζεσθαι peperisse videtur diversitatem. Jam vero haec χρῆ πρότερον cet. tertium occurrunt in Opusculo *de Libertate mentis* cap. 18. Ibi enim omnia ab initio conveniunt cum Homiliae scriptura, nisi quod haec melius habet *προσελθόντα*. Quae sequuntur in eodem *de Libertate* Opusculo : βιαστή γὰρ, φησιν ὁ cet., recte hunc locum occupant ; in Homilia vero et Opusculo I non optimo loco exstant. Corrupta vero sunt, quae mox in Opusculo *de Libertate* sequuntur. Vulgo enim ita sunt : ἀγωνίζεσθαι πάλιν αὐτὸν εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς θύρας, quae et latinum interpretem deceperunt. Certo autem legendum est : καὶ πάλιν [γέγραπται :] ἀγωνίζεσθαι cet., ut fere exstat in *de Custodia* p. 24.

Omitto judicare de iis, quae in Homilia et Opusculo I interjecta sunt, et pergo ad p. 26 hujus

A ejusdem Opusculi : *προσδοκῶντα διὰ παντὸς ἐν πίστει ἀδιστάκτω τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ βιάζεσθαι ἑαυτὸν εις τὸ οἰκτερεῖν* cet., pro quo auctius in Homilia, προσδοκῶντα διὰ παντὸς ἐν πίστει ἀδιστάκτω τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ βιάζεσθαι ἑαυτὸν εις τὴν ἀγάπην, μὴ ἔχοντα ἀγάπην· βιάζεσθαι cet. ; et rectius quidem ita, quod docet Opusculum *de Libertate* c. 18 : πρὸς ἀγάπην, μὴ ἔχοντα ἀγάπην. Jam scriptura in Homilia et Opusculo I^o aliquantulum differt, unde quid statuamus, ex scriptura Opusculi *de Libertate* exponemus. Quae talis est : [συνωθεῖν] πρὸς τὸ ἀνέχεσθαι ἀτιμίας καὶ παρασσεως καὶ τοῖς ἐξουθενουμένοις ἔγχαρτερεῖν, pro quo lege casu quarto τοὺς ἐξουθενουμένους scil. ἡμᾶς, i. e. ut in Homilia exstat : εις τὸ. . . ἐξουθενουμένον ἢ ἀτιμαζόμενον μὴ ἀγανακτεῖν cet.

Sequitur porro in *de Custodia* : *βιάζεσθαι τε ἑαυτὸν εις τὴν εὐχὴν, μήπω ἔχοντα εὐχὴν πνεύματος*. Homilia parum differt, et corrigemus hinc [Pag. 19] locum in *de Libertate*, ubi ita exstat : οὕτω ταύτην ἐσχηκότας τὴν ἔξιν πρὸς εὐχὴν, μήπω πνεύματος εὐχὴν κεκτημένους, pro quibus legendum πρὸς εὐχὴν (scil. συνωθεῖν), μήπω ταύτη; ἐσχηκότας τὴν ἔξιν, καὶ μήπω cet.

§ VIII.

Sed ut jam perveniam ad id, cujus rei causa haec scripsi, omittam orationis in Macario seriem, et ostendam, probabile esse, haec omnia a *Macario* non scripta esse, sed celebrata tantum sermone, ab aliis deinde talia apophthegmata subinde collecta et aucta, et tandem in haec opera digesta esse. Subjecit Pritius editioni suae Apophthegmata quaedam *Macarii*, quorum primum exstat p. 231, quod si quis legit, et leget postea ea, de quibus scripsimus, offendet eadem re ipsa diversa verbis esse et sententiis. In ipsa tamen illa scriptura malum pro καὶ μὴ μετρεῖν, τοῦ μὴ cet., similiter pro καὶ τὸ μὴ κρῖναι, καὶ τοῦ μὴ cet., et καὶ τοῦ ὑποφέρειν, et καὶ τοῦ ἀπορρίπτειν, et βιαστῶν ἐστι βασιλεία pro ἐπί. Quod ergo diversi diversis locis ista egregia hominis dicta collegerunt, at alio alii ordine digesserunt, inde venit, quod haec Opuscula nata sunt, et multa aut pleraque omnia bis et ter occurrunt.

§ IX.

Sed mihi omnino videndum, ne desinat hoc esse specimen. Sufficiat ostendisse omnia verba ita esse repetita, ut vix differant levi traiectione aut aliquot literis. Ceterum spondere ausim, me alio forte tempore ostensurum, vix minimam partem semel dici, sed omnia fere bis, multa ter occurrere. [Pag. 20] Paucis adhuc attingam, quae uberius olim exponenda sunt. Primum, male omnia ista esse composita, ut, cum sit aliquod Opusculum *de Oratione*, multa in eo sint, quae alio, et in aliis plura, quae eo pertinebant. Deinde praecipue in Homiliis oratio non interrupta solum quaestiu-

NOTAE.

(a) Corr., Semlerus ἐκουσίως. EDIT.

culis, sed et hae ipsae satis incompositae sunt, et λ responsiones haud raro ineptae, ut appareat non esse responsiones, et non posse a primo auctore natas esse. Nolo multis his immorari. Legat, si quis volet, quae sunt in Homilia viii in fine § 4, et addat Opusculum *de Charitate* cap. 10 extremo. Jungat porro istius Homiliae § 5 et illius Opusculi cap. 12, ubi integrum caput inseritur, quod ex Homilia abest. Tum vero omnium maxime se fraus prodit Homiliae ejusdem § 6 per egregiam responsionem. Quaesitum erat, in quibus gradibus perfectionis tu es? et respondetur: μετὰ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ νῦν ἡ χάρις οὕτως ἐνεργεῖ, καὶ εἰρηνεύει ὅλα τὰ μέλη καὶ τὴν καρδίαν, ὥστε τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς πολλῆς χάριτος ὡς παιδίον ἀκακὸν φαίνεσθαι, καὶ οὐκ ἔτι κατακρίνει ὁ ἀνθρώπος Ἕλληνα ἢ Ἰουδαῖον. Quae quam absurde β cohaereant, dicere non attinet. Jungatur Opusculum *de Charitate* cap. 12.

§ X.

Ultimo loco addo illud adhuc, pro mea sententia, nescire me, quid sibi velit illud quod saepe occurrit *γενῆν*. Tale ego semper credo esse narrantis aliquid de altero, non vero scribentis sua. At exstat cap. 10, cap. 9, cap. 8 *de Charitate*. Ita quoque cap. 9 ita scribitur: *Ad interrogantem, an [Pag. 21] possit homo in eo semper statu durare, sic respondendum est cet.* In Homilia vero octava § 2 habetur et quaestio et responsio, omissis istis *ita respondendum est*. Facile apparet dictum aliquod et memoratum postea responsum Macarii ad tale quid rogantem in hanc regulam conversum esse. Possem plura. Sed de his et aliis, unde et quando ista opera Macarii consarcinata videantur, si Deus voluerit, et haec non displicuerunt, aliquando uberius exponemus.

DISSERTATIO ALTERA.

Specimen animadversionum in aliquot Opuscula Graeca Macarii, in natalem diem viri summe reverendi, excellentissimi, doctissimi Sigismundi Jacobi Baumgarten, SS. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ordin., Seminar. Theol. Directoris, patroni et praeceptoris officiosissime colendi, bene ominabundus edidit Jo. Sal. Semlerus, Salfelda Thuring. Halae Salicae Literis Joannis Christiani Hendelii. 1746. (a)

[Pag. 3] *Vir summe reverende, excellentissime, doctissime, Fautor et patrone benevolentissime.*

In communi Academiae huius laetitia, qua insignis hic dies omnes Musarum perfundit ordines, patere et me sollemni huic luci gaudium et vota per summam pietatem decernere. Ad me enim hoc officium unum omnium maxime videtur pertinere, in quem tot sane et tanta exstant Tua beneficia et eximiae benevolentiae documenta, ut, quem Praeceptoris Tuum numen venerabundum effecerat, jam [Pag. 4] Fautoris beneficentia tam reddiderit suum, ut diligenter negem mihi quemquam in officiis erga Te esse superiorem. Neque vero, licet praecipua ejus pars mea sit, mea unius est haec pietas; omnes boni, ut hunc diem Tuum gaudent, ita felicem ejus reditum votis omnibusque optimis precantur. Quibus quidem rite susceptis votis tam confidimus Deum responsurum, quam certo scimus, Dei Te singulari beneficio in aberrimum multorum emolumentum hanc lucem adspexisse. Ceterum clementem Te, vir summe reverende, huic levi scripto opto interpretem, quod et brevissimum est, quia scio otium ferme Tuis negotiis deesse, nedum his juvenilibus rebus, et levissimum, quod hujus diei laetitia severiorem gravitatem pati non videbatur. Tu vero, vir summe reverende, serva sis mihi favorem et benevolentiam. Vale.

Dies XIII Martii feliciter. MDCCXLVI.

[Pag. 5] Cum a nemine, quod sciam, peculiaris β cura in Macarii Opera adhuc suscepta sit, hic autem idem fatum sustinuerit ac alii scriptores veteres, ad quos et lectorum imperitia et temporum injuria multum valuerunt, brevissime tantum per aliquot Opuscula Macariana ostendam, ea expectare adhuc meliorem scripturae curam. Ubi, omissis tum typographicis tum versionis vitiis, potiora quaedam scripturae menda sublata ibo, quae inter legendum annotavi. Usus sum editione Prii. Jam

AD OPUSCULUM PRIMUM, quod est *Περὶ φυλακῆς καρδίας*, haec fere annoto:

CAP. I: οὐ γὰρ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν ἐστὶν ἡ κάθαρσις, ἀλλ' ἡ κατὰ συνείδησιν τελετὰ κάθαρσις, neque enim abstinentia a grandioribus vitiis est puritas, sed perfecta conscientiae expurgatio. Sensus paululum incommodus. In Opuscula enim VI^o, *Περὶ ὑψώσεως* [Pag. 6] τοῦ νοός, cap. 20 extremo aliter habetur: καὶ γὰρ οὐχ ἡ τῶν φαινομένων κακῶν

NOTAE.

(a) Constat paginis 20 in-4^o. Edit.

ἀποχή τελείωσις ἐστίν, ἀλλ' ἡ κατὰ δianoian κάθα-
σις, αὕτη τελεία. Et in Homilia xvi § 15: οὐ γὰρ ἡ
ἀποχή τῶν κακῶν, αὕτη ἐστίν ἡ τελείωσις, ἀλλ' cet.,
ubi paulum variat. Planiora ita essent in Opusc. I,
si pro primo κάθαρσις esset τελείωσις, ut in aliis
locis, licet in scriptis Graecorum asceticis τελείω-
σις et κάθαρσις idem fere sit. Ultima verba ca-
pitis hujus I^{mi} haec vulgo sunt: εἰ δὲ μὴ, τρεπει-
ωθεὶς ὡς ἐνδεής καὶ ἀμαρτωλὸς ὑπὲρ τῶν κρυφίων
σου δέομενος τοῦ Θεοῦ. Ubi deest verbum ad quod
ista participia pertinent. Quod supplendum est ex
Opusc. V cap. 21: *προσελθε* ὑπὲρ τῶν κρυφίων cet.

Ad cap. II de verbis ultimis monemus: δὴ καὶ
ὑπνον λέγομεν τὴν κοίμησιν τῶν ἀγίων. Melius ex
Homilia ista xv § 39 legi: ὑπνον οὖν λέγομεν καὶ
κοίμησιν τῶν ἀγίων τὸν θάνατον. Nam ὑπνος et
κοίμησις idem significat.

Omissis aliquot capitibus leviterque variantibus
scripturis ad cap. VI venimus. Ibi ita exstat: οὕτω
καὶ ὁ προβλεπτικὸς νοῦς προβλέπει ταχὺς ὦν τῆς
ἀντικειμένης δυνάμεως τὰς τέχνας cet. Homilia au-
tem vii § 8: οὕτω καὶ ὁ νοῦς προβλέπει γοργόρος
ὦν cet. Legendum γοργός, non γοργόρος: et ista
vox saepe occurrit in Homilia iiii. Hesychius: γορ-
ρός, εὐκίνητος, ταχύς, σκληρός, λιπαρός, εὐτρα-
φής. Adeo ταχύς in Opusc. I cap. 6 est glossa τοῦ
γοργός.

Cap. VII pro τοῦ νοῦ ἡμῶν προσκαλουμένου μετὰ
τοῦ Κυρίου πάντοτε lege: προσκολλωμένου τῷ Κυ-
ρίῳ cet.; ita exstat in Opusc. II cap. 13: ὁ γὰρ
νοῦς ἡμῶν οὕτω διαπαντός τῷ Θεῷ προσκολλώμενος
cet. Praeterea provocatur ad I Cor. vi, 17, ubi hoc
[Pag. 7] verbum item exstat. Vulgata lectio sine
sensu, ut docet versio latina. Sequitur ibi statim:
τούτων δὲ τὸν κρυπτὸν ἀγῶνα καὶ μελέτην Κυρίου
καὶ πόνον νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἔχειν ἡμᾶς χρὴ εἰς
πάσαν ἐπιτήδευσιν ἐντολῆς, εἴτε εὐχομένων, εἴτε
ἐσθιόντων, ἢ διακονούντων, ἢ πινόντων, ἢ ἑτερόν τι
ποιούντων. Ubi constructio graeca claudicat a ver-
bo χρὴ pendens. Legendum ex eodem Opusc. II
ubique casu quarto: εἴτε εὐχομένους, εἴτε διακο-
νούντας, ἢ ἐσθιόντας, ἢ πινόντας, ἢ ἑτερόν τι ποιοῦν-
τας, mutato simul ordine secundi et tertii verbi.

Cap. VIII occurrit phrasid: εἰ δ' ἄλλο διὰ τούτων
αἰνύσσεται τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ὑψηλοτέραν θεωρίαν
ἐμφαίνων cet. Quae ultima verba lucem quandam
accipiunt ex Andreae Caesariensis Prologo in com-
mentarium suum in Apocalypsin. Qui postquam
monuerat de triplici sensu aut divisione Scripturae,
ut in qua quasi corpus sit, et πνεῦμα et ψυχὴ de
altero ita pergit: καθάπερ δὲ πνεῦμα ἢ τῶν μελ-
λότων καὶ ὑψηλοτέρων ἀγαγωγὴ καὶ θεωρία πέ-
φηνεν. Ubi idem est θεωρία ὑψηλοτέρων ac ὑψηλο-
τέρα. Nisi forte in Macario pro ὑψηλοτέρων legen-
dum est ὑψηλοτέρων. Ibidem... κομίζειν δεῖν πάν-
τοτε τὴν τῆς καρδίας ἱερὰν θυσίαν τὰ ἀκροθίνια,
καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν... ἀπασχολοῦντος.
Ita adhuc sine sensu legitur. Pro quo casu quarto
scribendum ἀπασχολοῦντας, scil. δεῖ κομίζειν: inde

A enim dependet constructio. Latina versio similiter
errat, quae solet nonnunquam satis mala esse.

Cap. IX post medium: καλὸν ἐστίν ἡ νηστία, ἢ
ἀγρυπνία, ἢ ξενίτεια· ἀλλὰ ταῦτα ἀκμὴ πολιτείας
ἐστίν ἀγαθῆς· πλὴν ἡ τάξις τῶν Χριστιανῶν [Pag.
8] ἐσωτέρα ἐστὶ τούτων cet. Latina versio talis est:
Sed haec flos ipse ac vigor sunt conversationis bonae.
Ceterum ordo Christianorum interior est his cet. Hic
qualis sensus? Si aliquid est praecipuum in aliqua
re, cur illud tam parvi ducatur? In Opusculo VI cap.
30 haec ita habentur: καλὸν ἡ νηστία, ... καὶ προ-
οίμια ταῦτα πολιτείας θεοφιλοῦς· ἀλόγιστον δὲ ἀτε-
χνῶς τὸ ἀπλῶς τοῖς τοιοῦτοις ἐπιθαρρῆν. Reddita
sunt: *haec proemia sunt conversationis Deum aman-*
tium, sensu non incommodo, sed huc non per-
tinente. Lege: καὶ παρόμοια ταῦτα πολιτείας· θεο-
φιλοῦς, et similia talia exercitia. Sic et in Opusc.
I legi velim: καὶ ἄλλα ταῦτα καὶ ὅμοια, ἃ πολιτείας
ἐστίν ἀγαθῆς· πλὴν ἡ ἀξία τῶν Χριστιανῶν cet.,
dignitas eorum altior est. Τάξις tamen potest ferri,
significatu rariori.

Cap. X: μὴ νομίση εαυτὸν κατελιφέναι τι, καὶ
οἰθῆναι εἶναι τις, καὶ ἀρξεται διδάσκειν. Quid διδά-
σκειν hic velit, non invenio, cum in sequentibus di-
catur de siti ulteriore gratiae. Accedit, in Opusc.
VI cap. 30 sine pro his legitur: μὴ νομίσει κατε-
λιφέναι, μηδὲ κατακόρως ἔχειν. Unde forte pro
διδάσκειν legendum διαρξείν, quod celerantibus ni-
mis oculis pro διδάσκειν acceptum est. Paulo
post: ἴνα ἔχη τὸν πόνον, τὴν δίψαν, pro quo in
Opusc. VI: ἀλλὰ πεινᾷν τότε καὶ δίψᾷν. Unde πόνον
vix recte habet. Legerem τὴν πείναν, nisi paulo
insolentior vox esset. Forte fuit: ἴνα ἢ τότε πει-
νῶν καὶ δίψῶν cet. Ibidem sequitur: καὶ ἔχη υἱὸν
μονογενῆ καὶ παιδεύσει αὐτόν cet. Ubi nescio quid
ad amorem et ad augmentum luctus intersit, si
filium castigavit mater. Potius cum in Homilia
[Pag. 9] xvi § 11 haec eadem occurrant, et pro his
vocibus legatur ibi εὐειδέστατον, rescribo: καὶ
παῖδα εὐειδέστατον, *et eum vultu honestissimo pul-*
cherrimoque. Hic enim si moritur, ad luctum
multum facit, quia forma tam excellenti, et non
solum unicus fuit.

Cap. XI: μὴ νομίσωσιν, ὅτι εἰσῆλθον εἰς τὴν κα-
τάπαυσιν, ὡς δὲ ἀκμὴν εἰς τὰ πρόθυρα καὶ εἰς τὰς
αὐλάς εἰσέρχονται. In Opusculo VI cap. 31: μὴ νο-
μιζέτωσαν ἤδη τοῦ τέλους καὶ τῆς καταπαύσεως
ἐπιθῆναι πόνον; εἴτε γὰρ αὐτοῖς περὶ τὰ πρόθυρα
καὶ τὰς αὐλάς ἡ ἀναστροφή. Unde forte in Opus-
culo I legendum: πῶς γε; ἀκμὴν γὰρ εἰς cet.;
aliter graeca languent. Sequitur in Opusc. I: εἰ δὲ
καὶ χάριτος μέτοχος γένηται, οἰθῆναι ὡς κατα-
λαβῶν, in Opusc. VI: καὶ χάριτος τινος πνευματι-
κῆς ἡξιώθησαν· μηδὲ τοῦτο πάλιν αὐτοὺς ἀπατίτω
cet. Addendum ergo in Opusc. I *Μὴ, μὴ οἰθῆναι,*
quod exstat quidem in versione, sed ob sensum
tantum; graecum vitium mansit. Porro Opusc. I:
οὐκ ὀφείλει εἰρενῶν ἔκαστον, εἰ εὖρον ἐν τῷ ὀ-
τρακίῳ σκεύει τὸν θησαυρόν cet. Latina versio: nec

conveniunt scrutari unquamque, num forte inveniat, cet.; impio sensu; quod mireris servatum esse. In Opusc. VI: ἐρευνᾶν οὖν προσήκων, recte vero. Lege ergo: ὀφείλει οὖν ἐρευνᾶν. Ibidem: ἔστι γὰρ ἡ χάρις πολλάκις ἐνεργούσα ἀδιαλείπτως, in Opusc. VI: ἐὼν γάρ, ὡς πολλάκις δεδήλωται, καὶ τὴν χάριν ἀδιαλείπτως ἐνεργεῖν, sensu multo meliore. Lege ergo: ἔστι γὰρ ἡ χάρις, ὡς πολλάκις εἴρηται, ἐνεργούσα ἀδιαλείπτως. Corruptio aut lacuna ista nescio unde accidit; accidisse ex Opusc. VI certum est.

CAP. XII post medium: ἐπειδὴ οὖν [Pag. 10] ἡ ἐναντία δύναμις προτρεπτικὴ ἐστίν, οὐκ ἀναγκαστικὴ, καὶ θεία χάρις προτρεπτικὴ ἐστίν. Lege ob meliorem connexionem: ἐπειδὴ οὖν, ὡς ἡ ἐναντία δύναμις, καὶ ἡ θεία χάρις προτρεπτικὴ ἐστίν, διὰ τὸ ἀντεξούσιον καὶ λιτὸν τῆς φύσεως, λοιπὸν ἐάν cet. Ita omnia cohaerent. Pro λιτὸν malim αὐταίτιον, quod idem fere est ad ἀντεξούσιον, notans libertatem arbitrandi et discernendi. Pro quo in Opusc. VII cap. 3 est ἐλεύθερον καὶ αὐτεξούσιον. Affines sunt literae A et Λ graecae; inde error, per compendium scribendi adjunctus. Et similiter erratum esse videtur paulo post in eodem Opusc. I: ἐπειδὴ ἐαυτῷ ἐγένετο ὁ ἀνθρώπος αἰτιος τοῦ ἀγαθοῦ· αὐτῆς γάρ ἐστὶ τῆς φύσεως οὗτος. Pro quibus legendum puto: ἀντεξουσίου γάρ ἐστὶ τῆς φύσεως. Nam vulgata scriptura obscuro sensu. Et priora quidem verba non temere accipienda sunt, ne minus pelagizare videantur.

CAP. XIII: καὶ οὕτως ἂ νῦν μετὰ βίας καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἐθίζειν ἐαυτὸν διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν καὶ τοῦ Κυρίου ἀεὶ μνημονεύειν, καὶ προσδοκᾶν αὐτὸν διὰ παντὸς ἐν πολλῇ ἀγαθότητι καὶ ἀγάπῃ. Versio: *Et sic quae nunc per vim et corde invito facit, adsuafacient ipsum in omne tempus ad bonum, et ad semper vitam Dei memoriam habendam, et exspectandum eum semper in multa bonitate et caritate.* Ubi sensus sat bonus, modo eum graeca paterentur. Nam integra sententia omissa est ex oscitantia librarii, ex Homilia XIX, ubi omnia eadem habentur § 2, repetenda et restituenta. Legitur enim ibi ita: καὶ οὕτως ἂ νῦν μετὰ βίας ἀκούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἐκουσίως πράξει ποτὲ, ἐθίζων [Pag. 11] ἐαυτὸν διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τοῦ Κυρίου μνημονεύων cet. Hinc in Opusc. I legendum: τῆς καρδίας ποιεῖ, ἐκουσίως πράξει ποτὲ, ἐθίζων.... μνημονεύων καὶ προσδοκῶν cet. Ita recte jam habent. Paulo post: μάλλον δὲ ὁ Κύριος ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας αὐτοῦ ἐντολάς, καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος, ὅτε καρποφορεῖ καθαρῶς. Legendum τότε καρποφορεῖ, nempe talis homo. Ita non solum in Homilia excelsa legitur, sed et ipsa connexio jubet. Porro: καὶ ἀπαξαπλῶς τηρεῖ αὐτῷ τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος. Legendum ex Homilia et Opusculo VII cap. 18: πληροὶ αὐτὸν τῶν καρπῶν. Vitium a dictante venit. Post pro: χρεὶ γὰρ ἕκαστον, ὥσπερ εἰς τὴν εὐχὴν βιάζεται ἐαυτὸν καὶ ἀγχεῖ cet., licet

A non plane nullus sit sensus, tamen ex Homilia et Opusculo VII restituendus est infinitivus βιάζεσθαι καὶ ἀγχεῖν. Ibidem pro: κατὰ τὸ γεγραμμένον, quod etiam in Homilia ita legitur, restituendum videtur κατὰ τὸ εἰρημένον, quia in toto N. T. tale quid non exstat, et in Opusc. VII legitur πρὸς τὰ εἰρημένα, unde fidem, credo, fecimus conjecturae nostrae. Denique: τὸ λοιπὸν γὰρ ἐλθὼν ὁ Κύριος, ἐλθὼν καὶ γενόμενος ἐν αὐτῷ. Aut alterum ἐλθὼν eliciendum, aut legendum ὁ Κύριος κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ γενόμενος cet., ut exstat in Opusc. VII; et corruptio quidem facilis.

CAP. XIII paulo post initium pro ἡ ἀπόλει τὴν χάριν, ἡ λαμβάνει καὶ πίπτει lege: ἦν ἔλαβε, καὶ πίπτει: ἦ cet. Et paulo post: ὀφείλουσιν οὖν βουλόμενοι ἐξ ἀληθείας εὐαρεστῆσαι τῷ θεῷ... καὶ βιάζεσθαι πρῶτον ἐαυτὸν: dele καὶ ante βιάζεσθαι, et pone pro eo colon, et pro ἐαυτὸν [Pag. 12] lege ἐαυτούς; nam pertinet ad βουλόμενοι. Sequitur postea: μεγάλη ὑψωσις ἡ ταπεινώσις· καὶ τιμιότης καὶ ἀξίωμα ἡ ταπεινοφροσύνη. Pro quo in Homilia citata [Hom. XIX § 8] legitur: μεγάλη ταπεινώσις ἡ ὑψηλοφροσύνη· καὶ μεγάλη ὑψωσις καὶ τιμιότης καὶ ἀξίωμα ἡ ταπεινοφροσύνη: similiter exstat in Opusc. VII cap. 19. Atque hoc melius esse videtur. Et ad finem porro legitur: καὶ οὕτως τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου πληρωθεῖσιν ἐφ' ἡμῖν. Pro quo legendum ὑφ' ἡμῶν, ut etiam in Homilia exstat. Haec breviter ad I^{um} Opusculum.

AD SECUNDUM OPUSCULUM, *Περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι*, pauca et levia item habeo quae proferram.

CAP. V legitur vulgo et distinguitur: οἶδε γὰρ, φησὶν ἡ γραφή, τὰ κρύφια ταῦτα τῆς ψυχῆς ἀμαρτήματα ἐν ἰσῷ τοῖς ἐκτός τίθεσθαι, ex versione vulgari ita ipem distincta: *Novit enim, ait Scriptura, occulta haec animae peccata pari loco cum externis Dominus censere.* Ubi adeo Κύριος male a sequentibus abruptum et huc tractum est, quia aliter deerat subjectum in ratione. Sed perperam. Vox φησὶ minime ad γραφή pertinet, sed est illa sollemnis in his Opusculis formula, qua scriba aut collector horum Macarianorum innuit, Macarium hoc illud sermone celebrasse. Distingue ergo ita: οἶδε γὰρ, φησὶν [Μακάριος], ἡ γραφή τὰ κρύφια... τίθεσθαι, *novit enim Scriptura haec occulta animae vitia pari in pretio, ac illa externa ponere.* Sequentia docent, hunc esse verum sensum, ubi alligantur aliquot carmina Scripturae de occultis talibus vitiis [Pag. 13] pronuntiantia. Statim post ista sequitur corruptus item locus: καὶ τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, καὶ τὰ ἐξῆς· καὶ πάλιν· καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομιὰς ἐργάζεσθαι ἐν τῇ γῆ. Ubi primum sensus non exprimitur, qui in Psalmo est, scilicet eos, qui aliud in pectore, quam in lingua habeant, a Deo insigniter puniri, ut alios aperte peccatores. Deinde efficitur quasi alius locus: ἐν καρδίᾳ ἀνομιὰς ἐργάζεσθαι ἐν τῇ γῆ, quem et versio latina ita exprimit, cum

tale dictum non inveniatur, et si inveniretur, tamen ad rem tractatam non pertineat. Hinc ante λαλούντων reponenda sunt, quae exstant in Ps. xxviii, 3: Μη συνελκύσης μετὰ ἀμαρτωλῶν τὴν ψυχὴν μου, καὶ μετὰ ἐργαζομένων ἀδικίαν μὴ συναπολέσης με, τῶν λαλούντων cet., delenda vero sunt ἐν καρδίᾳ... τῇ γῆ. Nam ἀνομίας vel ἀνομίαν erat varians lectio τοῦ ἀδικίαν in Psalmo, et cetera corrupta aliunde sunt, memoriae vitio maximam partem, ubi alius citata aliter explevit. Nam non integer locus appositus fuit, sed tantum prima verba, et signum orationis abruptae κ. τ. ε. Mox sequitur: ἐπεὶ πῶς δυνατόν ἀγαθοεργούντας ἐσάπαν λαθεῖν, pro quo melius legi videtur posse: εἰ ποῖς πῶς cet., dices. Nam ἐπεὶ caret connexionione, quam tamen mentitur.

CAP. XI: ἤτις [ἐντολή, non ἀγάπη, ut supplet interpres] ἀπὸ τῆς ἔνδον ἡμῶν διαθέσεως συνειδησεῶς τε ἀγαθῆς, καὶ ὑγεῖων τῶν πρὸς Θεὸν ἐννοιῶν, συνάμα καὶ βοηθείας συναφαπτομένης συνίσταται cet. Lege βοηθείας θείας, nam haec vox a βοηθείας syllabis postremis absorpta est.

AD TERTIUM OPUSCULUM, Περὶ προσευχῆς, pauca haec praefero.

CAP. V: εἰ μὴ ἡ ταπεινοφροσύνη καὶ ἡ ἀγάπη, ἡ ἀπλότης τε καὶ ἀγαθότης κατακολλῶσιν [Pag. 14] ἡμῖν τὴν εὐχὴν cet., Nisi.... *conglutinent nobis orationem*; sensu non optimo. Legendum κατακαλλιῶσιν, *ornent*, ut (a) in Opusc. I cap. 9: ἐὰν μὴ ἡ ταπεινοφροσύνη καὶ ἡ ἀπλότης καὶ ἡ ἀγαθότης κατακοσμήσῃ ἡμᾶς. Ubi pro ἡμᾶς adde ἡμῖν τὴν εὐχὴν, ut necessario sensus postulat et collatio cum Opusculo isto III. Κοσμεῖω et καλλιῶω eodem sensu sunt. Et in fine capituli hujus V pone signum interrogandi: μὴ ἀγνοῶν φαίνεται ψυχαγωγεῖν ἐαυτὸν παρακρούμενος, καὶ μεγάλων ὄντως καρπῶν τοῦ πνεύματος, διὰ τὸ οὕτως ἔχειν, ἀποστερῶν; In vulgatis est τελεῖα στιγμή, quod sensum impedit.

CAP. IX extremo pro ὡς τὸ πολὺ οὐκ ἐκπλεόνασε, καὶ ὡς τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησεν lege ex II Cor. viii et Exod. xvi: ὁ τὸ πολὺ, et ὁ τὸ ὀλίγον vel ἔλαττον.

CAP. X post initium: καὶ τῇ εὐχῇ ὀκνηρὸς cet.; lege ob meliorem connexionem καὶ γο, vel καὶ γὰρ cet.

Pergo ad CAP. XIII, omissis multis mendis typographicis: τοὺς ἀδόνατον ἠγούμενους... ὁ ἀπώσταλος διαβρῆδην εἰκότατος αὐτοὺς δείκνυσι τοῖς δι' ἀπιστίαν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσελεθεῖν μὴ ἤξιωμένοι, καὶ διὰ τοῦτο πεπτωκότων αὐτοῖς τῶν κώλων ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ubi graeca oratio soloiκίζει; saltem ita videtur, nisi commode explicetur. Latina versio haec graeca neglexit propter solam hanc causam, et posuit versionem vulgati interpretis. Tu ita verte: *expresse similes dicit istis, qui a promissa terra propter ἀπιστίαν prohibiti sunt, prostratis vel propter hoc, i. e. quia non credebant, membris*

A ipsorum et cadaveribus in deserto. Ita, inquam, graeca reddenda sunt. Clariora omnia essent, si abesset καὶ, et legeretur tantum διὰ τοῦτο. Eodem capite paulo post ista: τὸ δὲ ἀποστῆναι οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀρνήσασθαι, [Pag. 15] ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ταῖς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἀπιστῆσαι, τέθεικεν· ἀμῶνι καὶ τὰ τυπικὰ τῶν Ἰουδαίων ἀλληγορῶν. Ubi quid sit ἀμῶνι, non interpretari possum. Legendum puto pro eo τέθεικεν, ἐπαγγελίας καὶ τὰ τυπικὰ τῶν Ἰουδαίων, ἀλληγορῶν cet.

OPUSCULUM III, *De Patientia et Discretionē.*

Cap. III legitur: ὡς οἱ περὶ Ἰαννῆ φημι καὶ Μαμβρῆν, ut *Jannes et Mambres*. Ubi licet Ἰαμβρῆς frequentius sit, quam per *M Mambres*, hoc tamen ferri debet, quia in evangelio apocrypho Nicodemi *Mambres* item legitur, quam scripturam etiam servat MS. codex in bibliotheca Orphanotrophii. Ceterum videatur Fabricius in Codice Apocrypho N. T. de hac voce. Idem MS. codex exhibet *Jannes* pro *Jannes*; nec piget integrum locum exscribere, quia differt a vulgata lectione apud Fabricium: *et erant ibi curantes medici nomine Jannes et Mambres, et fecerunt signa, quae fecit Moyses, sed non omnia. Lectio vulgata habet: Erant ibi magi Jannes et Mambres, feceruntque et ipsi per incantationes suas signa, quae fecerat Moyses, sed non per omnia. In MS. illo codice mendum est, ita forte tollendum: Et erant ibi incantatores magici cet. Hujus codicis MS. ideo hic feci mentionem, quia dignus est qui cum edito textu Fabricii conferatur, quod et accuratior et plenior scriptura, et multis historicis et narrationibus auctior est libellus. Exemplum ejus rei proferam quaedam ex posterioribus [Pag. 16] foliis, paulo ante finem evangelii hujus, ibi, quae occurrunt, omnia a vulgatis absunt. Inter alia et haec de Simone Mago, cujus in eodem hoc capite Macarii fit mentio: *Antea quidam Samaritanus venerat nomine Symon, in arte magica nimis eruditus, in quo et demonia multa inhabitabant. Qui dicebat, quod ipse passus fuisset, mortuus et sepultus, et tertia die asserebat se resurrexisse. Quae dum Neroni Caesari nunciata fuissent de Iesu Christo, Filio Dei vivi, et omnia, quae de eo erant acta apud Iudaeam, nunciatum est simul ei de Pylato. Qui statim direxit suos milites in Cymerinam civitatem, et Pylatum ad se accersiri praecepit. Et cum ei praesentatus fuisset, narravit Neroni omnia quae de Christo Nazareno dicta sunt, praesentavitque ei discipulos ejus Petrum et Paulum. Ipsi autem apostoli, refutantes Symonem esse Christum, dixerunt Neroni Caesari: Bone imperator, si vis scire, quae gesta sunt de Iudaea, accipe literas hujus Pontii Pylati ad Claudium missas, et tunc omnia cognoscere poteris. Ille autem mittens ad bibliothecam Capitolii, in quo ipsa scripta continebantur. Accepitque easdem literas, et legit eas; et series ita erat: Pontius Pylatus regi Claudio salutem. Nuper.... Et mortuus est [Nero], et a lupis devoratus.**

NOTAE.

(a) Sic ap. Semler.; leg. et. Ed.

ius, quemadmodum per dyaboli artem interpretatus fuerat et Symon. Hic jam finis evangelii post additam doxologiam. Quae omnia et multa ante haec in vulgato evangelio apud Fabricium absunt. Si quando otium suppeditat, polliceor huic MS. cum edito [Pag. 17] conferendo meam qualemcunque operam. Jam ad Macarium redeo.

CAP. III. Καθαπερ τεκμηράμενον τὴν τῆς αὐτοῦ βασιλείας καθαίρεισιν, pro quo videtur legendum esse τεκμαιρόμενον vel τεκμηριούμενον, a τεκμαίρομαι aut τεκμηριώω. Istud vulgatum ejusmodi sit, non interpretor. In eodem adhuc capite : ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου πρὸς ἀλήθειαν τοῦτο παθεῖν, reddit interpretes a Domino, quod melius reddidisset adveniente Domino. Notissimum enim est, ἐπὶ in his tempus notare.

CAP. VIII. Item errat versio : καὶ γὰρ ὁ τοιοῦτος, ἐν λεπτότητι διὰ τῆς πίστεως φημι, καὶ τῆς προθυμίας, ἥδη κοινωνεῖ τῷ Θεῷ. Latina habent : *Et enim talis (in tenuitate mea per fidem et confidentiam aio) talis inquam jam Deo communicat*; quasi essent verba auctoris de se loquentis. Minus autem recte. Vertendum est : in exiguo, i. e. quodammodo, talis jam κοινωνεῖ τῷ Θεῷ propter fidem et desiderium seu promptum animum. Auctor vult, hanc animi credentis dispositionem, qua exoptat conjunctionem cum Deo, jam esse κοινωνίαν aliqualem, seu, ut statim inferius dicit, talem καθάπερ ἦδη κοινωνεῖ τῷ Θεῷ. Quod ostendit ab exemplo Matth. v, 28, ubi cupido adulterii a Deo reputetur pro ipso adulterio. Est et hoc elegans testimonium antiquitatis de ratione fidei.

Falsa legitur sententia CAP. XI : καὶ γὰρ . . . ἡ δὴ τοῦ πνεύματος ἁγίου γέννησις εἰκόνα τελειότητος ἔχει ἐν τε τῇ μορφῇ καὶ τοῖς μέλεσιν· οὐ μέντοι δυνάμει, ἢ νῷ, ἢ ἀνδρείᾳ, non tamen virtute, aut mente, aut fortitudine. Legendum : . . . μέλεσιν, ἢ ἐν τῇ δυνάμει cet.

Vitium similiter esse videtur CAP. XXIII in verbis : δι' ἐνδὸς δὲ ὑποδείγματος γνώρισμα [Pag. 18] ἔσται τῷ μετὰ χεῖρας, ubi graeca languent. Legentem . . . γνωρίσομεν ταῦτα, ὅ ἐστι μετὰ χεῖρας.

In CAP. XXV item mendosa est lectio : τὸ γὰρ ἐκδοτον αὐτὸν παρασχέιν τῷ φίλων αὐτῷ φαίνεται, ἕτερος ὁμιλίας ἐς οὐδὲν δέον. Quae interpretis ita explevit : *nam impendere se ipsum amicis vindicandis laus ipsi videtur; alii jucundae sunt confabulationes facetae de pugis scurrilibus*. Quem sensum haec graeca pati non possunt. Tentarem restituere : ὁ ἕτερος ἐκδοτον αὐτὸν παρασχών τῶν φίλων αὐτῷ, φαίνεται ἕτερας ὁμιλίας ἐς οὐδὲν δεόμενος, ut auctor ἕτερον ὁμιλίαν intelligat consuetudinem cum Deo, cujus ista cum aliis improbis amicitia impedimentum sit.

Nec desunt nodi scripturae in CAP. XXVI : ὡς τοῦ ἔκρησμου ἦσθετο, γυμνὸς ἐκπέφυγε, πάντων ἀμείψας, καὶ τῆς αὐτοῦ μόνης ψυχῆς γενόμενος. Ubi γενόμενος sine sensu est. Nisi aliquid exciderit, legendum ἡγουμένης, da ihm sein Leben über alles ging.

Qui significatus hujus verbi Graecis non insolens est. Ibidem paulo ante finem : εὐθὺς ὡς εἶχε τοδὸν ἐκφυγεῖν, μὴ μελήσαν αὐτῷ τῶν μηδενός, pro quo forte scribendum : μὴ μελήσαντος αὐτῷ τῶν αὐτοῦ μηδενός. Quia breviter tantum delibare hic ibi quaedam constitui, verito me jam ad.

OPUSCULUM V, De Elevatione mentis.

CAP. I. Hic statim primo in capite levis error in graecis ab interprete non cautus est : ὑμεῖς γὰρ, φησὶν, . . . κατοπτριζόμεθα cet. Sunt excitata verba ex Epistola [Pag. 19] Pauli secunda ad Corinth. c. iii, 18. Ubi interpretes per oscitantiam vix condonandam reddidit : Vos... speculantes, cum tam ex συναφείᾳ luculenta, quam ex loco allato scire debuisset legendum esse ἡμεῖς, nos.

B Omitto quaedam, et in CAP. VIII : οὕτω φησὶ καὶ ἐκάστῳ τῶν ἱερέων καὶ ἁγίων ὁ θεὸς ὡφθη scribo τῶν πατέρων καὶ ἁγίων. Nam de sacerdotibus nihil tale legimus, et qui sequuntur non sunt sacerdotes. Ne quis dubitet, legit etiam Homilia iv § 13 τῶν ἁγίων πατέρων. Ibidem recensetur Dāniel inter Noam et Mosen, pro quo legendum Σαμουήλ; nam Daniel pertinet ad prophetas, de quibus statim dicit : καὶ ἐκάστῳ τῶν προφητῶν.

In fine CAPITIS IX item vitium est : σχολῇ γ' ἂν οἱ ἐκείνῳ τῷ ἀπαθεῖ βληθέντες, ἔρωτι τινι τῶν τοῦ κόσμου καθεκτοὶ γένοιτο. Ubi se male torquet interpretes : *An segne otium erit desiderio perturbationis omnis immuni permissis amorem aliquem mundi non cohibendi?* Lego : ὅσω μᾶλλον οἱ ἐκείνῳ τῷ πόθῳ βληθέντες ἔρωτι τε, τῶν τοῦ cet. Ita suadet conexio.

Statim ab initio CAP. XIII est vitium duarum litterarum : εἰ τὸ σύνθετον ἐκεῖνο ἔλαιον τοσαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, ὡς τοὺς χρησαμένους αὐτῷ. Lege χρησιμῶν; ex Homilia xvii, ubi haec omnia occurrunt. In eodem capite occurrit vox rarior τρανός : τρανός καὶ ἀνεπικωλύτοις ὀφθαλμοῖς. Pro qua in Homilia est bona glossa καθαροῖς, quae significatio nec apud veteres est Lexicographos. Hesychius enim *τρανός, σαφής, ἀληθής*. Cyrilli Onomasticon *τρανός*, expresse. Haec adeo vox eleganter declaratur per καθαρός et ἀνεπικώλυτος.

OPUSCULUM VI, De Charitate.

Primum CAPUT ostendit lacunam, unde et Pritius aut interpretes in margine notat (*corruptus videtur locus*). Habet illa : ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ σταυροῦ δυνάμει· τοῦτοις ἐνεργούμενος ἐν ὑποστάσει τοῖς καταξωθεῖσι ταύτην κτήσασθαι. Videbar mihi itaque restituere . . . δυνάμει· οὕτως ἐνεργούμενός ἐστιν ὁ περὶ σταυροῦ λόγος τοῖς καταξωθεῖσι ταύτην [σοφίαν] κτήσασθαι, vel ἐν τοῖς καταξωθεῖσι, vel δυνάμει. Corruptio ex compendiis scribendi venit.

CAP. III ab initio : οὕτω διακορῆς γίνεται, μᾶλλον τῆς ἐπιθυμίας. Videtur excidisse γίνεται δὲ μᾶλλον, ut γίνεται bis occurrat.

CAP. V occurrit vox μυχοί, in qua Hesychius vitiosus est, *μυχοί, αἱ καταδύσεις, οἱ ἐνδύτατοι καὶ ἀπύκρυφοι τόποι, λιμένες, κοιλότητες, ἴσχατα καὶ τὰ*

ποιήματα, ἢ τὰ ἐσώτερα μέρη. Τὰ ποιήματα varie A Cap. X : 'Ἐδείχθη ἐκεῖνα δὴ τὰ θαυμάσια cet. Vi-
tentant notae doctōrum virorum ad Hesychium. detur excidisse : καὶ γὰρ, ἃ εἰδείχθη, cet. Aliter lan-
Mibi verum videtur ταπεινότερα. guent graeca. Καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα.

HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

EDITIO PRINCEPS

CUI TITULUS : ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ ΟΜΙΛΙΑΙ Ψ. B. *Macarii Aegyptii Homiliae quinquaginta. Ex Bibliotheca Regia. Parisiis M. D. LIX. Apud Guil. Morelium, in Graecis typographum Regium. Ex privilegio Regis. 12^o.*

Praefationis loco Suidae testimonium prae se fert hocce :

| ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

ΜΑΚΑΡΙΟΣ. Δύο ἐγένοντο μακάριοι ὁμώνυμοι καὶ περιβόητοι δι' ἄσκησιν, διὰ βίον, διὰ τρόπον, διὰ τὰ μαθήματα. ὁ μὲν αἰγύπτιος θαυματουργὸς ἦν, καὶ μετὰ τοῦ εὐλαβοῦς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐστηρὸς· ὁ δὲ ἀλεξανδρεὺς κατὰ πάντα ὦν παραπλήσιος τῷ αἰγυπτίῳ καὶ ἰαρός· οὕτως ἰαρός ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἤγε πρὸς ἄσκησιν. τούτων Εὐάγγελος γενόμενος μαθητὴς τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὦν· ὅς ἐν Κωνσταντινῶν πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου εἰς τὴν τοῦ διακόνου προσχειρισθῆ τάξιν. ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον καταλθὼν, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχῶν ἀνδράσι, τὸν ἐκείνων βίον ἐζήλωσε. τούτῳ βιβλία ἄγαν σπουδαία συγγέγραπται· ὦν τὸ μὲν μοναχὸς ἢ περὶ πρακτικῆς ἐπιγέγραπται· τὸ δὲ γνωστικὸς ἢ περὶ τῶν καταξιωθέντων γνώσεως· κεφάλαια δὲ αὐτοῦ πεν | τήκοντα· τὸ δὲ ἀντιρρήτικὸν πρὸς τοὺς πειράζοντας δαίμονας, ἐν ὅκτῳ διηρημένον μέρεσι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτῶ λογισμῶν· καὶ ἐξακόσια προγνωστικὰ προβλήματα· καὶ στιχηρὰ β'· ἐν πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδαῖς μοναχοῦς· καὶ ἐν πρὸς τὴν παρθενίαν. καὶ φησι κατὰ λέξιν οὕτως· ἀναγκαῖον τὰς ὁδοὺς τῶν προδουσαντων μοναχῶν ὀρθῶς διερωτᾶν, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι· πολλὰ γὰρ ἐστὶν ὑπ' αὐτῶν τὰ βῆθη καὶ πραχθέντα καλῶς· ἐν οἷς καὶ τοῦτ' οὐκ ἔφησε, τὴν ξηροτέραν καὶ ἀνώμαλον διαίταν, ἀγάπη συζευχθεῖσαν, θάπτον διάγειν τὸν μοναχὸν εἰς ἀπάθειαν.

[Sequuntur Homiliae graece pagg. 1-567. In fine libri legitur : *Excudebat Guil. Morelius in graecis typographus Regius M. D. LIX.*]

JOANNIS PICI PRAEFATIO

AD VERSIONEM LATINAM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

Quam edidit hoc titulo :

S. Patris Macarii Aegyptii Homiliae quinquaginta, interprete Joanne Pico, in Senatu Parisiensi classium inquisitoriarum praeside. Parisiis M. D. LIX. Apud Guil. Morelium in Graecis typographum Regium. Ex privilegio Regis. 12^o.

Joannes Pico, in senatu Parisiensi Classium inquisitoriarum Praeses, piis omnibus Christi et Ecclesiae sanctae cultoribus Salutem.

Quam antiqua sit et illustris anachoretarum ac monachorum origo, declarat inprimis beati Joannis Baptistae solitaria conversatio, quam Evangeliorum libro descriptam habemus; declarant secundo loco monumenta, quae nobis reliquerunt Apostolorum discipuli et eorum coaevi philosophi, cujus generis exstitit Philo philosophus et orator clarissimus, qui sanctorum Petri Marci apostolorum temporibus floruit; declarant postremo auctores Historiae ecclesiasticae, rerumque divinarum doctores et interpretes: quos introducere loquentes malo, quam sermonem meum illis affingere, quoniam in ea tempora incidimus, quibus omne, quantumvis verum, oppugnatur, nec creditur a plerisque nisi quod lubet et arridet. Depromamus ergo primum quaedam ex libro beati Dionysii Apostolorum discipuli de Ecclesiastica hierarchia 1 (a): ε' Ἡ δὲ τῶν τελουμένων ἀπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις, ἢ τῶν μοναχῶν ἐστὶν ἰερὰ διακόσμησις, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρομένη καθαρίσιν, ὀλιγῇ δυνάμει, καὶ παντελεῖ τῶν οἰκειῶν ἐνεργειῶν ἀγνότητι, πάσης δὲ, ὅσης θε-

NOTAE.

(a) Cap. 6 de ordinibus qui initiantur.

μὴν αὐτῆ θεωρεῖν, ἱερουργίας ἐν νοεῤῥᾷ | θεωρίᾳ καὶ κοινωνίᾳ γεγεννημένη, καὶ ταῖς τῶν ἱεραρχῶν τελειωτικαῖς δυνάμεσιν ἐγχειριζομένη, καὶ ταῖς ἐνθέοις αὐτῶν ἀλλάμψεσι καὶ ἱεραρχικαῖς παραδόσεσιν ἐκδιδασκομένη εἰς ἐποπευθεῖσας τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν τελετῶν ἱερουργίας, καὶ πρὸς τῆς ἱερᾶς αὐτῶν ἐπιστήμης ἀναλόγως εἰς τελειοτάτην ἀναγομένη τελειώσιν. ἔνθεν οἱ θεοὶ καθηγεμόνες ἡμῶν ἐπωνυμιῶν αὐτοὺς ἱερῶν ἤξωσαν, οἱ μὲν θεραπευτᾶς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάσαντες, ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας, καὶ τῆς ἀμερίστου καὶ ἐνιαίας ζωῆς, ὡς ἐνοποιούσης αὐτοὺς ἐν ταῖς τῶν διαιρητῶν ἱεραῖς συμπύξιν, εἰς θεοειδῆ μονάδα καὶ φιλόθεον τελειώσιν. δι' ὃ καὶ τελεστικὴν αὐτοῖς ἐδωρήσατο χάριν ἡ ἱερὰ θεομοθεσία, καὶ τινοὺς αὐτοὺς ἤξωσεν ἀφιερωτικῆς ἐπικλήσεως οὐχ ἱεραρχικῆς, ἐκείνη γὰρ ἐπὶ μόναις γίγνεται ταῖς ἱερατικαῖς τάξεσιν, ἀλλ' ἱερουργικῆς, ὑπὸ τῶν ὁσίων ἱερέων τῇ ἱεραρχικῇ τελετουργίᾳ δευτέρως ἱερουργουμένης.

Μυστήριον μοναχικῆς τελειώσεως.

Ὁ μὲν ἱερεὺς ἔστηκεν ἐπίπροσθε τοῦ θεοῦ θυσιαστηρίου, τὴν μοναχικὴν ἐπικλήσιν ἱερολογῶν ὁ δὲ τελοῦμενος ὀπίσω τοῦ ἱερέως ἔστηκεν, οὐκ ἀμφω τῷ ποδὲ κλίνων, οὐχ ἕνα τοῖν ποδοῖν, οὐκ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων τὰ θεοπαράδοτα λόγια, μόνον δὲ τῷ ἱερεῖ παρεστῶς ἱερολογοῦντι τὴν ἐπ' αὐτῷ μυστικὴν ἐπικλήσιν. τελείσας δὲ αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, ἐπὶ τὸν τελούμενον ἐλθὼν, ἐπερωτᾷ πρῶτον αὐτὸν, εἰ πάσαις ἀποτάσσεται ταῖς διαιρηταῖς οὐ μόνον ζωαῖς, ἀλλὰ καὶ φαντασίαις. εἶτα τὴν τελειοτάτην αὐτῷ ζωὴν ὑφηγεῖται, μαρτυρούμενος, ὅτι χρῆ τῆς μέσης αὐτὸν ὑπερανεστηκέναι. ταῦτα δὲ πάντα τοῦ τελοῦμένου προσεχῶς ὁμολογήσαντος, τῷ σταυροειδεῖ τύπῳ σφραγισάμενος αὐτὸν ὁ ἱερεὺς, ἀποκείρει, τὴν τριστὴν τῆς θείας μακαριότητος ἐπιδοῆσας ὑπόστασιν, καὶ τὴν ἐσθῆτα πᾶσαν ἀπαμφιεῖ | σας, ἐτέραν ἀμφιένυσσι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν ἀνδρῶν ὅσοι πάρεσιν, ἀσπασάμενος, αὐτὸν κοινωνὸν ἀποτελεῖ τῶν θεαρχικῶν μυστηρίων. τὸ μηδένα τοῖν ποδοῖν κλίνειν, μηδὲ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχειν τὰ θεοπαράδοτα λόγια, παρεστάναι δὲ τῷ ἱερεῖ τὴν ἐπικλήσιν ἱερολογοῦντι, δηλοῖ τὴν μοναχικὴν τάξιν οὐκ εἶναι προσαγωγικὴν ἐτέρων, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῆς ἔστωσαν ἐν μοναδικῇ καὶ ἱερᾷ στάσει, ταῖς ἱερατικαῖς ἐπομένῃν τάξεσι, καὶ πρὸς αὐτῶν ὡς ὀπαδὸν ἐπὶ τὴν θείαν τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν ἐπιστήμην εὐπειθῶς ἀναγομένην. ἡ δὲ τῶν μεριστῶν οὐ μόνον ζωῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ φαντασιῶν ἀποταγὴ τὴν τελειοτάτην ἐμφαίνει τῶν μοναχῶν φιλοσοφίαν, ἐν ἐπιστήμῃ τῶν ἐνοποιῶν ἐντολῶν ἐνεργουμένην. ἔστι γὰρ, ὡς ἔφη, οὐ τῆς μέσης τῶν τελοῦμένων τάξεως, ἀλλὰ τῆς πασῶν ὑψηλοτέρας. δι' ὃ καὶ πολλὰ πρὸς τῆς μέσης τάξεως ἀκατακρίτως ἐνεργουμένων ἀπειρηται τρόπῳ παντὶ τοῖς ἐνιαίοις μοναχοῖς, ὡς πρὸς τὸ ἐν αὐτῶν ἐφελδόντων ἐνοποιεῖσθαι, καὶ πρὸς ἱερὰν μονάδα συνάγεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἱερατικὴν, ὡς θεμιτὸν, ἀπομορφῶσθαι ζωὴν, ὡς τὸ συγγενὲς αὐτῆς ἔχουσιν ἐν πολλοῖς, καὶ μᾶλλον αὐτῇ παρὰ τὰς λοιπὰς τῶν τελοῦμένων τάξεις πλησιάζουσιν. ἡ δὲ τοῦ σταυροειδοῦς τύπου σφραγίς, ὡς ἤδη παρ' ἡμῶν εἴρηται, δηλοῖ τὴν πασῶν ὁμῶ τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων ἀνενηρησίαν. ἡ δὲ τῶν τριχῶν ἀπόκαρσις ἐμφαίνει τὴν καθαρὰν καὶ ἀσημάτιστον ζωὴν, οὐκ ἐπιπλάστοις σχήμασι τὸ κατὰ νοῦν δυσειδὲς ἐπιθετικῶς καλλωπίζουσιν, ἀλλ' αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὐκ ἀνθρωπικαῖς κάλλεσιν, ἀλλ' ἐνιαίοις καὶ μοναχοῖς εἰς τὸ θεοειδέστατον ἀναγομένην. ἡ δὲ τῆς προτέρας ἐσθῆτος ἀποβολή, καὶ τῆς ἐτέρας λῆψις, τὴν ἀπὸ μέσης ἱερᾶς ζωῆς ἐπὶ τὴν τελειότεραν μετὰταξιν ἐμφαίνει, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς θεογενεσίας ἡ τῆς ἐσθῆτος ἀμειψίς ἐδήλου τῆς ἀποκαθαίρουμένης ζωῆς | εἰς θεωρητικὴν καὶ σοφιστικὴν ἔξιν ἀναγωγὴν. εἰ δὲ καὶ νῦν ὁ ἱερεὺς τε καὶ πάντες ὅσοι πάρεσιν ἱεροῖ τὸν τελεσάμενον ἀσπάζονται, τὴν ἱερὰν τῶν θεοειδῶν ἐννόησον κοινωνίαν, ἀγαπητικῶς ἐν εὐφροσύνῃ θείᾳ συνηδομένων ἀλλήλοις. ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὴν θεαρχικὴν κοινωνίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον, ἐμφαίνων ἱερῶς, ὡς ὁ τελεσθεὶς, εἴπερ ἀληθῶς ἐπὶ τὴν μοναχικὴν ἀφίκοιτο καὶ ἐνιαίαν ἀναγωγὴν, οὐ θεωρητικῶς μόνον ἔσται τῶν κατ' αὐτὸν ἱερῶν, οὐδὲ κατὰ μέσσην τάξιν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν ἤξει τῶν ἱερωτάτων συμβόλων, ἀλλὰ μετὰ θείας τῶν ὑπ' αὐτοῦ μετεχομένων ἱερῶν γνώσεως, ἐτέρῳ τρόπῳ παρὰ τὸν ἱερὸν λαὸν ἐπὶ τὴν μετὰληψιν ἤξει τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας. »

Quae sic vertit Perionius.

« Summus vero eorum omnium, qui initiantur et perficiuntur, ordo est sanctorum monachorum, cum et omni piaculo, tota vi omnique actionum suarum sanctimonia expiatus sit, et omnis mysterii, quod quidem ei fas sit aspicere, spiritalis spectator particepsque sit factus traditusque perficienti pontificum ordini, ac divinis eorum illustrationibus pontificiisque institutis discat sanctorum mysteriorum, quae eum attingunt, sacra quae aspexerit, atque sancta eorumdem scientia pro modo suo ad summam perfectionem virtutemque efferatur. Hinc divini praeceptores nostri sanctis eos nominibus appellari voluerunt, alii cultorum, alii monachorum, a puro Dei famulatu et cultu, individuaque ac singulari vita, quippe quae eos unum faciat sanctis rerum dividuarum coniunctionibus, ad divinam unionem Deoque gratam perfectionem adipiscendam. Itaque perficiendi eis munus sancta lex concessit, dignataque est eos invocatione quae vim consecrandi | habet, non pontificia quidem, ea enim est tantum penes sacerdotum ordines, sed sacerdotali, quae a sanctis sacerdotibus secundo a pontificio munere-loco adhibetur.

Mysterium monasticac consecrationis.

Sacerdos quidem stat ante divinum altare, precationem quae monachos attingit recitans ac pronuncians; is autem, qui consecratur et initiatur, stat post sacerdotem, nec ntrumque genu flectit nec alterum, nec

caput habet suppositum divinis libris, sed tantum praesto est sacerdoti qui mysticam precationem a ipso recitat. Sacerdos vero ea perfecta, cum ad eum qui initiatur venit, illum rogat primum, num remittat nuntium non solum dividuis distinctisque vitis, verum etiam visionibus; deinde perfectissimam ei vitam exponit, hoc pro testimonio dicens, eum mediam vitam superare ac transilire oportere. Quae ubi omnia is qui initiatur continenter professus est se esse facturum, sacerdos signo crucis eum consignatum tondet, appellans tres personas divinae beatitudinis; omnique veste detracta eum alia induit, et eum aliis sanctis viris qui adsunt, cum eum salutavit, participem facit divinorum mysteriorum.

Contemplatio.

« Quod neutrum genu flectit, neque habet caput divinis libris subiectum, praestoque est sacerdoti precationem recitanti, declarat, monachorum ordinis non esse alios deducere, sed in se ac per se perstare in singulari sanctoque statu, sacerdotum ordines assectantem, et ab eis ad divinam sacrorum quae illum attingunt scientiam facile traduci. Divisarum autem diversarumque non solum vitarum, sed etiam visionum ut ita | dicam abrenunciatio perfectissimam monachorum philosophiam significat, quae in praeceptorum, quae unum faciunt, scientia vim et efficacitatem habet. Est enim, ut dixi, non medii eorum qui initiantur ordinis, sed summi omnium. Itaque multa eorum, quae impune ac sine improbatione a medio ordine geruntur, omni ratione singularibus monachis interdicta sunt; quippe qui cum uno coniungi debeant et cum sacra monade colligi atque ad sacerdotum vitam, quantum licet, formari; quod ei ordini in multis ordo ille similis sit, et unus ex omnibus ordinibus eorum qui initiantur, ad eum proxime accedat. Signum vero figurae crucis, ut iam a nobis dictum est, declarat universarum ad corpus pertinentium cupiditatum privationem. Capillus autem tonsus puram nullaque figura fucatam vitam indicat, quae non fictarum figurarum aut colorum inductione deformitatem mentis ornet, sed per seipsam non humana pulchritudine, verum singulari et unica ad divinam excitet. Prioris vero vestis detractio et alterius inductio significat a media sancta vita ad perfectiorem traductionem: quemadmodum in ortu a Deo sive baptismo vestis vicissitudinem ac mutationem a vita quae expiatur ad contemplationis sapientiaeque statum et habitum migrationem significare dicebamus. Quod si nunc etiam et sacerdos et omnes sancti qui intersunt eum qui initiatus est consulant, intellige sanctam eorum qui divinitatem imitantur societatem, amanter cum divina laetitia inter se gratulantium. Postremo sacerdos ad divinam communionem invitat eum qui initiatus est, sancte indicans illum qui | consecratus est: si vero ad monachorum institutum, quod singulare est, pervenerit, non solum spectatorem sacrorum quae ei permissa sunt fore, nec ritu medii ordinis in sanctissimorum sacramentorum societatem communionemque venturum, sed cum divina eorum sacrorum quae percepit cognitione, alio quam sanctus populus modo venturum esse ad divinae societatis adeptionem et perceptionem. » Philo vero de eorundem ortu scripsit hunc in modum 1 (a): « Postquam de Essaeis deseruimus, qui vitam activam exercent, omnibus, aut, quod minus invidiosum dictum est, plerisque feliciter ordo postulat, ut deinceps dicamus quae dicenda sunt de contemplationi deditis. Non debet enim huiusmodi virorum virtus eximia causam praebere silentii his qui nihil honestum putant tacendum dissimulandumque. Institutum autem huius philosophiae mox apparet ex ipsis appellationibus; vocantur enim *therapeutae*, *therapeutridesque*, hoc est curatores et curatrices, sive cultores et cultrices, vero nomine, vel quia profitentur medicinam praestantiorum ista vulgata per omnia oppida; haec enim medetur solis corporibus, illa et animas liberat morbis gravibus et adversus medelas contumacibus, quos infixerunt voluptates, concupiscentiae, dolores, timores, avaritiae, insipientiae, iniustitiae et ceterae perturbationes et vitiorum agmen innumerabile; vel quia didicerunt a natura et e sacris legibus colere illud *Ens* et bono melius et uno sincerius et unitate in generando antiquius atque, ut ita dicam, principalius. Horum pietati quos tandem merito comparabimus? » Et paucis interiectis: « At | illud hominum genus therapeuticum semper in divinitatis contemplatione proficiet, etiam sole hoc sensibili praeterito, nec unquam suum ordinem deseret tendentem ad felicitatem perfectissimam. Huic vitae instituto qui se addicunt, non ex more aut rogati id faciunt, sed amore correpti rerum caelestium, et quasi divino furore perciti, donec ad contemplationem illam desideratissimam perveniant. Deinde prae immortalis beataeque vitae cupidine quasi iam hac mortali defuncti, facultates suas relinquunt liberis aut cognatis, ultro eis possessione cedendo: atque etiam sociis et amicis, si cognati desint. Oportet enim, ut qui perspicaces divitias adeptus est, caecas illas relinquat mentibus caecutientibus. » Nec multo post: « Relictis igitur facultatibus et avocamentis omnibus fugiunt, nulla habita ratione fratrum, liberorum, parentum, uxorumque, et deserunt numerosas cognationes, societates, amicitias, ipsas denique patrias, in quibus geniti educatique sunt. Quando quidem consuetudo magnum momentum habet ad affectandos animos. Demigrant autem non in aliam civitatem, sicut servi, qui se vendi aliis heris impetrant miseri, ut qui servitutum mutant, non effugiunt. Quaevis enim civitas, vel optimis ornata legibus, plena est tumultu plurimo,

NOTAE.

(a) Lib. De vita contemplativa sive supplicum virtutibus.

quem nemo sapientiae sectator sustineat. Sed extra mœnia degunt in hortis aut villis solitariis, amantes solitudinem, non hominum odio, sed ad cavendos congressus cum dissimilibus, quos sciunt bonis moribus officere. Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus, merito, ut absolutæ probitatis, receptum a Graecis atque Barbaris. Maxime tamen | in Aegypto frequentatur per praefecturas singulas, praesertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis optimus quisque therapeutarum, tamquam in huius generis patriam, colonus mittitur in locum quendam aptissimum, situm ad stagnum Mariam, in terreno colle acclivi leviter, tutum simul ab aeris temperie. Securitatem enim ei praestant villae vicique proximi; aerem vero temperat emissarium stagni exonerantis se in mare, et auræ nunquam non ex alto aspirantes tenuiter, sicut crassiores feruntur e stagno, quibus permixtis temperamentum existit saluberrimum. Domicilia vero convenarum sunt admodum frugaliter parata contra aestum tantummodo et frigora, non contigua ut in urbibus, non enim placet id amantibus solitudinem, nec tamen longe remota, quia societatem diligunt, ut sibi possint invicem succurrere adversus latronum ineursus fortuitos. Singuli autem habent sacras aediculas quae *σπηλαια* vocant sive monasteria, ubi solitarii sanctae vitae mysteriis dant operam. Nec cibi potusve quicquam eo inferunt, aliudve in usam corporis, sed legem tantum et prophetarum oracula divinitus prodita hymnosque et quaedam alia pietati scientiaeque promovendae utilia. Itaque perpetuum habent Dei memoriam, ut ne in somnis quidem aliud eis obversetur quam imagines divinarum pulchritudinum. Et sunt in his qui somnando produunt praeclaras sacrae philosophiae sententias. Quotidie bis precari solent, mane ac sub vesperam: oriente sole petentes diem vere felicem, utque mentes eorum caelesti repleantur lumine; occidente vero, ut anima in totum exonerata | sensibus moleque rerum sensibilibus veritatem vestiget in consistorio domestico. Medium vero matutini vespertinique temporis interstitium totum meditationi tribuitur. Versantes enim sacra volumina dant operam philosophiae per manus acceptae a maioribus, scrutando eius allegorias, quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturae, coniecturis explicanda probabilibus. Habent etiam praeceptorum commentarios, qui huius sectae auctores multa monumenta reliquerunt de allegoriis eiusmodi, ad quorum imitationem posterius se accommodant. Itaque non solum contemplantur, sed etiam cantica hymnosque in Dei laudem componunt, vario metrorum carminumque genere rhythmis concinnatos in augustiorem ac religiosam speciem. Per sex dies seorsum quisque in suis illis modo dictis monasteriis philosophantur, non progredientes foras, immo ne prospicientes quidem. Septima vero conveniunt in coetum communem, et iuxta aetatis ordinem considunt decenti habitu, manus continentes sub pallio, dextram inter pectus barbamque, sinistram applicant lateri. Tum progressus in medium natus maximus et dogmatum eius sectae peritissimus disserit vultu ad gravitatem composito, voce moderata, non sine magna prudentia, secus quam oratores aut aetatis nostrae sophistae ostentatores eloquentiae: ut cui magis cordi sunt exquisitae sententiae diligensque et accurata harum enarratio, quae non summis insidat auribus, sed per auditum penetret in animum ibique firmiter inhaereat. Reliqui omnes auscultant per summum silentium, annutantes oculis tantam aut capite. Id commune *σπηλαιον*, in quod | septimo die conveniunt, septo clauditur duplici, separatim virorum et mulierum coetibus. Nam mulieres quoque auscultant ex more, duntaxat quae institutum idem sectantur. Medius autem paries a solo surgit tribus quatuorve cubitis in modum loriculae; superiora usque ad tectum patent. Unde gemina provenit commoditas, et quod pudori foeminei sexus consuetudo, et quod verba doctoris exaudiuntur facile absque obstaculis quae vocem intercipiant. Temperantiae tanquam fundamento in anima iacto virtutes ceteras superstruunt. Nec cibum nec potum quisquam sumit ante solis occasum, quod sapientiae studium luci convenire iudicent, tenebris vero curam corporis. Ideo totos dies alteri, alteri vero exiguam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex his vix tertio quoque die famem sentiunt, attentius magis ad disciplinarum scientiam. Nec desunt, qui praelatis accepto epulo sapientiae copiose praebentis sua placita, perdurant duplum eius temporis, et vix sexto die degustant cibum necessarium, assæti sicut cicadae rore vivere, canticis, opinor, solantes inedia. Septimum vero diem, ut festum sacratumque, honore dignantur eximio; quo post curam animi corpus quoque reficiunt, sicut iumento relaxantes laborem continuum. In cibata utuntur pane simplici; sal vicem supplet obesit; qui delicatescunt sunt, hyssopum pro condimento adiciunt. Potum e fluentis hauriunt, contenti placere dominas a natura mortalibus additas, famem sitimque, absque omnibus lenociniis, fruendo rebus sine quibus non licet vivere. Edunt igitur ne esuriant, bibunt ne sitiunt, saturitatem cavendo ut inimi | cum animo pariter ac corpori. Et quoniam tegminis quoque duae sunt species, vestis tectumque, de aedibus iam dixi, esse incultas et extemporaneas, factas ad praesentem usum tantummodo. In veste autem eadem apparet simplicitas, ad arcendos calores et frigora, pro pelliceis erassa tunica in hyeme, aestate vero exomis aut interula linea. In universum enim exercent modestiam, ut fontem veritatis, sicut e fastu mendacium prognatum autumant. Profluunt enim e mendacio variae malorum species; contra ex veritate omnium felicitatum humanarum divinarumque copia. Deinde quibusdam interiectis haec ait: « Ubi vero convenere candidati et laeti cum summa gravitate ad signum datum a quopiam ephemereuta—sic huiusmodi ministros nominant—priusquam discumbant, stantes una serie decenter, sublatiscque ad caelum manibus atque oculis: his quoniam didicerunt spectare caelestia,

illis utpote incorruptis a muneribus et quaestu illicito : precantur, ut Deo placeat id convivium. Absolutis precibus seniores discumbunt, ac mox alii pro cuiusque dignitate. Nec enim seniores ex annis aestimant, sed quantumvis grandaevis habent pro pueris, si sero institutum hoc complexi sunt; honorem vero senectutis tribuunt his qui exerceverunt se a iuventute in hac pulcherrima divinaque parte contemplativae philosophiae. Adhibentur mensae foeminae quoque, anus pleraeque, sed virgines, non coactae castitatis, sicut apud Graecos quaedam sacrificulae, sed sponte continentes prae amore sapientiae, cuius studio per totam vitam contempserunt voluptates corporis, nimirum divinae, non mortalis, prolis cupidae, quam solae Deo | charae animae ex seipsis pariunt, excipientes pro semine intelligibiles Patris radios, ut decreta sapientiae contemplando percipere valeant. Discubitus ita distribuitur, ut seorsum viri dextrum latus, seorsum foeminae sinistrum teneant. Quod si quis suspicatur, lectisternia etsi non sumptuosa, certe molliuscula parari hominibus ingenuis et philosophiae deditis, sciat esse tegetes rudes e vili contextas materia, videlicet e papyro indigena, sic humi aggestas, ut eminendo fulciant cubitos. Remittunt enim paululum illam laconicam disciplinae duritiam, semper et ubique probantes liberalem frugalitatem, totis viribus aversando voluptatis illecebras. » Et paulo post : « Vinum per illos dies non praebetur, sed aqua limpidissima, ceteris frigida, calida vero his qui inter seniores tractantur delicatius. Mensa pura est a cruentis dapibus. Pro cibo panis apponitur, sal pro obsonio, et pro condimento hyssopus in delicatorum gratiam. Operantur enim ut sacerdotes sacris abstemiis, tota victus ratione castigata ad eandem frugalitatem. Nam vinum habent pro veneno afferente dementiae, opiparis autem obsoniis aiunt irritari concupiscentiam, belluam insaturabilem. Haec sunt exordia convivii. » Et post pauca subditur : « Enarrationes autem sacrarum literarum constant ex allegoriis. Nam hi viri totam legem existimant habere animalis similitudinem, quod praecepta corpus referant, animam vero sententiae retrusiores sub velamine verborum additae. In quibus rationalis anima egregie seipsam contemplatur tanquam in speculo, sub his ipsis verbis miram sententiarum pulchritudinem conspiciens et explicans e figu | rarum involucris, atque ita penitentiorem intellectum in lucem producens duntaxat apud eos, qui per occasionem admoniti sciunt obscura ex apertis colligere. Ubi vero praeses visus est rem bene tractando satisfecisse auditorum desiderio, plausus pro palam editur ab omnibus. Tum ille assurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens a se compositum, aut desumptum ab aliquo vatum veterum. Exstant enim huius generis carmina prisca, versu trimetro, et hymni cum suis accentibus inter sacra canendi ante altaria, vel a stantibus, vel a choreas ducentibus moderatas variis flexibus atque reflexibus. Praesulem mox imitantur ceteri decenti ordine, omnibus intente quieteque auscultantibus, praeterquam in fine hymni extremaeque clausula. Tunc enim universi vocem extollunt, sine sexus discrimine. » Ista sunt Philonis verba. Quae quantum ad religionem christianam et ecclesiasticum ordinem faciant, liquido declarat Eusebius Caesariensis Historiae Ecclesiasticae libro secundo. Qui quidem horum θεραπευτῶν ducem affirmat esse beatum Marcum apostolum et evangelistam, primum Alexandriae episcopum, Philonemque ecclesiasticae institutionis initia et originem apostolicae atque etiam evangelicae traditionis eidem Supplementum libro intexuisse, sic scribens ¹ : « Marcus hunc primum aiunt ad Aegyptum missum, evangelium illic, quod et conscripserat, praedicasse, primumque ecclesiam Alexandriae constituisse. Tanta autem ibi credentium virorum ac mulierum multitudo prima accessione per exercitium philosophicum admodum ac diligentissimum collecta est, ut exercitia eorum, conventus, symposia, et universam re | liquam vitae conversationem Philo literis mandare dignatus sit. Fertur etiam hic Philo Romae sub Claudio ad colloquium Petri Romanis tum praedicantis venisse. Neque hoc vero dissimile est. Commentarius enim ille, quem tandem ab eo posterioribus temporibus elaboratum esse dicimus, Ecclesiae canones, qui ad haec nostra usque tempora servantur, manifeste continet. Imo quoniam vitam etiam religiosorum nostrorum quam fieri potuit accuratissime descripsit, satis manifestum relinquitur, non modo vidisse eum viros illos apostolicos sui temporis ex Hebraeis, ut vero simile est, profectos, ob eamque causam priscorum ritum adhuc more Iudaeorum observantes, sed et probasse, divinosque et honestos iudicasse. Cum primis et hoc liquet, quod nihil ultra veritatem aliunde aut ex seipso his, quae scribere conatus fuit, adicere volens in eo libro, quem de vita contemplativa aut de precantibus inscripsit, cultores eos, et mulieres, quae cum eis erant, cultrices vocari dixerit, causamque appellationis huius adiecerit, aut quod animos accedentium a passionibus malitiae instar medicorum liberantes curaverint ac sanaverint, vel quod caeleste nomen mundo cultu sinceraeque religione venerati sint. Sive igitur hanc illis appellationem de suo ob praedictas causas imposuit, nomenque virorum istorum proprie hoc pacto descripsit, sive statim initio vere sic vocati sint, cum Christianum nomen haudquaquam tum quovis loco celebraretur, non est necesse ut contendamus. Hoc tamen cum primis testatur, quod facultatibus suis renunciarint, ac bonis ad se pertinentibus cesserint hi qui philosophari coepissent; deinde et a cun | ctis vitae huius curis abstinnerint, relictisque muris in agris et hortis solitarie conversati sint, certo scientes consortia eorum, qui disparem sequebantur vivendi rationem, inutilia et noxia esse illis qui tum temporis hoc, ut par erat, agebant, et

¹ Lib. II cap. 16 sq.

alacri ferventique fide eos imitarentur qui prophetica vitam ducebant. Etenim et in Actis apostolorum¹, de quibus nihil est dubii, hoc memoratur, quod omnes Apostolorum discipuli possessiones ac facultates suas divenditas cunctis distribuerint, iuxta quod cuiusvis exigebat necessitas, ita ut nemo prorsus inter eos egeret. Quotquot enim, sicut ipsa verba habent, possessores erant agrorum aut aedium, vendiderunt, ac pretium distractorum honorum afferentes ad pedes Apostolorum ponebant, ad hoc, ut singulis secundum cuiusvis necessitatem expenderetur. Consimilia istis praedictus Philo testificatus, ad verbum subiicit dicens : « Est autem in multis quidem terrarum locis hoc genus hominum ; oportebat enim perfecti boni participes fieri tam Graecos quam Barbaros : verum in Aegypto in singulis praefecturis, sicuti vocant, abundat, et maxime circa Alexandriam. Undique autem optimus quisque velut in patriam, ita in cultorum coloniam ad commodissimum locum, qui lacui Mariae in tumulo submissiore adiacet, admodum opportune propter securitatem aeris temperiem sese recipit. » Deinde et habitationes eorum, quales illae fuerint, describens, de ecclesiis eius regionis haec dicit : « In singulis autem sacrum domicilium est, quod *σεμειον* et monasterion vocatur ; in quo manentes, honestae ac sanctae vitae mysteria celebrant, nihil illo inferentes, nec potum, nec cibum, neque aliud quidquam eorum quae ad corporis sustentationem necessaria, sed leges et oracula prophetarum et hymnos ac reliqua huiusmodi, quibus scientia et pietas augescunt et consummantur. » Et aliquanto post dicit : « Totum autem illud temporis spacium, quod a diluculo est usque ad vesperam, in exercitium illis insumitur. Sacras quippe Scripturas legentes philosophantur, ac patriam philosophiam allegorice tractant. Etenim putant ea, quae in manifesta sunt Scripturarum expositione, quaedam esse absconditae naturae symbola per figuras significata. Habent et commentarios priscorum virorum, qui cum haereseos ipsorum duces essent, multa in forma rerum allegorice traditarum post se monumenta reliquerunt, quibus tanquam archetypis usi propositi illorum imitantur rationem. » Haec igitur ita videntur ab hoc viro dicta, ut appareat, illum eorum fuisse auditorem, qui sacras Scripturas exposuerunt. Vero simile autem est, commentarios illos priscorum virorum, quos apud eos fuisse dicit, esse Evangelia et Apostolorum scripta, et quasdam antiquorum prophetarum expositiones, quales cum ea, quae ad Hebraeos est, tum aliae plures epistolae Pauli continent. Denique et de eo, quod de novo psalmos composuerint, ad hunc modum scribit : « Itaque non modo divina contemplantur, sed et cantica et hymnos ad Deum sacratoribus omnis generis metrorum et carminum rhythmis graviter construunt. » Et alia quidem multa de illis, quorum hic mentionem facimus, in eo libro disserit. Verum illa visa sunt necessario deligenda, per quae certas ecclesiasticae conversationis notas posuit. Quod si cuiquam ea quae, dicta sunt, non proprie ad evangelicam pertinere politiam, sed et aliis praeter dictos cultores adaptari posse videntur, credat saltem his illius verbis quae subiiciemus, ex quibus indubitatum, si aequo sit animo, hac de re testimonium reportabit. Sic enim scribit : « Continentiam autem primum tanquam fundamentum quoddam in anima collocant, deinde et alias virtutes superstruunt. Cibum aut potum nemo illorum ante solis occasum usurpat. Etenim philosophiae studium luce, corporis vero necessitates tenebris dignas esse iudicant ; unde et diem illi, istis vero modicam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex eis toto triduo cibi non recordantur, quibus maius scientiae quam cibi desiderium inseedit. Nonnulli ita laetantur ac delectantur sapientia pasci, quae dogmata opulente et abunde subministrat, ut duplicato temporis spatio abstineant, ac vix per sex dies necessario cibo gustantes vescantur. » Haec Philonis verba clare et absque ulla contradictione de nostris esse dicta putamus. Si vero adhuc quisquam obfirmate contradixerit, vel sic sibi persuaderi sinat, ut clario-ribus demonstrationibus credat, quas non apud alios quosdam nisi solam Christianorum secundum Evangelium religionem invenire licet. Dicit enim, apud eos, de quibus loquitur, mulieres quoque reperiri, quarum pleraeque grandaevae virgines castitatem non necessitate, sicut quaedam sacerdotes apud gentes, magis quam sponte sua propter zelum ac desiderium sapientiae custodiant, cuius commercium studiose colentes, corporum voluptates, im | mortalium liberorum, quos solus amans Dei animus ex se gignere potest, non mortalium cupidae aspernentur. Deinde subsecutus clarius ista exponit : « Interpretationes autem, » inquit, « sanctarum Scripturarum allegoricae illis ac figuratae sunt. Videtur enim viris istis universa legis Scriptura animanti similis esse, ita ut superficies verborum, corporis, sensus vero in verbis reconditus, animae sit loco, quem ipsorum religio praecipue, quasi per speculum nominum eximiam sententiarum pulchritudinem relucemem observans, contemplari coepit. » Quid opus est istis adiciere, quomodo in unum congregati, separatimque viri ac separatim mulieres conversati sint, et quae illis exercitia in consuetu fuerint ; quae etiam apud nos durant, et praecipue circa salutaris Passionis festum diem in ieiuniis et vigiliis nocturnis divinatorumque sermonum lectione exercere consuevimus ? Quae vir praedictus eodem modo, quo apud nos solos hactenus sunt servata, diligenter annotavit et commentariis suis inseruit, praesertim nocturnas magni festi vigilas, et horum exercitia, cum hymnis qui apud nos dici solent, describens ; et quomodo uno cum rhythmo psallente reliqui cum silentio auscultantes extremam hymnorum partem una cum illo concinendo terminent ; quomodo etiam praedictis diebus humi in stragulis

¹ Act. iv. 32 sqq.

iacentes, vinum in universum, sicut ipsis verbis scripsit, et de animantibus ne gustant quidem, sed sola illis aqua potum praebeat, et obsonium sit panis cum sale et hyssopo. Praeterea scribit, quo pacto praesideant inter eos ii quibus ecclesiastica commissa sunt ministeria, diaconatus etiam, | et quae supra cancel eminent episcopatus praesidentiae. Quod si cui desiderium inerit ista exacte cognoscendi, discat ea ex dicta iam viri huius historia. Quod igitur Philo illic de primis evangelicae doctrinae praecolibus et ritibus olim ab Apostolis traditis disserens ista scripserit, cuivis manifestum est. Singulares anachoretarum vitas summae auctoritatis in Ecclesia viri scripserunt : D. Athanasius Alexandrinae urbis episcopus ac Dorotheus vitam Antonii Magni, quam postea latino sermone tradidit Evagrius; D. Hieronymus Pauli heremitae, Hilarionis atque Malchi captivi monachi; reliquorum autem monachorum vitas prosecuti sunt Theodoretus ac Palladius iustis voluminibus, quae latina nuper prodierunt in lucem opera Gentiani Herveti, viri de christiana republica bene meriti. Istorum porro colloquia si quis desideret, legat Cassianum. At cum huiusmodi homines per deserta respersi vitamque solitariam agentes, sibi duntaxat prodese viderent, et religionem christianam parum promovere, Basilius Magnus Caesareae Cappadociae episcopus, ut ait Nazianzenus in Vita Basilii, deduxit eos ad civitates et oppida, ut ab his populus Deo gratam vivendi rationem ac cultum divinum ediceret. Itaque Gregorii Nazianzeni verba (a) subicere non poenitebit : « Ut autem, » ait, « non solum sibi, sed et aliis quoque proficeret, primus coenobia excogitavit, ritumque illum monachorum antiquum atque agrestem ad ordinem quandam formulamque religioni propiorem reduxit. Cum enim animadvertisset, eos, qui in communi vita, hoc est, inter alios mixtim agunt, mo | nasticam licet abstinentiam servent, aliis quidem utiles, sibi vero nequaquam existere, cum in multis eos necesse sit versari malis quae vitae quietae ac plane perfectae contraria videntur, eos vero, qui in solitudine procul ab aliis agunt, firmiores sane proposito magisque Deo coniunctos quam supradictos vidit, attamen sibi tantum utiles, cum rerum experientiam nequaquam teneant, nec cum aliis commercium ullum habeant, utrumque vitae genus coniungere conatus est. Quamobrem monachorum coenobia haud procul ab iis, qui in hominum societate vivunt, aedificari iussit, nec omnino separavit, ut et propinquitate, cum opus charitatis exposceret, adesse valeret, disisti alioqui propriis terminis, ne quies eorum aut pax interrumpi per multitudinem posset, nec ipsi monachi actionis merito, quod ex impendenda aliis pietate esset, privarentur, neque rursus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur, et alter alterum hoc modo iuvare posset, et monachorum vita per conversationem eorum, qui in communi agunt, pia fieret, et ipsi ex monachis quietem, constantiam, sapientiam, contemplationem edicerent, quemadmodum tellus ac pontus invicem se iuvant ac suscipiunt. » Hos ergo ubi coegisset Basilius in urbes, ac e monachis et anachoretis coenobitas effecisset, vivendi regulam Evangelio consentaneam illis conscripsit, quam et in precio habemus, et totius Graeciae monachi hactenus observant atque reveriti sunt, quemadmodum et Latini sumptam inde regulam beatorum Hieronymi, Augustini, Benedicti, Dominici, Francisci, Bernardi, ac reliquorum. Ceterum ne variis allegationibus obruen | tes lectoris animum epistolae modum excedamus, institutumque nostri videamur oblii, duos fuisse Macarios testantur Palladius ac Nicephorus (b), alterum Alexandrinum genere, qui licet iunior in iis, quae sunt monachorum praecipua, primas obtinebat, alterum Aegyptium, aetate grandio rem, qui has ipsas graece scripsit Homilias, quas in latinum sermonem transtulimus. Hic nonaginta vixit annos integros, quorum sexaginta transegit in solitudine. Itaque natus annos triginta, et in juvenili constitutus aetate, tam toleranter talia labores exercitationis totum decennium, ut magna quadam et insigni dignus haberetur distinctione, adeo ut vocaretur *πατριωτέριον*, id est, in pueri aetate senex, quoniam citius quam pro aetate profecerat virtutibus. Quadraginta annos natus potestatem accepit adversus daemones, gratiam item curandi, spiritumque praedicendi futura. Dignus quoque est habitus honorando sacerdotio. Habitarunt cum eo duo discipuli in intima solitudine quae vocatur Scete. Quorum unus quidem, velut minister, illi semper assidebat eorum gratia qui veniebant curandi, alter autem seorsum secedebat in cellam. Procedente vero tempore cum sanctus perspicaci oculo praevidisset, dixit ministro suo nomine Joanni, qui postea factus presbyter suffectus est in locum Macarii : Audi, mi frater Joannes, meamque fer aequo animo admonitionem tibi valde profuturam. Tentaris enim, inquit, et te tentat spiritus avaritiae; sic enim perspectum habeo; scio tamen, si meam benigne tuleris adhortationem, te perfectum fore in Dei timore atque eius opere, laudaberisque, et | flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quod si non audieris, in te venient, quae Giezi tandem acciderunt, cuius vitio laboras. Contigit porro, ut defuncto Macario non paruerit, sed ei, qui propter avaritiam alligavit Judae laqueum. Elapsis itaque quindecim aut viginti annis, cum bona pauperum usurpasset, tam gravi laboravit elephantia, ut in toto eius corpore non inveniretur integer locus, in quo quis digitum figere posset. Haec fuit Macarii propheta. Ferebatur hic sanctus pati continentem ecstasin, saepiusque vel cum Deo, vel in rebus versari caelestibus. Fama etiam constans erat, in solitudine illum suscitasse mortuum, ut persuaderet cuidam haeretico neganti resurrectionem. Reliqua,

NOTAE.

(a) Ex monodia Greg. Nazianzeni in vitam Basilii.

(b) Pallad. in Historia Patrum cap. 19, 20; Niceph. Hist. Eccl. lib. ix cap. 14.

nae divino beneficio gesta sunt ab eo, petenda sunt e Palladio. Spiritus igitur divinus, qui vigeat in Macario nostro, non potuit otiosus esse, quin per eum fructum aliquem ederet, effecitque ut qui consodalibus duntaxat monachis exemplo proderat, scriptis ad posteros transmissis omnibus prodesset. E quibus quinquaginta solum homiliae graece scriptae accepimus e Bibliotheca Regia. Quas cum legentes animadverteremus non tantum monachis et religionem, quod aiunt, profitentibus, sed cuicumque christiano lectori profuturas, tum quod afflictum ac moerentem valde solantur animum, eumque a nugis futilibus huius mundi traducunt ad caelum, tum quod bene beateque vivendi normam Evangelio convenientem praescribunt, in latinum sermonem convertimus, cuiuslibet homiliae argumento brevi praefixo, unde confestim emergat, quid unaquaeque contineat. Has ipsas impressas graece latineque, vobis animo grato suscepturis mittimus, si quid melius allatura sit temporum tranquillitas, protinus emissuri. Valete plurimum, Deumque precemini, ut nostris faveat ad gloriam eius susceptis consiliis.

Lutetiae Calend. Maii M.D.LIX.

JOANNIS DAVAL TREPORTUENSIS

DOCTORIS THEOLOGI IN LAudem D. PICI PRAESIDIS
HEXASTICHON.

*Quo celebrem, Macari, donabis munere Picum,
Qui splendore suo candidat Aethiopem?
Silenos aperit, miscet simul utile dulci,
Atque suis Graecas unguibus auget opes?
Pelle sub obscura celasti clausus odores;
At celata diu Picus aperta facit.*

| De Macariis.

E Suida.

Deo fuerant Macarii eiusdem nominis ac professione ascetica insignes, vita, moribus, doctrina. Alter Aegyptius, miraculis clarus ac cum religiosa cautione in eos qui se conveniebant severus: alter Alexandrinus, per omnia similis Aegyptio, necnon comis et festivus; in eos qui ad se veniebant ita humanus ac blandus hic erat, ut ea festivitate juvenes ad asceticam vitam pelliceret. Horum Evagrius discipulus fuit, ac factis philosophiam exercuit qui verbis duntaxat prius philosophabatur. Idem Constantinopoli a Gregorio Theologo diaconorum ordini adscriptus est; quia etiam in Aegyptum profectus ac cum Macariis quos dixi collocutus vitam illorum aemulatus est. Ab hoc libri valde graves ac serii conscripti sunt. Quorum unus *Monachus* sive de vita activa inscriptus est; alter *Gnosticus* sive de iis qui cognitionis munere donati sunt, qui capita complectitur numero quinquaginta; tertius *Antirrheticus* adversus tentantes daemones, octo partibus distinctus, ut octo cogitationum modi recensentur; itemque sexcenta Prognostica problemata, et Elementaria duo, unum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viventes, alterum ad virginum coetum. Eius autem sunt haec verba: «Necesse est, ut sedulo eorum qui praecesserunt monachorum vias indagemus, ad earumque normam dirigamur; multa enim ab iis recte et dicta sunt et facta; inter quae et hoc quispiam dixit, aridiorum et asperam vivendi rationem cum charitate copulatam celerius monachum ad animi tranquillitatem, quam ἀνάστασις appellant, perducere.»

| Homiliarum Macarii singularum argumenta.

I	Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem descriptae.	Pag. 1
I'	De regno tenebrarum, hoc est peccato, et hominem solius Dei beneficio liberari ab eo.	12
III	De quiete fratrum inter se conversatione et proelio interiori.	17
IV	Qua ratione promovendum in vita Christiana.	21
V	Quantum discrepat vita Christianorum a reliquorum hominum vita.	40
VI	De modo precandi.	50
VII	De clementia Christi erga homines. Continet etiam responsiones ad quasdam interrogationes forte curiosas.	55
VIII	De his quae contingunt Christianis inter orandum.	59
IX	Promissiones ac prophetias divinas per varios successus et tentationes impleri, et soli Deo adhaerendo liberari nos ab infestationibus daemonum.	63
X	Humilitate et alacritate retinentur et augentur dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perduntur.	70
XI	Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere instar ignis.	75
XII	De statu Adae post imaginem Dei perditam.	84
XIII	Quem fructum a Christiano Deus exigit.	94
XIV	Qui se dedicant Deo, non sine sive remunerationis id faciunt.	95.

XV	<i>Quam sancte et caste se gerere debeat anima Christiani erga Christum sponsum suum.</i>	100
XVI	<i>Spirituales homines obnoxios esse tentationibus et afflictionibus, quarum origo est primum peccatum.</i>	132
XVII	<i>De Christianorum unctione spiritali et gloria.</i>	141
XVIII	<i>De thesauro Christianorum qui est Christus et Spiritus sanctus variis modis exercens eos ad perfectionem assequendam.</i>	150
XIX	<i>Christianus proficere volens ad omne id quod bonum est, se vi compellere debet.</i>	157
XX	<i>Solus Christus sanavit animam, quam ornamento gratiae suae vestivit.</i>	166
XXI	<i>Homini Christiano duplex incumbit bellum, externum et internum.</i>	168
XXII	<i>De duplici statu decedentium.</i>	171
XXIII	<i>Hi soli diadema regium gestare possunt, qui sunt e semine regio.</i>	172
XXIV	<i>Christianorum status mercaturae et fermentationi similis est.</i>	174
XXV	<i>Per inobedientiam redacti sumus in servitutem, a qua per mysterium crucis liberamur; item de lacrimarum et ignis divini efficacia.</i>	178
XXVI	<i>De dignitate, facultate et operationibus animae, et qua ratione tentetur a diabolo et ab eo liberetur.</i>	184
XXVII	<i>Dignitatem et statum hominis Christiani prosequitur, eiusque liberum arbitrium, permixtis interrim utilibus quaestionibus.</i>	200
XXVIII	<i>Describit ac deplorat calamitatem animae in qua propter peccatum non habitat Christus.</i>	214
XXIX	<i>Duplici ratione gratiam suam largitur Deus, cuius fructum tandem iusto iudicio repetit.</i>	218
XXX	<i>Ex Spiritu sancto renasci debet anima Dei regnum ingressura, et qui hoc fiat.</i>	223
XXXI	<i>Fidelis animo mutari debet et in Deum colligere cogitationes omnes, a quibus vere dependet obsequium divinum.</i>	230
XXXII	<i>Gloria Christianorum modo latet in animis eorum, quae resurrectionis tempore emerget et illustrabit corpora pro suo quaeque modo.</i>	234
XXXIII	<i>Quam attente diligenterque precandum sit.</i>	241
XXXIV	<i>De gloria Christianorum illis non ignota.</i>	244
XXXV	<i>De sabbato antiquo et novo.</i>	246
XXXVI	<i>Diversa est resurgentium gloria.</i>	248
XXXVII	<i>De paradiso et lege spiritali.</i>	249
XXXVIII	<i>Exacto opus est iudicio in discernendis veris Christianis, et quinam sint illi.</i>	258
XXXIX	<i>Ad quid Scriptura divina nobis donata est a Deo.</i>	261
XL	<i>Virtutum inter se colligatio, itidem vitiorum.</i>	262
XLI	<i>Quam profunda sint animae penetralia, quae paulatim incrementa gratiae aut vitiorum accipit.</i>	266
XLII	<i>Non externa, sed interna promovent aut laedunt hominem, veluti spiritus gratiae aut spiritus nequitiæ.</i>	268
XLIII	<i>De progressu viri Christiani, cuius tota vis dependet a corde, ut hic varie describitur.</i>	270
XLIV	<i>Quantam in homine Christiano mutationem ac renovationem faciat Christus, qui morbos animae sanavit.</i>	276
XLV	<i>Nullis artibus aut operibus huius mundi, sed solo Christi adventu sanatum esse hominem; cuius magnam cum Deo cognitionem refert haec homilia.</i>	282
XLVI	<i>De differentia inter verbum Dei et verbum mundi, et inter filios Dei et filios huius mundi.</i>	287
XLVII	<i>Explicatio allegorica quorundam sub lege benefactorum.</i>	291
XLVIII	<i>De perfecta fide in Deum.</i>	301
XLIX	<i>Non satis est huius saeculi delicias reliquisse, nisi quis alterius saeculi beatitudinem consequatur.</i>	305
L	<i>Deus est, qui per sanctos suos et creaturas edit miracula.</i>	308

[Post « Scripturae locorum sacrae qui in homiliis citantur » atque « rerum memorabilium » duos Indices exstant Homiliae huius p. 1-311. In quarum fine legis : Excudebat Guil. Morelius in Graecis typographus Regius Lutetiae Parisiorum M. D. LIX. Cal. Maias.]

ZACHARIAE PALTHENII PRAEFATIO

AD EDITIONEM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

QUAM INSCRIPSIT

SANCTI PATRIS MACARII EREMITAE AEGYPTII HOMILIAE SPIRITUALES QUINQUAGINTA DE INTEGRITATE QUAE DECET CHRISTIANOS, cunctis quibus animae salus revera curae est, tum propter insignem pietatis doctrinam, tum propter similitum frequentiam maxime utiles ac necessariae, E GRAECO IN LATINUM SERMONEM conversae et coniunctim nunc primum in Germania editae a M. ZACHARIA PALTHENIO FRIDBERGENSI 1594. Francofurti Apud Joan. Wecheli viduam, impensis Nicolai Bassaei. 8^o min.

Reverendo, generis splendore ac nobilitate antiqua, religione, virtute, doctrina multisque in Ecclesiam Christi meritis praestantissimo viro DD. JOANNI SWICHARDO A CRONBERG, insignis metropolitanae ecclesiae Moguntinensis Scholastico, S. Albani Praeposito, nec non reverendissimi et illustrissimi Domini D. Wolfgangi Archiepiscopi et Principis Electoris Moguntinensis in spiritualibus Vicario generali, Domino ac Patrono suo plurimum colendo S. P.

Quotiescunque, reverende, nobilissime et amplissime Do. Schwicharde, Maecenas clarissime, vir summis

laudum praeconis atque nomine nunquam interituro dignissime, quotiescunque, inquam, hac tristissima mundi senecta adeo frigide ac supine graecam linguam in plerisque locis tum tradi tum addisci conspicio, continuo animus meus obruitur luctu, moerore et tristitia non exigua. Quae etenim est dementia, quae fatuitas, quae insaniam eorum hominum, qui absque huius | linguae rudimentis rarae et solidae eruditionis laudem se consequi posse sperant? Non minor certe, ac si quis absque rati immensum ac vastum pelagus transire, aut absque alis in aethera evolare, aut absque lingua seu Spiritus sancti dono aeternae salutis mysteria enodare, patefacere et explicare, aut denique absque Christo rege et fratre nostro supernam Ierusalem civitatem caelestem et gaudia paradysi ingredi conaretur. Et certe tanta est huius linguae praestantia, tanta dignitas, tanta dignitati coniuncta utilitas, tanta amplitudo, tanta maiestas tantisque decor et ornatus, ut, si instituta collatione haec lingua cum ceteris comparetur, reliquas omnes tum copiosa vocabulorum serie, tum miranda dialectorum varietate sic anteire et superare videatur, ut sol in superius hemisphaerium productus cunctas octavi orbis stellas splendore suo offuscat. Nulla enim est e circulo humanarum atque ingenuarum artium ac disciplinarum, quae hac carere, nulla quae absque hac perfecte doceri, et nulla quae absque hac penitus percipi cognoscive possit. Si et | enim, ut luce meridiana clarius est, latinus sermo e graeco manavit atque processit, adeo ut, quod Homerus de oceano canit :

Ἐξ ὅπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρήναι καὶ φρέατα πάντα νόοισι

de graeca lingua non immerito dici possit, nemo, opinor, vel impudentissimus negaverit, absque graecae linguae cognitione, principio nimirum atque origine rei, exactam atque perfectam latinae linguae scientiam comparari non posse. Quod sane, si, ut ipsius rei maiestas exigit, in singulis vel artium disciplinis, vel earundem summis facultatibus demonstrare atque evincere vellem, vereor, ne in infinitum extenderetur oratio nostra. Modo paucis rem delibabo, ne, quod dixi, mendacio magis quam veritati congruum ac consentaneum videatur. Atque principio, nonne omnes artes, grammatica, dialectica, rhetorica, musica, arithmetica, geometria, astronomia, poetica, politica, therapeutica, physica, theologia atque adeo universa philosophia omnisque disciplinarum orbis, quem ἐγκυκλοπαιδείαν vocamus, graecos etiamnunc fontes sapiunt? | Adeo ut ne nomina quidem alia, quam nativa et graeca admittant, neque nos aliis nominibus eas agnoscamus, eoque iure se nobis permittant, ut a fontibus secludi non patiantur. Si a literis velut ab ovum retexamus, nonne Latini omnes suas literas, una duntaxat atque altera demta, a Graecis mutuati, nec tamen graecarum literarum concisam brevitatem aut potius elegantiam perfecte ac plene (a) assecuti sunt? Quod enim Latini quatuor, id Graeci duabus expriment literis, id quod apparet in dictione ἀπόθεγμα, φθίσις, et similibus. Nonne quoque Grammatici huius linguae peritia summopere indigent, adeo ut qui *Criste pro Christe, eleison pro eleison* et sonant et scribunt, rudes atque omnium rerum ignari existimentur? Quid de dialectica, quidve de rhetorica dicam? Quam infinitis, quaeso, utuntur illae vocabulis, quae partim sunt graeca, partim eorum imitatio facta, quorum vim ac significationem qui ignorant quam graviter hallucinentur, notum omnibus. Et certe multa sunt apud Aristotelem, quae aut latine transferri optime ne | queunt, aut translata alio sensu accipiuntur a legentibus quam ab eo dicuntur. Quin et poetas graecarum literarum ignaros incassum laborem suscipere ac nunquam Musarum penetralia ingredi posse vel ex eo patet, quod omnes fabulae ac figmenta poetica e Graecis pendeant. Quid de mathematicis scientiis loquar? Illae tam possunt sine graecis literis perfecte teneri, quam sine graecis auctoribus? Quis, quaeso, nisi Graecus intelliget Euclidem? quis Ptolemaeum? quis Proclum? Quis nisi Graecus explicabit quid sit *trigonus*, quid *tetragonus*, quid *monas*, quid *trias*, quid *diapente*, quid *diatezaron*, quid *excentrici*, quid *syncentrici*, quid *epicyclii*, quid *eclipses*, et eius generis tanta turba, ut audiendo prius quam commemorando omnia defatigari quis possit. Ad serias vero atque arduas si progrediar disciplinas, medicina tantopere indiget graecis literis, ut qui eius cognitione careant, dum, ut poeta canit,

Φάρμακα πολλὰ μεμιγμένα λυγρὰ καὶ ἐσθλά

ministrant, aegrotos non raro in extremum vitae periculum coniciant. Cum enim phar | macorum, unguentorum, cataplasmatum, potionum, ceromatum, item animantium, plantarum, gemmarum, morborum, remediorum, instrumentorum, ponderum et mensurarum vocabula omnia sint graeca, quis, quaeso, citra huius linguae cognitionem periti medici laude ac praeconio exornari mereatur? Quis Hippocratem et Galenum omnium medicorum κορυφαίους et δαδούχους, de quibus re vera dici posset quod fuerint

Ἱητροὶ ἀνδρῶν πολλῶν ἀντάξιοι Ἑλλων,

quis, inquam, eos absque huius linguae scientia intelliget, quis enodabit, quis genuinum verumque sensum ex iis eruet? Nec vero iuris prudentiam graecae linguae adminiculo carere posse, hinc sit manifestum.

NOTAE.

(a) Corr., Palth. *pleni*. Edit.

quod epistolae et rescripta imperatorum aliorumque iureconsultorum responsa pleraque sermone graeco prolata atque edita sint, multaque voces et sententiae graecorum philosophorum, poetarum et oratorum tanquam gemmae et lumina orationis ad res significantius exprimendas insertae sint. Quin etiam aliquot sunt leges et tituli, quos totos a Graecis mutuati sunt iureconsulti, ab Aristotele nimirum titulus *de usuris*, a Platone *ff. de nudiis l. 2*, sic titulus *de poenis* ex Homero et Demosthene. Summopere ergo graecarum literarum ope indiget legum cupida iuventus. Quoad theologiam vero, quae nobis sacrosancta oracula atque adeo salutis nostrae summam tradit, si quis huius linguae cognitione se carere posse asserat, is mihi non multum absimilis videtur esse ei, qui absque nutrimento et cibo corpus saluum et incoluere conservari statuit. Nonne omnes Evangelistae, excepto uno Matthaeo, nonne omnes epistolae Pauli, nonne apocalypsis Joannis graeco sermone perscripta et ad nos delata est? Nonne Basilius, nonne Chrysostomus, nonne Nazianzenus, nonne Eusebius, nonne Origenes, nonne Theophylactus, nonne Athanasius atque Epiphanius, viri vitae sanctimonia atque eruditione commendati, cum quibus quem compares cuiuscunque vel linguae vel aetatis theologum, non facile video: nonne, inquam, omnes graeco sermone sua opera conscripserunt? Quis ergo ex illis nobis futurus fructus, quae consolatio aut oblectatio, si graecae linguae studium negligeremus? Nullus certe. Et certe hoc pacto, quod absit, irritus atque inanis omnium illorum labor fuisset, fatcor quidem, ex Latinis gustum maximum hauriri atque percipi posse, attamen hac in parte poetae adstipulor qui canit:

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.

Haec ergo quum omnia ita, ut dixi, sic se habeant, quis adeo pervicax, adeo obstinatae mentis, adeo durae cervicis atque adeo perversi iudicii esse possit, qui tantam huius linguae praestantiam, tantam dignitatem dignitatique coniunctam utilitatem non agnoscat, agnitam praedicet, atque debitis laudum encomiis ornet? Recte igitur atque optime subtilis iudicii atque profundae eruditionis vir H. S. velut παρῳδός de hac lingua canit:

Γλώσσης θησαυρὸς γλώσσαν παρὰ πᾶσαν ἁριστος
Ἑλλαδικῆς, πασιῶν χαρίτων πᾶν μέτρον ἔχουσης.

Et quidem, ut ingenue fatear, tantus me huius linguae incessit amor, tanta me a teneris fere unguiculis detinuit cupiditas, ut per totum semestre spatium, invidia dicto absit, uni Homero

*A quo ceu fonte perenni
Vatum Pieris ora rigantur aquis,*

perlegendo, relegendum atque revolvendo, totum me dederim. Idem enim accidebat mihi, quod iis, qui exiguo aliquo divinorum mysteriorum gustu percepto, quo majora sibi revelata fuerint gaudia caelorum, eo ardentiori desiderio tenentur. Sic ego quo majori fervore scriptores graecos tum solutae tum ligatae orationis evolvebam, eo vehementius aestus ille animi inflammari atque incendi coepit, adeo ut me illius studii nulla unquam ἀμικροία aut fastidium ceperit, et quo magis esurirem, nunquam tamen fames illa sedari, expleri aut exsaturari potuerit. Quumque hac hieme a continuis laboribus, quibus ultra sesquiennium obrutus, non tamen oppressus fui, respiratio exigua concederetur, incidi forte fortuna in sanctum atque divinum sancti patris Macarii opus, sanctissimas nimirum atque summa pietate refertas Homilias, quarum lectio me adeo oblectavit, recreavit et detinuit, ut, priusquam spatium trium dierum librum evolvissem, perversis meis cogitationibus omnino gravem et molestum me exhibuerim. Tanta enim religione scitent hae homiliae atque sermones, ut vel in agone mortis constitutum in vitam reducere, atque consolatione pia praesto esse queant. Summa ergo suavitate huius sacerrimae lectionis illectus atque devinctus, tandem insignium aliquot et praecipuarum homiliarum versionem aggredior latinam; non tamen eo animo, ut, quas latina veste exornarem, alteri mecum essent communes, sed ut aridos ingenii mei rivulos irrigarem atque incultos memoriae agellos excolerem. Quas latinitate donatas quom apud me conspexissent viri quidam non infamae existimationis eruditionisque, illi coeptum urgere, instare ac dicere, me, si, quae coepissem telam pertexere, ad finem perducerem, tum cupidae graecarum literarum iuventuti, tum ceteris omnibus, quibus animae salus re vera curae est, rem non omnino ingrati praestitutum. Quorum tandem ardenti desiderio et voluntati, quod equum erat, satisfacere cupiens, opus, quod spero, non inutile in manibus sumpsi, in quo quantum laboris posuerim aut sustinuerim, testes erunt illi, qui quos dies nocturno in typographis nostris labores impendo, norunt. Ut enim factae promissioni atque prelo satisfacerem, nocturnas quasdam horas suffurari necesse fuit, quarum tamen molestias et asperitatem, ut non persentiscerem, vicit amor linguae, superavit ipsa operis amoenitas, levavit consolationum copia, molliit caelestis animo depicta requies, adeo ut, Sisyphi saxum dum volverem, id a me volvi minime sentirem. Quoniam vero, ut fieri solet, non defuturos iniquiores aliquos censors et aristarchos verebar, qui minus laborem hunc meum probarent, operae pretium esse sum ratus, si quem patronum operi huic quaererem, qui ipsum et eruditione sua pro-

habe et contra alios, pro re nata, protegere posset. Eum autem quod Te, *Swicarde* (a) *nobilissime*, prae ceteris selegerim, plures reddi possunt causae. Cum etenim Tu unus sis, quem hac aetate tum propter eximias animi dotes, tum propter praecleara virtutis ornamenta, quae ad hominem ornandum cumulate valere possunt, iure merito suspiciunt, admirantur ac venerantur omnes, cui potius quam | T. R. D. excelso atque nobilissimo nomini sanctas sancti Macarii Homilias insignirem, dedicarem atque consecrarem. Quid enim de alta et antiqua stemmatis Tui progonie et familia, quae multis abhinc saeculis summa semper viguit laude, plura dicam?

*Fortes creantur fortibus,
Est in iuvenis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam.*

Testantur hoc ipsa historiarum monumenta per totam Germaniam atque adeo totum fere orbem, quibus virtus Vestra illustrata, ignota diutius esse nequit. Taceo Imperatores et Principes, et non domesticos tantum, sed externos etiam, quibus prudentia Cronbergiorum in consiliis, fortitudo in rebus bellicis, et usui et summae semper admirationi fuit. Quid de Guilielmo Cronbergio, equite aurato dicam, cuius et virtus et fortitudo, quum ludis equestribus Augustae Trevirorum a Conrado II imperatore et Franciae Orientalis duce institutis rex praeficeretur, atque amplissimis victoriae βασιλειᾷ onustus dum reverteretur, ante multa saecula emicuit? Quid de Eberwini episcopi Wormatiensis ab heroico vestro stemmate orti pietate, vitae integritate atque sanctitate dicam, qui velut inter cetera astra aurorae sidus elucescit? Quid de Philippi Cronbergii fortitudine atque infracto animo, quem imperator Carolus huius nominis V, exigentibus id eius meritis atque animi dotibus praestantissimis, militaribus copiis praefecit atque primarium ductorem constituit? Quid de reliquorum summa cognitione et scientia bonarumque literarum eruditione dicam, quorum omnium gloria et aeterni nominis fama in excelso posita est loco? Cui non cognita atque perspecta summa animi magnitudo, prudentia, religio, pietas et humanitas reverendissimi atque illustrissimi Principis ac Domini D. Waltheri Cronbergii, totius Ordinis Teutonici per Italiam et Germaniam Magistri supremi? Cuius rei testimonia e scriptoribus dignissimis clarissima atque evidentissima peti possent, si res postularet. Verum ne externa prosequi videar, Hartmannus a Cronberg, senior suae aetatis P. M., nobilissimus ille tuus parens, quantis, quaeso, virtutibus, quanta animi constantia, iustitia atque ceteris virtutum ornamentis emicuit? Tantis quidem, ut ad summam illum dignitatem summosque honores exerint, atque apud Reverendissimum Illustrissimum Principem Electorem Moguntinum tantam fidem atque auctoritatem illi conciliarint, ut nihil ardui, nihilque, quod alicuius momenti vel ponderis esset, incideret, in cuius deliberationem ac diffinitionem non fuerit adhibitus, imo praecipuo loco habitus? Quid vero fratres Tuos, viros nobilissimos memorem, quorum singuli in Illustrissimi Principis Electoris Moguntini consilium asciti tantis animi dotibus ornati sunt, ut ex re, ex tempore, de qualibet re ad negotium quoquo modo pertinente, quid facto opus sit, deliberare, tum commode quoque de his, quae deliberaverint, dicere, eaque, quoties res exegerit, conficere possint. Quae res effecit, ut ad amplissimas atque honorificentissimas sint promoti dignitates, quibus cum laude praesunt. Taceo hic reliquos, quos aut Burggra | viatus aut praefecturae amplissima dignitate suscepto balthei militaris decore exornatos totus suscipit orbis, tota veneratur ac colit Germania. De Te vero, reverende ac amplissime Swicarde, avita Tuorum religione et nobilitate laudatissimo quid dicam? Cui non sunt cognitae ac perspectae plurimae, quae in Te elucet, virtutes? Pietas, humilitas, comitas, humanitas, aequanimitas, rerum experientia, linguarum peritia, laborum et molestiarum tolerantia, et erga omnes vel infimae sortis homines et egentes summa benignitas et propensa benefaciendi voluntas, totus virtutum orbis Te totum velut margarita quaedam pretiosa circumvestiunt, Te totum sibi vindicant totumque ad suas partes pertrahunt. Sed nolo in Tuis laudibus recanendis, quae innumerabiles sunt, diutius immorari, ne Tuas virtutes plurimas tenui oratione mea videar imminuere: quanquam pro Tua modestia graviter feras, eas a quoquam praedicari. Illud certissime constat, quod demonstrare volui, Te unum esse, quem literarum scientia expoliti literarum et | virtutum antistitem habeant et observent, communemque defensorem ac patronum sibi diligant. Quo nomine etsi ego in numero literatorum minime sum reponendus, si Te mihi patronum versionis huius constituo, videor id meo summo iure vindicare. Offero ergo Tibi, reverende ac spectabilis Swicarde, sanctum sancti Patris opus, e graeco sermone in latinum, praefixis et additis singularum homiliarum (b) argumentis, de integro a me conversum: quod verene verterim, Tu omnium sapientissime iudicabis, si modo vacat, animum a gravioribus curis ad sanctum sancti Patris opus perlegendum convertere. Quod omnino iam Tuam benevole suscipias, Tuo splendore illustres, dignitate foveas, auctoritate defendas, ut si non de auctore, certe de patrono ubique possit suo iure gloriari: meque cum ipso T. R. D. ex asse devinctum recipias et ames, atque, quod in Te est, ad

NOTAE.

(a) Sic | Edit.

(b) Corr., Palth. additis *singuli Homiliae suis*. Id.

caput habet suppositum divinis libris, sed tantum praesto est sacerdoti qui mysticam precationem in ipso recitat. Sacerdos vero ea perfecta, cum ad eum qui initiatur venit, illum rogat primum, num remittat nuntium non solum dividuis distinctisque vitis, verum etiam visionibus; deinde perfectissimam ei vitam exponit, hoc pro testimonio dicens, eum mediam vitam superare ac transilire oportere. Quae ubi omnia is qui initiatur continenter professus est se esse facturum, sacerdos signo crucis eum consignatum tondet, appellans tres personas divinae beatitudinis; omni-que veste detracta eum alia induit, et eum aliis sanctis viris qui adsunt, cum eum salutavit, participem facit divinorum mysteriorum.

Contemplatio.

« Quod neutrum genu flectit, neque habet caput divinis libris subiectum, praestoque est sacerdoti precationem recitanti, declarat, monachorum ordinis non esse alios deducere, sed in se ac per se perstare in singulari sanctoque statu, sacerdotum ordines assectantem, et ab eis ad divinam sacrorum quae illum attingunt scientiam facile traduci. Divisarum autem diversarumque non solum vitarum, sed etiam visionum ut ita dicam abrenunciatio perfectissimam monachorum philosophiam significat, quae in praeceptorum, quae unum faciunt, scientia vim et efficacitatem habet. Est enim, ut dixi, non medii eorum qui initiantur ordinis, sed summi omnium. Itaque multa eorum, quae impune ac sine improbatione a medio ordine geruntur, omni ratione singularibus monachis interdicta sunt; quippe qui cum uno coniungi debeant et cum sacra monade colligi atque ad sacerdotum vitam, quantum licet, formari; quod ei ordini in multis ordo ille similis sit, et unus ex omnibus ordinibus eorum qui initiantur, ad eum proxime accedat. Signum vero figurae crucis, ut iam a nobis dictum est, declarat universarum ad corpus pertinentium cupiditatum privationem. Capillus autem tonsus puram nullaque figura fucatam vitam indicat, quae non fictarum figurarum aut colorum inductione deformitatem mentis ornet, sed per seipsam non humana pulchritudine, verum singulari et unica ad divinam excitet. Prioris vero vestis detractio et alterius inductio significat a media sancta vita ad perfectiorem traductionem: quemadmodum in ortu a Deo sive baptismo vestis vicissitudinem ac mutationem a vita quae expiatur ad contemplationis sapientiaeque statum et habitum migrationem significare dicebamus. Quod si nunc etiam et sacerdos et omnes sancti qui intersunt eum qui initiatus est consulant, intellige sanctam eorum qui divinitatem imitantur societatem, amanter cum divina laetitia inter se gratulantium. Postremo sacerdos ad divinam communionem invitat eam qui initiatus est, sancte indicans illum qui consecratus est: si vero ad monachorum institutum, quod singulare est, pervenerit, non solum spectatorem sacrorum quae ei permissa sunt fore, nec ritu medii ordinis in sanctissimorum sacramentorum societatem communionemque venturum, sed cum divina eorum sacrorum quae percepit cognitione, alio quam sanctus populus modo venturum esse ad divinae societatis adeptionem et perceptionem. » Philo vero de eorundem ortu scripsit hunc in modum (a): « Postquam de Essaeis disseruimus, qui vitam activam exercent, omnibus, aut, quod minus invidiosum dictu est, plerisque feliciter ordo postulat, ut deinceps dicamus quae dicenda sunt de contemplationi deditis. Non debet enim huiusmodi virorum virtus eximia causam praebere silentii his qui nihil honestum putant tacendum dissimulandumque. Institutum autem huius philosophiae mox apparet ex ipsis appellationibus; vocantur enim *therapeutae*, *therapeutridesque*, hoc est curatores et curatrices, sive cultores et cultrioes, vero nomine, vel quia profitentur medicinam praestantiorum ista vulgata per omnia oppida; haec enim medetur solis corporibus, illa et animas liberat morbis gravibus et adversus medelas contumacibus, quos infixerunt voluptates, concupiscentiae, dolores, timores, avaritiae, insipientiae, iniustitiae et ceterae perturbationes et vitiorum agmen innumerabile; vel quia didicerunt a natura et e sacris legibus colere illud *Ens* et bono melius et uno sincerius et unitate in generando antiquius atque, ut ita dicam, principalius. Horum pietati quos tandem merito comparabimus? » Et paucis interiectis: « At illud hominum genus therapeuticum semper in divinitatis contemplatione proficiet, etiam sole hoc sensibili praeterito, nec unquam suum ordinem deseret tendentem ad felicitatem perfectissimam. Huic vitae instituto qui se addicunt, non ex more aut rogati id faciunt, sed amore correpti rerum caelestium, et quasi divino furore perciti, donec ad contemplationem illam desideratissimam perveniant. Deinde prae immortalis beataeque vitae cupidine quasi iam hac mortali defuncti, facultates suas relinquunt liberis aut cognatis, ultro eis possessione cedendo: atque etiam sociis et amicis, si cognati desint. Oportet enim, ut qui perspicaces divitias adeptus est, caecas illas relinquat mentibus caecutientibus. » Nec multo post: « Relictis igitur facultatibus et avocamentis omnibus fugiunt, nulla habita ratione fratrum, liberorum, parentum, uxorumque, et deserunt numerosas cognationes, societates, amicitias, ipsas denique patrias, in quibus geniti educatique sunt. Quando quidem consuetudo magnum momentum habet ad allectandos animos. Demigrant autem non in aliam civitatem, sicut servi, qui se vendi aliis heris impetrant miseri, ut qui servitatem mutant, non effugiunt. Quaevis enim civitas, vel optimis ornata legibus, plena est tumultu plurimo,

NOTAE.

(a) Lib. De vita contemplativa sive supplicum virtutibus.

quem nemo sapientiae sectator sustineat. Sed extra moenia degunt in hortis aut villis solitariis, amantes solitudinem, non hominum odio, sed ad cavendos congressus cum dissimilibus, quos sciunt bonis moribus officere. Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus, merito, ut absolutae probitatis, receptum a Graecis atque Barbaris. Maxime tamen | in Aegypto frequentatur per praefecturas singulas, praesertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis optimus quisque therapeutarum, tamquam in huius generis patriam, colonus mittitur in locum quendam aptissimum, situm ad stagnum Mariam, in terreno colle acclivi leviter, tutum simul ab aeris temperie. Securitatem enim ei praestant villae vicique proximi; aerem vero temperat emissarium stagni exonerantis se in mare, et aurae nunquam non ex alto aspirantes tenuiter, sicut crassiores feruntur e stagno, quibus permixtis temperamentum existit saluberrimum. Domicilia vero convenarum sunt admodum frugalia, parata contra aestum tantummodo et frigora, non contigua ut in urbibus, non enim placet id amantibus solitudinem, nec tamen longe remota, quia societatem diligunt, ut sibi possint invicem succurrere adversus latronum ineursus fortuitos. Singuli autem habent sacras aediculas quae *σπηλαια* vocant sive monasteria, ubi solitarii sanctae vitae mysteriis dant operam. Nec cibi potusve quicquam eo inferunt, aliudve in usam corporis, sed legem tantum et prophetarum oracula divinitus prodita hymnosque et quaedam alia pietati scientiaeque promovendae utilia. Itaque perpetuam habent Dei memoriam, ut ne in somnis quidem aliud eis obversetur quam imagines divinarum pulchritudinum. Et sunt in his qui somniando produunt praeclaras sacrae philosophiae sententias. Quotidie his precari solent, mane ac sub vesperam: oriente sole petentes diem vere felicem, utque mentes eorum caelesti repleantur lumine; occidente vero, ut anima in totum exonerata | sensibus moleque rerum sensibilibum veritatem vestiget in consistorio domestico. Medium vero matutini vespertinique temporis interstitium totum meditationi tribuitur. Versantes enim sacra volumina dant operam philosophiae per manus acceptae a maioribus, scrutando eius allegorias, quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturae, coniecturis explicanda probabilibus. Habent etiam priscorum commentarios, qui huius sectae auctores multa monumenta reliquerunt de allegoriis eiusmodi, ad quorum imitationem posterius se accommodant. Itaque non solum contemplantur, sed etiam cantica hymnosque in Dei laudem componunt, vario metrorum carminumque genere rithmis concinnatos in augustiorem ac religiosam speciem. Per sex dies seorsum quisque in suis illis modo dictis monasteriis philosophantur, non progredientes foras, immo ne prospicientes quidem. Septima vero conveniunt in coetum communem, et iuxta aetatis ordinem considunt decenti habitu, manus continentes sub pallio, dextram inter pectus barbamque, sinistram applicant lateri. Tum progressus in medium nata maximus et dogmatum eius sectae peritissimus disserit vultu ad gravitatem composito, voce moderata, non sine magna prudentia, secus quam oratores aut aetatis nostrae sophistae ostentatores eloquentiae: ut cui magis cordi sunt exquisitae sententiae diligensque et accurata harum enarratio, quae non summis insidat auribus, sed per auditam penetret in animum ibique firmiter inhaereat. Reliqui omnes auscultant per summum silentium, annutantes oculis tantam aut capite. Id commune *σπηλαιον*, in quod | septimo die conveniunt, septo clauditur duplici, separatis virorum et mulierum coetibus. Nam mulieres quoque auscultant ex more, duntaxat quae institutum idem sectantur. Medius autem paries a solo surgit tribus quatuorve cubitis in modum loricae; superiora usque ad tectum patent. Unde gemina provenit commoditas, et quod pudori foeminei sexus consuevit, et quod verba doctoris exaudiuntur facile absque obstaculis quae vocem intercipiant. Temperantiae tanquam fundamentum in anima iacto virtutes ceteras superstruunt. Neo cibum nec potum quisquam sumit ante solis occasum, quod sapientiae studium luci convenire iudicent, tenebris vero curam corporis. Ideo totos dies alteri, alteri vero exiguam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex his vix tertio quoque die famem sentiant, attenti magis ad disciplinarum scientiam. Nec desunt, qui praelaute accepto epulo sapientiae copiose praebentis sua placita, perdurant duplum eius temporis, et vix sexto die degustant cibum necessarium, assueti sicut cicadae rore vivere, canticis, opinor, solantes inedia. Septimum vero diem, ut festum sacratumque, honore dignantur eximio; quo post curam animi corpus quoque reficiunt, sicut iumento relaxantes laborem continuum. In cibata utuntur pane simplici; sal vicem supplet obsonii; qui delicatesiores sunt, hyssopum pro condimento adiciunt. Potum e fluentis hauriunt, contenti placere dominas a natura mortalibus additas, famem sitimque, absque omnibus lenociniis, fruendo rebus sine quibus non licet vivere. Edunt igitur ne esuriant, bibunt ne sitiant, saturitatem cavendo ut inimi | cum animo pariter ac corpori. Et quoniam tegminis quoque duae sunt species, vestis tectumque, de aedibus iam dixi, esse incultas et extemporaneas, factas ad praesentem usum tantummodo. In veste autem eadem apparet simplicitas, ad arcendos calores et frigora, pro pelliceis erassa tunica in hyeme, aestate vero exomis aut interula linea. In universum enim exercent modestiam, ut fontem veritatis, sicut e fassa mendacium prognatum autumant. Profluunt enim e mendacio variae malorum species; contra ex veritate omnium felicitatum humanarum divinarumque copia. » Deinde quibusdam interiectis haec ait: « Ubi vero convenere candidati et laeti cum summa gravitate ad signum datum a quopiam ephemereuta—sic huiusmodi ministros nominant—priusquam discabant, stantes una serie decenter, sublatisque ad caelum manibus atque oculis: his quoniam didicerunt spectare caelestia,

illis utpote incorruptis a muneribus et quaestu illicito : precantur, ut Deo placeat id convivium. Absolutis precibus seniores discumbunt, ac mox alii pro cuiusque dignitate. Nec enim seniores ex annis aestimant, sed quantumvis grandaevos habent pro pueris, si sero institutum hoc complexi sunt; honorem vero senectutis tribuunt his qui exercuerunt se a iuventute in hac pulcherrima divinaque parte contemplativae philosophiae. Adhibent mensae foeminae quoque, anus pleraeque, sed virgines, non coactae castitatis, sicut apud Graecos quaedam sacrificulae, sed sponte continentes prae amore sapientiae, cuius studio per totam vitam contempserunt voluptates corporis, nimirum divinae, non mortalis, prolis cupidae, quam solae Deo | charae animae ex seipsis pariunt, excipientes pro semine intelligibiles Patris radios, ut decreta sapientiae contemplando percipere valeant. Discubitus ita distribuitur, ut seorsum viri dextrum latus, seorsum foeminae sinistrum teneant. Quod si quis suspicatur, lectisternia etsi non sumptuosa, certe molliuscula parari hominibus ingenuis et philosophiae deditis, sciat esse tegetes rudes e vili contextas materia, videlicet e papyro indigena, sic humi aggestas, ut eminendo fulciant cubitos. Remittunt enim paululum illam laconicam disciplinae duritiam, semper et ubique probantes liberalem frugalitatem, totis viribus aversando voluptatis illecebras. » Et paulo post : « Vinum per illos dies non praebetur, sed aqua limpidissima, ceteris frigida, calida vero his qui inter seniores tractantur delicatius. Mensa pura est a cruentis dapibus. Pro cibo panis apponitur, sal pro obsonio, et pro condimento hyssopus in delicatorum gratiam. Operantur enim ut sacerdotes sacris abstemiis, tota victus ratione castigata ad eandem frugalitatem. Nam vinum habent pro veneno afferente dementia, opiparis autem obsoniis aiunt irritari concupiscentiam, bellum insaturabilem. Haec sunt exordia convivii. » Et post pauca subditur : « Enarrationes autem sacrarum literarum constant ex allegoriis. Nam hi viri totam legem existimant habere animalis similitudinem, quod praecepta corpus referant, animam vero sententiae retrusiores sub velamine verborum abdita. In quibus rationalis anima egregie seipsam contemplatur tanquam in speculo, sub his ipsis verbis miram sententiarum pulchritudinem conspiciens et explicans e figu | rarum involucri, atque ita penitentiorem intellectum in lucem producens duntaxat apud eos, qui per occasionem admoniti sciunt obscura ex apertis colligere. Ubi vero praeses visus est rem bene tractando satisfecisse auditorum desiderio, plausus propalam editur ab omnibus. Tum ille assurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens a se compositum, aut desumptum ab aliquo vatum veterum. Exstant enim huius generis carmina prisca, versu trimetro, et hymni cum suis accentibus inter sacra canendi ante altaria, vel a stantibus, vel a choreas ducentibus moderatas variis flexibus atque reflexibus. Praesulem mox imitantur ceteri decenti ordine, omnibus intente quieteque auscultantibus, praeterquam in fine hymni extremaeque clausula. Tunc enim universi vocem extollunt, sine sexus discrimine. » Ista sunt Philonis verba. Quae quantum ad religionem christianam et ecclesiasticum ordinem faciant, liquido declarat Eusebius Caesariensis Historiae Ecclesiasticae libro secundo. Qui quidem horum θεραπειῶν ducem affirmat esse beatum Marcum apostolum et evangelistam, primum Alexandriae episcopum, Philonemque ecclesiasticae institutionis initia et originem apostolicae atque etiam evangelicae traditionis eidem Supplicum libro intexuisse, sic scribens ¹ : « Marcum hunc primum aiunt ad Aegyptum missum, evangelium illic, quod et conscripserat, praedicasse, primumque ecclesias Alexandriae constituisse. Tanta autem ibi credentium virorum ac mulierum multitudo prima accessione per exercitium philosophicum admodum ac diligentissimum collecta est, ut exercitia eorum, conventus, symposia, et universam re | liquam vitae conversationem Philo literis mandare dignatus sit. Fertur etiam hic Philo Romae sub Claudio ad colloquium Petri Romanis tum praedicantis venisse. Neque hoc vero dissimile est. Commentarius enim ille, quem tandem ab eo posterioribus temporibus elaboratum esse dicimus, Ecclesiae canones, qui ad haec nostra usque tempora servantur, manifeste continet. Imo quoniam vitam etiam religiosorum nostrorum quam fieri potuit accuratissime descripsit, satis manifestum relinquitur, non modo vidisse eum viros illos apostolicos sui temporis ex Hebraeis, ut vero simile est, profectos, ob eamque causam priscorum ritum adhuc more Iudaeorum observantes, sed et probasse, divinosque et honestos iudicasse. Cum primis et hoc liquet, quod nihil ultra veritatem aliunde aut ex seipso his, quae scribere conatus fuit, adicere volens in eo libro, quem de vita contemplativa aut de precantibus inscripsit, cultores eos, et mulieres, quae cum eis erant, cultrices vocari dixerit, causamque appellationis huius adiecerit, aut quod animos accedentium a passionibus malitiae instar medicorum liberantes curaverint ac sanaverint, vel quod caeleste numen mundo cultu sinceraeque religione venerati sint. Sive igitur hanc illis appellationem de suo ob praedictas causas imposuit, nomenque virorum istorum proprie hoc pacto descripsit, sive statim initio vere sic vocati sint, cum Christianum nomen haudquaquam tum quovis loco celebraretur, non est necesse ut contendamus. Hoc tamen cum primis testatur, quod facultatibus suis renunciarint, ac bonis ad se pertinentibus cesserint hi qui philosophari coepissent; deinde et a cun | ctis vitae huius curis abstinerint, relictisque muris in agris et hortis solitarie conversati sint, certo scientes consortia eorum, qui disparem sequebantur vivendi rationem, inutilia et noxia esse illis qui tum temporis hoc, ut par erat, agebant, ut

¹ Lib. II cap. 16 sq.

alacri ferventique fide eos imitarentur qui prophetica vitam ducebant. Etenim et in Actis apostolorum¹, de quibus nihil est dubii, hoc memoratur, quod omnes Apostolorum discipuli possessiones ac facultates suas divenditas cunctis distribuerint, iuxta quod cuiusvis exigebat necessitas, ita ut nemo prorsus inter eos egeret. Quotquot enim, sicut ipsa verba habent, possessores erant agrorum aut aedium, vendiderunt, ac pretium distractorum bonorum afferentes ad pedes Apostolorum ponebant, ad hoc, ut singulis secundum cuiusvis necessitatem expenderetur. Consimilia istis praedictus Philo testificatus, ad verbum subiicit dicens: « Est autem in multis quidem terrarum locis hoc genus hominum; oportebat enim perfecti boni participes fieri tam Graecos quam Barbaros: verum in Aegypto in singulis praefecturis, sicuti vocant, abundat, et maxime circa Alexandriam. Undique autem optimus quisque velut in patriam, ita in cultorum coloniam ad commodissimum locum, qui lacui Mariae in tumulo submissiore adiacet, admodum opportune propter securitatem aerisque temperiem sese recipit. » Deinde et habitationes eorum, quales illae fuerint, describens, de ecclesiis eius regionis haec dicit: « In singulis autem sacrum domicilium est, quod *σεμνεῖον* et monasterium vocatur; in quo manentes, honestae ac sanctae vitae mysteria celebrant, nihil illo inferentes, nec potum, nec cibum, neque aliud quidquam eorum quae ad corporis sunt sustentationem necessaria, sed leges et oracula prophetarum et hymnos ac reliqua huiusmodi, quibus scientia et pietas augescunt et consummantur. » Et aliquanto post dicit: « Totum autem illud temporis spacium, quod a diluculo est usque ad vesperam, in exercitium illis insumitur. Sacras quippe Scripturas legentes philosophantur, ac patriam philosophiam allegorice tractant. Etenim putant ea, quae in manifesta sunt Scripturarum expositione, quaedam esse absconditae naturae symbola per figuras significata. Habent et commentarios priscorum virorum, qui cum haereseos ipsorum duces essent, multa in forma rerum allegorice traditarum post se monumenta reliquerunt, quibus tanquam archetypis usi propositi illorum imitantur rationem. » Haec igitur ita videntur ab hoc viro dicta, ut appareat, illum eorum fuisse auditorem, qui sacras Scripturas exposuerunt. Vero simile autem est, commentarios illos priscorum virorum, quos apud eos fuisse dicit, esse Evangelia et Apostolorum scripta, et quasdam antiquorum prophetarum expositiones, quales cum ea, quae ad Hebraeos est, tum aliae plures epistolae Pauli continent. Denique et de eo, quod de novo psalmos composuerint, ad hunc modum scribit: « Itaque non modo divina contemplantur, sed et cantica et hymnos ad Deum sacratoribus omnis generis metrorum et carminum rhythmis graviter construunt. » Et alia quidem multa de illis, quorum hic mentionem facimus, in eo libro disserit. Verum illa visa sunt necessario deligenda, per quae certas ecclesiasticae conversationis notas posuit. Quod si cuiquam ea quae, dicta sunt, non proprie ad evangelicam pertinere politiam, sed et aliis praeter dictos cultores adaptari posse videntur, credat saltem his illius verbis quae subiiciemus, ex quibus indubitatum, si aequo sit animo, hac de re testimonium reportabit. Sic enim scribit: « Continentiam autem primum tanquam fundamentum quoddam in anima collocant, deinde et alias virtutes superstruunt. Cibum aut potum nemo illorum ante solis occasum usurpat. Etenim philosophiae studium luce, corporis vero necessitates tenebris dignas esse iudicant; unde et diem illi, istis vero modicam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex eis toto triduo cibi non recordantur, quibus maius scientiae quam cibi desiderium inedit. Nonnulli ita laetantur ac delectantur sapientia pasci, quae dogmata opulente et abunde subministrat, ut duplicato temporis spatio abstineant, ac vix per sex dies necessario cibo gustantes vescantur. » Haec Philonis verba clare et absque ulla contradictione de nostris esse dicta putamus. Si vero adhuc quisquam obfirmate contradixerit, vel sic sibi persuaderi sinat, ut clarioribus demonstrationibus credat, quas non apud alios quosdam nisi solam Christianorum secundum Evangelium religionem invenire licet. Dicit enim, apud eos, de quibus loquitur, mulieres quoque reperiri, quarum pleraeque grandaevae virgines castitatem non necessitate, sicut quaedam sacerdotes apud gentes, magis quam sponte sua propter zelum ac desiderium sapientiae custodiant, cuius commercium studiose colentes, corporum voluptates, im (mortalium liberorum, quos solus amans Dei animus ex se gignere potest, non mortalium cupidae aspernentur. Deinde subsecutus clarius ista exponit: « Interpretationes autem, » inquit, « sanctarum Scripturarum allegoricae illis ac figuratae sunt. Videtur enim viris istis universa legis Scriptura animanti similis esse, ita ut superficies verborum, corporis, sensus vero in verbis reconditus, animae sit loco, quem ipsorum religio praecipue, quasi per speculum nominum eximiam sententiarum pulchritudinem relucens observans, contemplari coepit. » Quid opus est istis adhaerere, quomodo in unum congregati, separatimque viri ac separatim mulieres conversati sint, et quae illis exercitia in consuetudo fuerint; quae etiamnum apud nos durant, et praecipue circa salutaris Passionis festum diem in Ieiuniis et vigiliis nocturnis divinorumque sermonum lectione exercere consuevimus? Quae vir praedictus eodem modo, quo apud nos solos hactenus sunt servata, diligenter annotavit et commentariis suis inseruit, praesertim nocturnas magni festi vigillas, et horum exercitia, cum hymnis qui apud nos dici solent, describens; et quomodo uno cum rhythmo psallente reliqui cum silentio auscultantes extremam hymnorum partem una cum illo concinendo terminent; quomodo etiam praedictis diebus humi in stragulis

¹ Act. iv. 32 sqq.

[The text in this section is extremely faint and illegible due to the quality of the scan. It appears to be a large block of text, possibly a list or a series of entries, but the individual characters and words cannot be discerned.]

quae divino beneficio gesta sunt ab eo, petenda sunt e Palladio. Spiritus igitur divinus, qui vigeat in Macario nostro, non potuit otiosus esse, quia per eum fructum aliquem ederet, effecitque ut qui consodalibus duntaxat monachis exemplo proderat, scriptis ad posteros transmissis omnibus prodesset. E quibus quinquaginta solum homiliae graece scriptas accepimus e Bibliotheca Regia. Quas cum legentes animadverteremus non tantum monachis et religionem, quod aiunt, profitentibus, sed cuicumque christiano lectori profuturas, tum quod afflictum ac moerentem valde solantur animum, eumque a nugis futilibus huius mundi traducunt ad caelum, tum quod bene beateque vivendi normam Evangelio convenientem praescribunt, in latinum sermonem convertimus, cuilibet homiliae argumento brevi praefixo, unde confestim emergat, quid unaquaeque contineat. Has ipsas impressas graece latineque, vobis animo grato suscepturis mittimus, si quid melius allatura sit temporum tranquillitas, protinus emissuri. Valet plurimum, Deumque precemini, ut nostris faveat ad gloriam eius susceptis consiliis.

Lutetiae Calend. Maii M.D. LIX.

JOANNIS DAVAL TREPOTUENSIS

DOCTORIS THEOLOGI IN LAudem D. PICI PRAESIDIS
HEXASTICHON.

*Quo celebrem, Macari, donabis munere Picum,
Qui splendore suo candidat Aethiopem?
Silenos aperit, miscet simul utile dulci,
Atque suis Graecas unguibus auget opes?
Pelle sub obscura celasti clausus odores;
At celata diu Picus aperta facit.*

| *De Macariis.*

E Suida.

Duo fuerant Macarii eiusdem nominis ac professione ascetica insignes, vita, moribus, doctrina. Alter Aegyptius, miraculis clarus ac cum religiosa cautione in eos qui se conveniebant severus: alter Alexandrinus, per omnia similis Aegyptio, necnon comis et festivus; in eos qui ad se veniebant ita humanus ac blandus hic erat, ut ea festivitate juvenes ad asceticam vitam pelliceret. Horum Evagrius discipulus fuit, ac factis philosophiam exercuit qui verbis duntaxat prius philosophabatur. Idem Constantinopoli a Gregorio Theologo diaconorum ordinis adscriptus est; quia etiam in Aegyptum profectus ac cum Macariis quos dixi collocutus vitam illorum aemulatus est. Ab hoc libri valde graves ac serii conscripti sunt. Quorum unus *Monachus* sive de vita activa inscriptus est; alter *Gnosticus* sive de iis qui cognitionis munere donati sunt, qui capita complectitur numero quinquaginta; tertius *Antirrheticus* adversus tentantes daemones, octo partibus distinctus, ut octo cogitationum modi recensentur; itemque sexcenta Prognostica problemata, et Elementaria duo, unum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viventes, alterum ad virginum coetum. Eius autem sunt haec verba: «Necesse est, ut sedulo eorum qui praecesserunt monachorum vias indagemus, ad earumque normam dirigamur; multa enim ab iis recte et dicta sunt et facta; inter quae et hoc quispiam dixit, aridiorem et asperam vivendi rationem cum charitate copulatam celerius monachum ad animi tranquillitatem, quam ἀνάσταν appellat, perducere.»

| *Homiliarum Macarii singularum argumenta.*

I	<i>Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem descriptae.</i>	Pag. 1
I'	<i>De regno tenebrarum, hoc est peccato, et hominem solius Dei beneficio liberari ab eo.</i>	12
III	<i>De quiete fratrum inter se conversatione et proelio interiori.</i>	17
IV	<i>Qua ratione promovendum in vita Christiana.</i>	21
V	<i>Quantum discrepat vita Christianorum a reliquorum hominum vita.</i>	40
VI	<i>De modo precandi.</i>	50
VII	<i>De clementia Christi erga homines. Continet etiam responstones ad quasdam interrogationes forte curiosas.</i>	55
VIII	<i>De his quae contingunt Christianis inter orandum.</i>	59
IX	<i>Promissiones ac prophetias divinas per varios successus et tentationes impleri, et soli Deo adhaerendo liberari nos ab infestationibus daemonum.</i>	63
X	<i>Humilitate et alacritate retinentur et augentur dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perdantur.</i>	70
XI	<i>Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere inatar ignis.</i>	73
XII	<i>De statu Adae post imaginem Dei perditam.</i>	84
XIII	<i>Quem fructum a Christiano Deus exigit.</i>	94
XIV	<i>Qui se dedicant Deo, non sine sive remunerationis id faciunt.</i>	95.

iacentes, vinum in universum, sicut ipsis verbis scripsit, et de animantibus ne gustant quidem, sed sola illis aqua potum praebeat, et obsonium sit panis cum sale et hyssopō. Praeterea scribit, quo pacto praecedant inter eos ii quibus ecclesiastica commissa sunt ministeria, diaconatus etiam, | et quae supra cunctis eminent episcopatus praesidentiae. Quod si cui desiderium inerit ista exacte cognoscendi, discat ea ex dicta iam viri huius historia. Quod igitur Philo illic de primis evangelicae doctrinae praeconiis et ritibus olim ab Apostolis traditis disserens ista scripserit, cuivis manifestum est. Singulares anachoretarum vitas summae auctoritatis in Ecclesia viri scripserunt : D. Athanasius Alexandrinae urbis episcopus ac Dorotheus vitam Antonii Magni, quam postea latino sermone tradidit Evagrius; D. Hieronymus Pauli heremitae, Hilarionis atque Malchi captivi monachi; reliquorum autem monachorum vitas prosecuti sunt Theodoretus ac Palladius iustis voluminibus, quae latina nuper prodierunt in lucem opera Gentiani Herveti, viri de christiana republica bene meriti. Istorum porro colloquia si quis desideret, legat Cassianum. At cum huiusmodi homines per deserta respersi vitamque solitariam agentes, sibi duntaxat prodesse viderentur, et religionem christianam parum promovere, Basilius Magnus Caesareae Cappadociae episcopus, ut ab Nazianzenus in Vita Basili, deduxit eos ad civitates et oppida, ut ab his populus Deo gratam vivendi rationem ac cultum divinum ediceret. Itaque Gregorii Nazianzeni verba (a) subiicere non poenitebit : « Ut autem, » ait, « non solum sibi, sed et aliis quoque proficeret, primus coenobia excogitavit, ritumque illum monachorum antiquum atque agrestem ad ordinem quandam formulamque religioni propiorem reduxit. Cum enim animadvertisset, eos, qui in communi vita, hoc est, inter alios mixtim agunt, mo | nasticam licet abstinentiam servent, aliis quidem utiles, sibi vero nequaquam existere, cum in multis eos necesse sit versari malis quae vitae quietae ac plane perfectae contraria videntur, eos vero, qui in solitudine procul ab aliis agunt, firmiores sane proposito magisque Deo coniunctos quam supradictos vidit, attamen sibi tantum utiles, cum rerum experientiam nequaquam teneant, nec cum aliis commercium ullum habeant, utrumque vitae genus coniungere conatus est. Quamobrem monachorum coenobia haud procul ab iis, qui in hominum societate vivunt, aedificari iussit, nec omnino separavit, ut et propinquitate, cum opus charitatis exposceret, adesse valeret, disisti alioqui propriis terminis, ne quies eorum aut pax interrumpi per multitudinem posset, nec ipsi monachi actionis merito, quod ex impendenda aliis pietate esset, privarentur, neque rursus eorum actio per tumultus inutilis effloeretur, et alter alterum hoc modo iuvare posset, et monachorum vita per conversationem eorum, qui in communi agunt, pia fieret, et ipsi ex monachis quietem, constantiam, sapientiam, contemplationem edicerent, quemadmodum tellus ac pontus invicem se iuvant ac suscipiunt. » Hos ergo ubi coegisset Basilius in urbes, ac e monachis et anachoretis coenobitas effecisset, vivendi regulam Evangelio consentaneam illis conscripsit, quam et in precio habemus, et totius Graeciae monachi hactenus observant atque reveriti sunt, quemadmodum et Latini sumptam inde regulam beatorum Hieronymi, Augustini, Benedicti, Domianici, Francisci, Bernardi, ac reliquorum. Ceterum ne variis allegationibus obruen | tes lectoris animam epistolae modum excedamus, institutum nostri videamur obliiti, duos fuisse Macarios testantur Palladius ac Nicephorus (b), alterum Alexandrinum genere, qui licet iunior in iis, quae sunt monachorum praecipua, primas obtinebat, alterum Aegyptium, aetate grandio rem, qui has ipsas graece scripsit Homilias, quas in latinum sermonem transtulimus. Hic nonaginta vixit annos integros, quorum sexaginta transegit in solitudine. Itaque natus annos triginta, et in juvenili constitutus aetate, tam toleranter talis labores exercitationis totum decennium, ut magna quadam et insigni dignus haberetur distinctione, adeo ut vocaretur *παραπολιτευόμενος*, id est, in puerili aetate senex, quoniam citius quam pro aetate profecerat virtutibus. Quadraginta annos natus potestatem accepit adversus daemones, gratiam item curandi, spiritumque praedicendi futura. Dignus quoque est habitus honorando sacerdotio. Habitarunt cum eo duo discipuli in intima solitudine quae vocatur Scete. Quorum unus quidem, velut minister, illi semper assidebat eorum gratia qui veniebant curandi, alter autem seorsum secedebat in cellam. Procedente vero tempore cum sanctus perspicaci oculo praevidisset, dixit ministro suo nomine Joanni, qui postea factus presbyter suffectus est in locum Macarii : Audi, mi frater Joannes, meamque fer aequo animo admonitionem tibi valde profuturam. Tentaris enim, inquit, et te tentat spiritus avaritiae; sic enim perspectum habeo; scio tamen, si meam benigne tuleris adhortationem, te perfectum fore in Dei timore atque eius opere, laudaberisque, et | flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quod si non audieris, in te venient, quae Giezi tandem acciderunt, cuius vitio laboras. Contigit porro, ut defuncto Macario non paruerit, sed ei, qui propter avaritiam alligavit Judae laqueum. Elapsis itaque quindecim aut viginti annis, cum bona pauperum usurpasset, tam gravi laboravit elephantia, ut in toto eius corpore non inveniretur integer locus, in quo quis digitum figere posset. Haec fuit Macarii propheta. Ferebatur hic sanctus pati continentem ecstasin, saepiusque vel cum Deo, vel in rebus versari caelestibus. Fama etiam constans erat, in solitudine illum suscitasse mortuum, ut persuaderet cuidam haeretico neganti resurrectionem. Reliqua,

NOTAE.

(a) Ex monodia Greg. Nazianzeni in vitam Basili.

(b) Pallad. in Historia Patrum cap. 19, 20; Niceph. Hist. Eccl. lib. ix cap. 14.

quae divino beneficio gesta sunt ab eo, petenda sunt e Palladio. Spiritus igitur divinus, qui vigeat in Macario nostro, non potuit otiosus esse, quin per eum fructum aliquem ederet, effecitque ut qui consodalibus duntaxat monachis exemplo proderat, scriptis ad posteros transmissis omnibus prodesset. E quibus quinquaginta solum homiliae graecae scriptae accepimus e Bibliotheca Regia. Quas cum legentes animadverteremus non tantum monachis et religionem, quod aiunt, profitentibus, sed cuicumque christiano lectori profuturas, tum quod afflictum ac moerentem valde solantur animum, eumque a nugis futilibus huius mundi traducunt ad caelum, tum quod bene beateque vivendi normam Evangelio convenientem praescribunt, in latinum sermonem convertimus, cuiuslibet homiliae argumento brevi praefixo, unde confestim emergat, quid unaquaeque contineat. Has ipsas impressas graecae latineque, vobis animo grato suscepturis mittimus, si quid melius allatura sit temporum tranquillitas, protinus emissuri. Valet plurimum, Deumque precemini, ut nostris faveat ad gloriam eius susceptis consiliis.

Lutetiae Calend. Maii M.D. LIX.

JOANNIS DAVAL TREPOTUENSIS

DOCTORIS THEOLOGI IN LAudem D. PICI PRAESIDIS
HEXASTICHON.

*Quo celebrem, Macari, donabis munere Picum,
Qui splendore suo candidat Aethiopem?
Silenos aperit, miscet simul utile dulci,
Atque suis Graecas unguibus auget opes?
Pelle sub obscura celasti clausus odores;
At celata diu Picus aperta facit.*

| *De Macariis.*

E Suida.

Duo fuerant Macarii eiusdem nominis ac professione ascetica insignes, vita, moribus, doctrina. Alter Aegyptius, miraculis clarus ac cum religiosa cautione in eos qui se conveniebant severus: alter Alexandrinus, per omnia similis Aegyptio, necnon comis et festivus; in eos qui ad se veniebant ita humanus ac blandus hic erat, ut ea festivitate juvenes ad asceticam vitam pelliceret. Horum Evagrius discipulus fuit, ac factis philosophiam exercuit qui verbis duntaxat prius philosophabatur. Idem Constantinopoli a Gregorio Theologo diaconorum ordini adscriptus est; quia etiam in Aegyptum profectus ac cum Macariis quos dixi collocutus vitam illorum aemulatus est. Ab hoc libri valde graves ac serii conscripti sunt. Quorum unus *Monachus* sive de vita activa inscriptus est; alter *Gnosticus* sive de iis qui cognitionis munere donati sunt, qui capita complectitur numero quinquaginta; tertius *Antirrheticus* adversus tentantes daemones, octo partibus distinctus, ut octo cogitationum modi recensentur; itemque sexcenta Prognostica problemata, et Elementaria duo, unum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viventes, alterum ad virginum coetum. Eius autem sunt haec verba: «Necesse est, ut sedulo eorum qui praecesserunt monachorum vias indagemus, ad earumque normam dirigamur; multa enim ab iis recte et dicta sunt et facta; inter quae et hoc quispiam dixit, aridiorum et asperam vivendi rationem cum charitate copulatam celerius monachum ad animi tranquillitatem, quam ἀνάσταν appellat, perducere.»

[*Homiliarum Macarii singularum argumenta.*

I	<i>Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem descriptae.</i>	Pag.	1
I'	<i>De regno tenebrarum, hoc est peccato, et hominem solius Dei beneficio liberari ab eo.</i>		12
III	<i>De quiete fratrum inter se conversatione et proelio interiori.</i>		17
IV	<i>Qua ratione promovendum in vita Christiana.</i>		21
V	<i>Quantum discrepat vita Christianorum a reliquorum hominum vita.</i>		40
VI	<i>De modo precandi.</i>		50
VII	<i>De clementia Christi erga homines. Continet etiam responsiones ad quasdam interrogationes forte curiosas.</i>		55
VIII	<i>De his quae contingunt Christianis inter orandum.</i>		59
IX	<i>Promissiones ac prophetias divinas per varios successus et tentationes impleri, et soli Deo adherendo liberari nos ab infestationibus daemonum.</i>		63
X	<i>Humilitate et alacritate retinentur et augentur dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perduntur.</i>		70
XI	<i>Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere inatar ignis.</i>		73
XII	<i>De statu Adae post imaginem Dei perditam.</i>		84
XIII	<i>Quem fructum a Christiano Deus exigit.</i>		94
XIV	<i>Qui se dedicant Deo, non sine sue remunerationis id faciunt.</i>		95.

XV	<i>Quam sancte et caste se gerere debeat anima Christiani erga Christum sponsum suum.</i>	100
XVI	<i>Spirituales homines obnoxijs esse tentationibus et afflictionibus, quarum origo est primum peccatum.</i>	152
XVII	<i>De Christianorum unctione spiritali et gloria.</i>	141
XVIII	<i>De thesauro Christianorum qui est Christus et Spiritus sanctus varijs modis exercens eos ad perfectionem assequendam.</i>	150
XIX	<i>Christianus proficere volens ad omne id quod bonum est, se vi compellere debet.</i>	157
XX	<i>Solus Christus sanavit animam, quam ornamento gratiae suae vestivit.</i>	166
XXI	<i>Homini Christiano duplex incumbit bellum, externum et internum.</i>	168
XXII	<i>De duplici statu decedentium.</i>	171
XXIII	<i>Hi soli diadema regum gestare possunt, qui sunt e semine regio.</i>	172
XXIV	<i>Christianorum status mercaturae et fermentationi similis est.</i>	174
XXV	<i>Per inobedientiam redacti sumus in servitutem, a qua per mysterium crucis liberamur; item de lacrimarum et ignis divini efficacia.</i>	178
XXVI	<i>De dignitate, facultate et operationibus animae, et qua ratione tentetur a diabolo et ab eo liberetur.</i>	184
XXVII	<i>Dignitatem et statum hominis Christiani prosequitur, cuiusque liberum arbitrium, permixtis interrim utilibus quaestionibus.</i>	200
XXVIII	<i>Describit ac deplorat calamitatem animae in qua propter peccatum non habitat Christus.</i>	214
XXIX	<i>Duplici ratione gratiam suam largitur Deus, cuius fructum tandem iusto iudicio repetit.</i>	218
XXX	<i>Ex Spiritu sancto renasci debet anima Dei regnum ingressura, et qui hoc fiat.</i>	225
XXXI	<i>Fidelis animo mutari debet et in Deum colligere cogitationes omnes, a quibus vere dependet obsequium divinum.</i>	230
XXXII	<i>Gloria Christianorum modo latet in animis eorum, quae resurrectionis tempore emerget et illustrabit corpora pro suo quaeque modo.</i>	254
XXXIII	<i>Quam attente diligenterque precandum sit.</i>	241
XXXIV	<i>De gloria Christianorum illis non ignota.</i>	244
XXXV	<i>De sabbato antiquo et novo.</i>	246
XXXVI	<i>Diversa est resurgentium gloria.</i>	248
XXXVII	<i>De paradiso et lege spiritali.</i>	249
XXXVIII	<i>Exacto opus est iudicio in discernendis veris Christianis, et quoniam sint illi.</i>	258
XXXIX	<i>Ad quid Scriptura divina nobis donata est a Deo.</i>	261
XL	<i>Virtutum inter se colligatio, itidem vitiorum.</i>	262
XLI	<i>Quam profunda sint animae penetralia, quae paulatim incrementa gratiae aut vitiorum accipit.</i>	266
XLII	<i>Non aeterna, sed interna promovent aut laedunt hominem, veluti spiritus gratiae aut spiritus nequitiae.</i>	268
XLIII	<i>De progressu viri Christiani, cuius tota vis dependet a corde, ut hic varie describitur.</i>	270
XLIV	<i>Quantam in homine Christiano mutationem ac renovationem faciat Christus, qui morbos animae sanavit.</i>	276
XLV	<i>Nullis artibus aut operibus huius mundi, sed solo Christi adventu sanatum esse hominem; cuius magnam cum Deo cognitionem refert haec homilia.</i>	282
XLVI	<i>De differentia inter verbum Dei et verbum mundi, et inter filios Dei et filios huius mundi.</i>	287
XLVII	<i>Explicatio allegorica quorundam sub lege benefactorum.</i>	291
XLVIII	<i>De perfecta fide in Deum.</i>	301
XLIX	<i>Non satis est huius saeculi delicias reliquisse, nisi quis alterius saeculi beatitudinem consequatur.</i>	305
L	<i>Deus est, qui per sanctos suos et creaturas edit miracula.</i>	308

[Post e Scripturae locorum sacrae qui in homilijs citantur atque e rerum memorabilium] cuos Indices exstant Homiliae latine p. 1-311. In quarum fine legis: Excudebat Guil. Morelius in Graecis typographus Regius Laetiae Parisiorum M. D. LIX. Cal. Maias.]

ZACHARIAE PALTHENII PRAEFATIO

AD EDITIONEM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

QUAM INSCRIPSIT

SANCTI PATRIS MACARII EREMITAE AEGYPTII HOMILIAE SPIRITUALES QUINQUAGINTA DE INTEGRITATE QUAE DECET CHRISTIANOS, cunctis quibus animae salus revera curae est, tum propter insignem pietatis doctrinam, tum propter similitum frequentiam maxime utiles ac necessariae, E GRAECO IN LATINUM SERMONEM conversae et coniunctim nunc primum in Germania editae a M. ZACHARIA PALTHENIO FRIDBERGENSI 1594. Francofurti Apud Joan. Wechelii viduam, impensis Nicolai Bassaci. 8^o min.

| Reverendo, generis splendore ac nobilitate antiqua, religione, virtute, doctrina multisque in Ecclesiam Christi meritis praestantissimo viro DD. JOANNI SWICHARDO A CRONBERG, insignis metropolitanae ecclesiae Moguntinensis Scholastico, S. Albani Praeposito, nec non reverendissimi et illustrissimi Domini D. Wolfgangi Archiepiscopi et Principis Electoris Moguntinensis in spiritualibus Vicario generali, Domino ac Patrono suo plurimum colendo S. P.

Quotiescunque, reverende, nobilissime et amplissime Do. Schwicharde, Maecenas clarissime, vir summis

laudum praeconiis atque nomine nunquam interituro dignissime, quotiescunque, inquam, hac tristissima mundi senecta adeo frigide ac supine graecam linguam in plerisque locis tum tradi tum addisci conspicio, continuo animus meus obruitur luctu, moerore et tristitia non exigua. Quae etenim est dementia, quae fatuitas, quae insania eorum hominum, qui absque huius | linguae rudimentis rarae et solidae eruditionis laudem se consequi posse sperant? Non minor certe, ac si quis absque rati immensum ac vastum pelagus transire, aut absque alis in aethera volare, aut absque lingua seu Spiritus sancti dono aeternae salutis mysteria enodare, patefacere et explicare, aut denique absque Christo rege et fratre nostro supernam Ierusalem civitatem caelestem et gaudia paradysi ingredi conaretur. Et certe tanta est huius linguae praestantia, tanta dignitas, tanta dignitati coniuncta utilitas, tanta amplitudo, tanta maiestas tantusque decor et ornatus, ut, si instituta collatione haec lingua cum ceteris comparetur, reliquas omnes tum copiosa vocabulorum serie, tum miranda dialectorum varietate sic anteire et superare videatur, ut sol in superius hemisphaerium productus cunctas octavi orbis stellas splendore suo offuscat. Nulla enim est e circulo humanarum atque ingenuarum artium ac disciplinarum, quae hac carere, nulla quae absque hac perfecte doceri, et nulla quae absque hac penitus percipi cognoscive possit. Si et | enim, ut luce meridiana clarius est, latinus sermo e graeco manavit atque processit, adeo ut, quod Homerus de oceano canit :

Ἐξ οὐπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρέατα πάντα νόουσι

de graeca lingua non immerito dici possit, nemo, opinor, vel impudentissimus negaverit, absque graecae linguae cognitione, principio nimirum atque origine rei, exactam atque perfectam latinae linguae scientiam comparari non posse. Quod sane, si, ut ipsius rei maiestas exigit, in singulis vel artium disciplinis, vel earundem summis facultatibus demonstrare atque evincere vellem, vereor, ne in infinitum extenderetur oratio nostra. Modo paucis rem delibabo, ne, quod dixi, mendacio magis quam veritati congruum ac consentaneum videatur. Atque principio, nonne omnes artes, grammatica, dialectica, rhetorica, musica, arithmetica, geometria, astronomia, poetica, politica, therapeutica, physica, theologia atque adeo universa philosophia omnisque disciplinarum orbis, quem ἐγκυκλοπαιδείαν vocamus, graecos etiam nunc fontes sapiunt? | Adeo ut ne nomina quidem alia, quam nativa et graeca admittant, neque nos aliis nominibus eas agnoscamus, eoque iure se nobis permittant, ut a fontibus secludi non patiantur. Si a literis velut ab ovum retexamus, nonne Latini omnes suas literas, una duntaxat atque altera demta, a Graecis mutuati, nec tamen graecarum literarum concisam breviter aut potius elegantiam perfecte ac plene (a) assecuti sunt? Quod enim Latini quatuor, id Graeci duabus exprimunt literis, id quod apparet in dictione ἀπόφθεγμα, φθίσις, et similibus. Nonne quoque Grammatici huius linguae peritia summopere indigent, adeo ut qui *Criste pro Christe, eleison pro eleison* et sonant et scribunt, rudes atque omnium rerum ignari existimantur? Quid de dialectica, quidve de rhetorica dicam? Quam infinitis, quaeso, utuntur illae vocabulis, quae partim sunt graeca, partim eorum imitatione facta, quorum vim ac significationem qui ignorant quam graviter hallucinentur, notum omnibus. Et certe multa sunt apud Aristotelem, quae aut latine transferri optime ne | queunt, aut translata alio sensu accipiuntur a legentibus quam ab eo dicuntur. Quin et poetas graecarum literarum ignaros incassum laborem suscipere ac nunquam Musarum penetralia ingredi posse vel ex eo patet, quod omnes fabulae ac figmenta poetica e Graecis pendeant. Quid de mathematicis scientiis loquar? Illae tam possunt sine graecis literis perfecte teneri, quam sine graecis auctoribus? Quis, quaeso, nisi Graecus intelliget Euclidem? quis Ptolemaeum? quis Proclum? Quis nisi Graecus explicabit quid sit *trigonus*, quid *tetragonus*, quid *monas*, quid *trias*, quid *diapente*, quid *diatesaron*, quid *excentrici*, quid *syncentrici*, quid *epicyclii*, quid *eclipses*, et eius generis tanta turba, ut audiendo prius quam commemorando omnia defatigari quis possit. Ad serias vero atque arduas si progrediar disciplinas, medicina tantopere indiget graecis literis, ut qui eius cognitione careant, dum, ut poeta canit,

Φάρμακα πολλὰ μεμιγμένα λυγρὰ καὶ ἐσθλά

ministrant, aegrotos non raro in extremum vitae periculum coniiciant. Cum enim phar | macorum, unguentorum, cataplasmatum, potionum, ceromatum, item animantium, plantarum, gemmarum, morborum, remediorum, instrumentorum, ponderum et mensurarum vocabula omnia sint graeca, quis, quaeso, citra huius linguae cognitionem periti medici laude ac praeconio exornari mereatur? Quis Hippocratem et Galenum omnium medicorum κορυφαίους et δαδούχους, de quibus re vera dici posset quod fuerint

Ἴητροὶ ἀνδρῶν πολλῶν ἀντάξιοι ἔλλων,

quis, inquam, eos absque huius linguae scientia intelliget, quis enodabit, quis genuinum verumque sensum ex iis eruet? Nec vero iuris prudentiam graecae linguae adminiculo carere posse, hinc fit manifestum.

NOTAE.

(a) Corr., Palth. *pleni*. Ebn.

quod epistolae et rescripta imperatorum aliorumque iureconsultorum responsa plersque sermone graeco prolata atque edita sint, multaeque voces et sententiae graecorum philosophorum, poetarum et oratorum tanquam gemmae et lumina orationis ad res significantius exprimendas insertae sint. Quia etiam aliquot sunt leges et tituli, quos totos a Graecis mutuati sunt iureconsulti, ab Aristotele nimirum titulus *de usuris*, a Platone *ff. de nundivis l. 2*, sic titulus *de poenis* ex Homero et Demosthene. Summopere ergo graecarum literarum ope indiget legum cupida iuventus. Quoad theologiam vero, quae nobis sacrosancta oracula atque adeo salutis nostrae summam tradit, si quis huius linguae cognitione se carere posse asserat, is mihi non multum absimilis videtur esse ei, qui absque nutrimento et cibo corpus saluum et incolume conservari statuit. Nonne omnes Evangelistae, excepto uno Matthaeo, nonne omnes epistolae Pauli, nonne apocalypsis Joannis graeco sermone perscripta et ad nos delata est? Nonne Basilius, nonne Chrysostomus, nonne Nazianzenus, nonne Eusebius, nonne Origenes, nonne Theophylactus, nonne Athanasius atque Epiphanius, viri vitae sanctimoniam atque eruditione commendati, cum quibus quem comparet cuiuscunque vel linguae vel aetatis theologum, non facile video: nonne, inquam, omnes graeco sermone sua opera conscripserunt? Quis ergo ex illis nobis futurus fructus, quae consolatio aut oblectatio, si graecae linguae studium negligeremus? Nullus certe. Et certe hoc pacto, quod absit, irritus atque inanis omnium illorum labor fuisset. Fateor quidem, ex Latinis gustum maximum hauriri atque percipi posse, attamen haec in parte poetae adstipulor qui canit:

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.

Haec ergo quum omnia ita, ut dixi, sic se habeant, quis adeo pervicax, adeo obstinatae mentis, adeo durae cervicis atque adeo perversi iudicii esse possit, qui tantam huius linguae praestantiam, tantam dignitatem dignitatique coniunctam utilitatem non agnoscat, agnitam praedicet, atque debitis laudem encomiis ornet? Recte igitur atque optime subtilis iudicii atque profundae eruditionis vir H. S. velut *παρῳδός* de hac lingua canit:

Γλώσσης θησαυρὸς γλῶσσαν παρὰ πᾶσαν χριστός
Ἑλλαδικῆς, πασῶν χαρίτων πᾶν μέτρον ἐχούσης.

Et quidem, ut ingenue fatear, tantus me huius linguae inaccessit amor, tanta me a teneris laere unguiculis delinuit cupiditas, ut per totum semestre spatium, invidia dicto absit, | uni Homero

*A quo ceu fonte perenni
Vatum Pieris ora rigantur aquis,*

perlegendo, relegendo atque revolvendo, totum me dederim. Idem enim accidebat mihi, quod iis, qui exiguo aliquo divinorum mysteriorum gustu percepto, quo majora sibi revelata fuerint gaudia caelorum, eo ardentiori desiderio tenentur. Sic ego quo majori fervore scriptores graecos tum solutae tum ligatae orationis evolvebam, eo vehementius aestus ille animi inflammari atque incendi coepit, adeo ut me illius studii nulla unquam *ἀμικροία* aut fastidium ceperit, et quo magis esurirem, nunquam tamen fames illa sedari, expleri aut exsaturari potuerit. Quumque hac hieme a continuis laboribus, quibus ultra sesquiennium obrutus, non tamen oppressus fui, respiratio exigua concederetur, incidi forte fortuna in sanctum atque divinum sancti patris Macarii opus, sanctissimas nimirum atque summa pietate refertas Homilias, quarum lectio me adeo oblectavit, recreavit et detinuit, ut, priusquam spatium trium dierum librum evolvissem, perversis meis cogitationibus omnino gravem et molestum me exhibuerim. Tanta enim religione scatent hae homiliae atque sermones, ut vel in agone mortis constitutum in vitam reducere, atque consolatione pia praesto esse queant. Summa ergo suavitate huius sacerrimae lectionis illectus atque devinctus, tandem insignium aliquot et praecipuarum homiliarum versionem aggredior latinam; non tamen eo animo, ut, quas latina veste exornarem, alteri mecum essent communes, sed ut aridos ingenii mei rivulos irrigarem atque incultos memoriae agellos excolerem. Quas latinitate donatas quum apud me conspexissent viri quidam non infimae existimationis eruditionisque, illi coeptum urgere, instare ac dicere, me, si, quae cooperissem telam pertexere, ad finem perducerem, tum cupidiae graecarum literarum iuventuti, tum ceteris omnibus, quibus animae salus re vera curae est, rem non omnino ingrati praestitutum. Quorum tandem ardenti desiderio et voluntati, quod aequum erat, satisfacere cupiens, opus, quod spero, non inutile in manibus sumpsi, in quo quantum laboris posuerim aut suscipuerim, testes erunt illi, qui quos dies nocturnaque in typographis nostris labores impendo, norunt. Ut enim factae promissioni atque prelo satisfacerem, nocturnas quasdam horas suffurari necesse fuit, quarum tamen molestias et asperitatem, ut non persentiscerem, vicit amor linguae, superavit ipsa operis amoenitas, levavit consolationum copia, mollit caelestis animo depicta requies, adeo ut, Sisyphi saxum dum volverem, id a me volvi minime sentirem. Quoniam vero, ut fieri solet, non defuturos iniquiores aliquos censors et aristarchos verebar, qui minus laborem hunc meum probarent, operae pretium esse sum ratus, si quem patronum operi huic quaererem, qui ipsum et eruditione sua pro-

bare et contra alios, pro re nata, protegere posset. Eum autem quod Te, *Swicarde (a) nobilissime*, prae ceteris selegerim, plures reddi possunt causae. Cum etenim Tu unus sis, quem hac aetate tum propter eximias animi dotes, tum propter praeclara virtutis ornamenta, quae ad hominem ornandum cumulate valere possunt, iure merito suspiciunt, admirantur ac venerantur omnes, cui potius quam | T. R. D. excelso atque nobilissimo nomini sanctas sancti Macarii Homilias insignirem, dedicarem atque consecrarem. Quid enim de alta et antiqua stemmatis Tui progone et familia, quae multis abhinc saeculis summa semper viguit laude, plura dicam?

*Fortes creantur fortibus,
Est in iuvenis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam.*

Testantur hoc ipsa historiarum monumenta per totam Germaniam atque adeo totum fere orbem, quibus virtus Vestra illustrata, ignota diutius esse nequit. Taceo Imperatores et Principes, et non domesticos tantum, sed externos etiam, quibus prudentia Cronbergiorum in consiliis, fortitudo in rebus bellicis, et usui et summae semper admirationi fuit. Quid de Guiljelmo Cronbergio, equite aurato dicam, cuius et virtus et fortitudo, quum ludis equestribus Augustae Trevirorum a Conrado II imperatore et Franciae Orientalis duce institutis rex praeficeretur, atque amplissimis victoriae βαβαλοῖς onustus dum reverteretur, ante multa saecula emicuit? Quid de Eberwini episcopi Wormatiensis ab heroico vestro stemmate orti pietate, vitae integritate atque sanctitate dicam, qui velut inter cetera astra aurorae sidus elucescit? Quid de Philippi Cronbergii fortitudine atque infracto animo, quem imperator Carolus huius nominis V, exigentibus id eius meritis atque animi dotibus praestantissimis, militariibus copiis praefecit atque primarium ductorem constituit? Quid de reliquorum summa cognitione et scientia bonarumque literarum eruditione dicam, quorum omnium gloria et aeterni nominis fama in excelsis posita est loco? Cui non cognita atque perspecta summa animi magnitudo, prudentia, religio, pietas et humanitas reverendissimi atque illustrissimi Principis ac Domini D. Waltheri Cronbergii, totius Ordinis Teutonici per Italiam et Germaniam Magistri supremi? Cuius rei testimonia e scriptoribus dignissimis clarissima atque evidentissima peti possent, si res postularet. Verum ne externa prosequi videar, Hartmannus a Cron | berg, senior suae aetatis P. M., nobilissimus ille tuus parens, quantis, quaeso, virtutibus, quanta animi constantia, iustitia atque ceteris virtutum ornamentis emicuit? Tantis quidem, ut ad summam illum dignitatem summosque honores exerint, atque apud Reverendissimum Illustrissimum Principem Electorem Moguntinum tantam fidem atque auctoritatem illi conciliarint, ut nihil ardui, nihilque, quod alicuius momenti vel ponderis esset, incideret, in cuius deliberationem ac diffinitionem non fuerit adhibitus, imo praecipuo loco habitus? Quid vero fratres Tuos, viros nobilissimos memorem, quorum singuli in Illustrissimi Principis Electoris Moguntini consilium asciti tantis animi dotibus ornati sunt, ut ex re, ex tempore, de qualibet re ad negotium quoquo modo pertinente, quid facto opus sit, deliberare, tum commode quoque de his, quae deliberaverint, dicere, eaque, quoties res exegerit, conficere possint. Quae res effecit, ut ad amplissimas atque honorificentissimas sint promoti dignitates, quibus cum laude praesunt. Taceo hic reliquos, quos aut Burggra | viatus aut praefecturae amplissima dignitate suscepto balthei militaris decore exornatos totus suscipit orbis, tota veneratur ac colit Germania. De Te vero, reverende ac amplissime Swicarde, avita Tuorum religione et nobilitate laudatissimo quid dicam? Cui non sunt cognitae ac perspectae plurimae, quae in Te elucet, virtutes? Pietas, humilitas, comitas, humanitas, aequanimitas, rerum experientia, linguarum peritia, laborum et molestiarum tolerantia, et erga omnes vel infimae sortis homines et egentes summa benignitas et propensa benefaciendi voluntas, totus virtutum orbis Te totum velut margarita quaedam pretiosa circumvestiunt, Te totum sibi vindicant totumque ad suas partes pertrahunt. Sed nolo in Tuis laudibus recensendis, quae innumerabiles sunt, diutius immorari, ne Tuas virtutes plurimas tenui oratione mea videar imminuere: quanquam pro Tua modestia graviter feras, eas a quoquam praedicari. Illud certissime constat, quod demonstrare volui, Te unum esse, quem literarum scientia expoliti literarum et | virtutum antistitem habeant et observent, communemque defensorem ac patronum sibi diligant. Quo nomine etsi ego in numero literatorum minime sum reponendus, si Te mihi patronum versionis huius constituo, videor id meo summo iure vindicare. Offero ergo Tibi, reverende ac spectabilis Swicarde, sanctum sancti Patris opus, e graeco sermone in latinum, praefixis et additis singularum homiliarum (b) argumentis, de integro a me conversum: quod verene verterim, Tu omnium sapientissime iudicabis, si modo vacat, animum a gravioribus curis ad sanctura sancti Patris opus perlegendum convertere. Quod omnino iam Tuam benevole suscipias, Tuo splendore illustres, dignitate foveas, auctoritate defendas, ut si non de auctore, certe de patrono ubique possit suo iure gloriari: meque cum ipso T. R. D. ex asse devinctum recipias et ames, atque, quod in Te est, ad

NOTAE.

(a) Sic! Emr.

(b) Corr., Palth. additis *singuli Homiliae suis*. In.

dignitates et honores promoveas, quam humillime oro. Quod superest, aeternum Deum patrem Liberatoris nostri Jesu Christi ex imo pectore precor, ut Reverendam | Dominationem Vestram tanquam singulare et electum gratiae suae organum sub umbra alarum suarum protegat, tranquillam et pacatam vitam largiatur, benedictionem animae et vitae conferat, et tandem immarcescibili beatitudinis corona exornet.

Francofurti ex meo Musaeo, Calend. Aprilis, anno a nato Rege Messia filio Dei 1594.

R. T. D.

devinctissimus.

M. ZACHARIAS PALTHENIUS Fridbergensis.

| *Carmen heroicum in vitam B. Macarii Aegyptii, instituti vitae eremiticae Primarii, discipuli quondam D. Patris Antonii devotissimi etc. ad eundem reverendum, nobilem et amplissimum virum Dominum Dn. Joannem Swichardum a Cronberg, etc. D.D. suum gratiosum, scriptum a M. Valentino Leuchthio, S. Palatii Aulaeque Lateranensis Comite etc.*

Quaestio mota diu, sacrae non infima sortis,
Quis prior aut potior Divorum ex ordine vitam
Foverit abstractam, et deserta habitacula ferarum.
Nam quidam referunt *Heliam* Thesbitide cretum,
Qui iuga Carmeli conscendit et aspera montis,
Indignos regina tuos Isabella furores
Evitans, saevas et iniquis frontibus iras.

Sunt, qui *Baptistam* memorant, quem Spiritus ipsis
Visceribus matris complevit numine clausum,
A teneris qui annis montosa cacumina lustrans,
Et populi turmas fugit mundique favores,
Ad scopulos nemorum petiit Iordanidis undae,
Texta camelorum gessit velamina setis;
Et zonae pellis medium cinxere ferinae, |
Et virides victum dederant de rure locustae,
Silvestrisque cava mellis favus ilice sumptus;
Bacche, tuas vires risit, nec cetera curans
Quae mentes hominum genialia pocula mulcent.

Ast alii et quorum melior sententia menti
Insidet, a quodam *Paulo* deducier ortum
Monstrant, qui Decii crudelis tempore diro
Insidias fugiens accessit inhospita rura,
Ut silvas inter, inter quoque Iustra leonum,
Christe tibi gratas resonaret Maxime laudes,
Efferreretque tuum sincero pectore nomen.

Hunc exercitio felix *Antonius* uno
Austerae sequitur vitae; nam laetus eremo
Conspectus hominum liquit carosque parentes,
Ut casses satanae, mundi, carnisque dolosos,
Et liber posset fraudes vitare malignas,
Ac Christo soli pacato corde placere,
Servitiumque Deo sine fine litare supremo.

Proximus hinc noster *Macarius* ordine fertur,
Quem studio Aegypti tellus fecunda Pelago
Edidit, et nobis divino sidere misit.

Aemulus Antonii vitam moresque beatos
Discipulus fidi sequitur placido ore magistri,
Se tibi, Christe, dedit totum, vitamque solutam
A curis legit rigidoque gravamine plenam.
Delicias mundi contempsit iugiter omnes,
Nimbosos petiitque animosa mente recessus,
Atque ibi nudus, inops, saxo vix tectus adeso,
Sub Jove ferre nives statuit glacialibus auris
Hiberno, expertus quantum patientia tandem
Duraque paupertas humanaque membra valerent.
Exili cuius tenuatum corpus amictu,
Desidiae patiens, tolerans algoris et aestus,
Rugosa facie, lacrimisque fluentibus ore
Sub tacito pastum, queruli constante doloris |
Pectore duritiem consumpsit, laeta salutis.
Quem volucres cinxere leves pia verba sonantem,
Aurita ante pedes stupere animantia quaevs.
Non auro splendente domus, gemmisque decora,
Illi punecio nec lana colore rubescens,
Non centum versata iugis felicia campi
Iugera, crescenti nec palmite dives agellus,
Aut gregis innumeri foetus, nec merce Sabaca
Niliaco plenae venientis litore naves,
Efficiunt alias felicem quamve, fuere.
O quam laeta piae est paupertas conscia mentis,
Immortale viro forti decus atque perenne!

Qua vel Achaemenios luxus, regnumque Phrahatis
 Vicerat excelsum, vel ditia fortiter arva.
 Cui calidi cessere ignes, victusque refugit
 Moesta dolo assiduo semper qui corda revisit.
 Crudeles fraudes et noxia crimina pressit
 Omnia, deiecitque animo phantasmata casto,
 Et variis mandata Dei virtutibus implens,
 In paucis locuples, fluidae nec non bona vitae
 Praesentis fugiens, potuit sperare futura,
 Praemia digna tulit, caelestia regna petivit.
 Nunc caeli plenis meritis sortitus honores
 Exigit aeternos horis felicibus annos.
 Exemplum egregium nobis dedit ille sequendum,
 Ut mundi pompas fugeremus et alta viarum,
 Atque Deum puro meditantibus pectore semper.
 O nimium felix animae sors atque beatis
 Coelicolis socianda poli, quos clausurit aether;
 Exempla haec cui tanta placent, quae tanta secuta,
 Ibit ad Elysios multo cum fenore campos.
 Nunc ad Te, Schwicharde, feror, generosa propago,
 Antiquae Cronbergiacae flos inclyte stirpis,
 Insigni virtute potens, laudateque fama,
 Quem pietas, honor et zelus, devotio, vera
 Religio, Charites trinae, constantia cordis,
 Commendant multum, Musarum splendor et ingens.
 Accipe Macarium divum, sermone Pelasgo
 Scriptorem quondam, Latio nunc ore loquentem,
 Pammenius quem mente pia doctissimus offert,
 Et studiis Leuchtii consueto more faveto.

Joannes Trithemius de scriptoribus Ecclesiae.

Macarius monachus Aegyptius et B. Patris Antonii quondam discipulus, vir devotus sanctissimae conversationis, de quo multa miracula narrantur, quomodo etiam mortuorum voces de sepulchris pro fidei confirmatione impetravit, claruit multa sanctitate sub Constantino et Constantio principibus anno Domini 350; cuius gesta habentur in vitis Patrum.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΨΙΑΔΑ.

Δύο ἐγένοντο Μακάριοι ὁμώνυμοι καὶ περιβόητοι· ἅσκησιν, διὰ βίον, διὰ τρόπον, διὰ τὰ μαθήματα. ὁ μὲν Αἰγύπτιος θαυματουργὸς ἦν, καὶ μετὰ τοῦ εὐλαβοῦς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐστηρὸς· ὁ δὲ Ἀλεξανδρεὺς κατὰ πάντα ὦν παραπλήσιος τῷ Αἰγυπτίῳ καὶ ἰλαρὸς· | οὕτως ἰλαρὸς ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ τῷ χαριεντιζεσθαι τοὺς νέους ἤγε πρὸς ἄσκησιν. τούτων Εὐάγγελος γενόμενος μαθητὴς τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὦν· ὃς ἐν Κωνσταντινῷ πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου εἰς τὴν τοῦ διακόνου προεχειρισθῆναι τάξιν. ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον κατελθὼν, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχῶν ἀνδράσι, τὸν ἐκεῖνων βίον ἐξήλωσε. τούτῳ βιβλία ἄγαν σπουδαία συγγέγραπται· ὧν τὸ μὲν *Μοναχὸς* ἢ περὶ πρακτικῆς ἐπιγέγραπται· τὸ δὲ *Γνωστικὸς* ἢ περὶ τῶν καταξωθέντων γνώσεως· κεφάλαια δὲ αὐτοῦ πεντήκοντα· τὸ δὲ *Ἀντιρρητικὸν* πρὸς τοὺς πειράζοντας δαιμονίας, ἐν ὀκτῶ διηρημένον μέρεσι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτῶ λογισμῶν· καὶ ἐξακόσια προγνωστικὰ προβλήματα· καὶ στιχηρὰ β', ἐν πρὸς τοὺς ἐν κοινωβίοις ἢ συνοδίας μοναχοὺς, καὶ ἐν πρὸς τὴν παρθενίαν. καὶ φησι κατὰ λέξιν οὕτως· *Ἀναγκαῖον τὰς ὁδοὺς τῶν προδευσάντων μοναχῶν ὀρθῶς διαρωτῆσαι, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι· πολλὰ γὰρ ἔστιν ὑπ' αὐτῶν τὰ βηθέντα καὶ πραχθέντα κालῶς, ἐν οἷς καὶ τοῦτο τις ἔφησε, τὴν ξηροτέραν καὶ ἀνώμαλον διαίταν, ἀγάπη συζευχθεῖσαν, θῆσσιν διαίτην τὸν μοναχὸν εἰς ἀπάθειαν.*

Duo fuerunt Macarii eiusdem nominis atque decantati propter exercitia studiorum, vitam, mores atque disciplinam. Alter quidem Aegyptius, qui miracula edebat, ac religiosa cautione in eos, qui se conveniebant, erat severus: alter Alexandrinus per omnia similis Aegyptio et humanus, | adeo humanus erat erga eos, qui se conveniebant, ut lepida urbanitate utendo iuvenes ad exercitia provocaret. Horum Evagrius discipulus factus, factis philosophiam exercebat, qui prius verbis duntaxat philosophabatur. Qui Constantinopoli a Gregorio Theologo in diaconorum adscitus est ordinem, quin etiam in Aegyptum profectus, in praedictos incidit viros atque illorum vitam aemulatus est. Ab hoc libri valde graves et serii conscripti sunt, quorum unus *Monachus* sive de vita activa inscriptus est. Alter *Gnosticus* sive de iis, qui cognitionis munere donati sunt. Capita vero eius libri sunt quinquaginta. Tertius *Antirrheticus*, adversus tentantes daemones, octo distinctus partibus secundum numerum octo cogitationum. Item sexcenta Prognostica problemata, et Elementaria duo, unum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viventes, alterum ad virginum coetum. Atque haec sunt eius verba: *Necessum est, ut vias eorum, qui praecesserunt, monachorum sedulo indagemus, et ad eorum normam dirigamur. Multa ab iis et dicta et facta sunt recte, inter quae et hoc quispiam dixit: Aridiorum et asperam vivendi rationem cum caritate copulatam celerius perducere monachum ad affectionum vacantem.*

*Homiliarum B. Macarii singularum
argumenta.*

	Pag.
I	1
II	21
III	28
III	35
V	68
VI	85
VII	94
VIII	101
IX	108
X	120
XI	126
XII	145
XIII	164
XIV	166
XV	174
XVI	250
XVII	246
XVIII	264
XIX	277
XX	288
XXI	296
XXII	502
XXIII	505
XXIV	507
XXV	314
XXVI	326
XXVII	354
XXVIII	380
XXIX	387
XXX	396
XXXI	407
XXXII	414
XXXIII	426
XXXIV	450
XXXV	454
XXXVI	457
XXXVII	459
XXXVIII	452
XXXIX	457
XL	458
XLI	466
XLII	469
XLIII	472
XLIV	482
XLV	493
XLVI	502
XLVII	509
XLVIII	525
XLIX	351
L	537

Homiliae exstant graece et latine pagg. 1-542. Quibus singulis praemissa argumenta graeca multo prolixiora a Palthenio, ut ipse in Praefatione supra col. 506-508 testatur, conscripta, habes infra in Praefatione ad editionem alteram Parisiensem Homiliarum S. Macarii Aegyptii col. 317 aeqq. Homiliae excipit Index rerum ac sententiarum S. Macarii Homiliis contentarum alphabetico ordine digestus, quem sequuntur Palthenii atque typographi hae litterae:

PALTHENIUS LECTORI SALUTEM.

E Suida et Trithemio, amice lector, in prioribus libelli paginis de vita Macarii quaedam edicimus.

nec tum alios scriptores Macarii mentionem facientes ad manum habuimus. Verum cum hanc ad finem paulatim opus tenderet, revolvimus Nicephorum et Palladium. Sane uterque, ut supra dictum, duos fuisse Macarios testantur, alterum Alexandrinum genere, qui, licet iunior, in iis quae monachorum sunt praecipua, primas obtinebat, alterum Aegyptium, aetate grandiosem, qui has ipsas graecae conscripsit Homilias, quas in latinum sermonem transtulimus. Hic XC vixit annos integros, quorum LX transiegit in solitudine. Itaque natus annos XXX et in iuvenili aetate constitutus, tam toleranter tulit labores exercitationis totum decennium, ut magna quadam et insigni dignus haberetur distinctione, adeo ut vocaretur *καθαριόγερων*, id est in puerili aetate senex, quoniam citius quam pro aetate profecerat virtutibus. XL annos natus potestatem accepit adversus daemones, gratiam item sanandi, spiritumque praedicandi futura. Dignus quoque est habitus honorando sacerdotio. Habitarunt cum eo duo discipuli in intima solitudine quae vocatur Scete. Quorum unus quidem velut minister illi semper assidebat eorum gratia qui veniebant curandi; alter autem seorsum secedebat in cellam. Praecedente vero tempore cum sanctus perspicaci oculo praevidisset, dixit ministro suo nomine Joanni, qui postea factus presbyter successus est in locum Macarii: *Audi, mi frater Joannes, meamque ser aequo animo admonitionem tibi valde profuturam. Tentaris enim, inquit, et te tentat spiritus avaritiae; sic enim perspectum habeo. Scio tamen, si meam benigne tuleris adhortationem, te perfectum fore in Dei timore atque eius opere, laudaberisque, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quod si non audieris, in te venient quae Giesi tandem acciderunt, cuius vitio laboras.* Contigit porro, ut defuncto Macario non paruerit, sed ei qui propter avaritiam alligavit Judae laqueum. Elapsis itaque XV aut XX annis, cum bona pauperum usurpasset, tam gravi laboravit elephantia, ut in toto eius corpore non inveniretur integer locus in quo quis digitum agere posset. Haec fuit Macarii prophetia. Ferebatur hic sanctus pati continentem ecstasiam, saepiusque vel cum Deo vel in rebus versari caelestibus. Fama etiam constans erat in solitudine, suscitasse eum mortuum, ut persuaderet cuidam haeretico neganti resurrectionem. Reliqua, quae divino beneficio gesta sunt, petenda sunt e Palladio in Historia Patrum cap. 19 et 20, Nicephoro Hist. Eccl. lib. ix cap. 14. Vale. }

Typographus Lectori S.

Diligentiam quam in Macarii Homiliis adhibuimus, benevole lector, praedicare nolumus; ipse satis perspicies in transcurso lectionis. Nec tamen asseverare volumus, nihil prorsus nos hic fugisse, sed, quae oculos nostros fefellerunt, pleraque omnia facile per te cognosci posse. In uno tamen monendum es. Demandaramus manus versionis describendae ex auctoris autographo studioso cuidam; verum is quae scetet levitate alicubi misere pervertit auctoris verba. Volumus itaque ut ea sic restituas.

Sequuntur Corrigena octo locorum versionis.

PRAEFATIO

AD EDITIONEM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

QUAE COMPARUIT SUB TITULO:

SS. PP. GREGORII NEOCAESARIENSIS EPISCOPI COGNOMENTO THAUMATURGI, MACARII AEGYPTII ET BASILII SELEUCIAE ISAVRIAE EPISCOPI OPERA OMNIA QUAE REPERIRI POTUERUNT. Nunc primum Graecae et Latinae coniunctim edita, cum indicibus necessariis. Accessit Joannis Zonarae Expositio Canoniarum Epistolarum. Parisiis sumptibus Michaelis Sonni, Claudii Morelli et Sebastiani Cra-moisy, via Jacobea. MDCXXII. Cum privilegio Regio fol.

Illustrissimo viro Merico de Viq, summo Galliarum procancelario.

Alienum nimis a munere nostro credebamus, vir illustrissime, si inter tot ac tanta publicae congratulationis indicia, quibus universa Gallia communibus votis et vocibus Nomen Vestrum commendat, ipsi soli taceremus, et nulla nostri etiam obsequii officia testaremur. Ex quo enim iustissimus idemque invictissimus Rex noster Ludovicus XIII matura deliberatione ad sanctiora consilii sui Te admisit penetralia, et ad regionum Sigillorum custodiam deputatum Te voluit, nemo fuit, cui cognita tua virtus est, qui non laudaret, non approbaverit, et regium et egregium factum non praedicaverit. Virum scilicet maturum consilio, iusti et aequi amantissimum, prudentem, sapientem, de republica summe meritum; virum, inquam, ad summa natum, longo rerum usu et seria variorum negotiorum exercitatione ad status politici regimen apte versatum, tali vocatione dignum. Unde factum est, ut ipsae etiam Musae castissimae in partem exultationis venire gestientes, Tibi patrono suo ad patrios lares redeunti et triumphatorem regem nostrum

comitanti obviam forent ovantes. Et quoniam virum ad tantum dignitatis apicem evectum maxime condecet pietas et antiqua veterum Patrum fides et religio, ecce e typis nostris prodeunt in manus vestras tres invicti fidei athletae Gregorius Thaumaturgus, Basilius Isauricus, et Aegyptius ille nomine reque beatus Macarius, qui ex Orientis fontibus ut tres olim generosi Davidis milites aquam de cisterna Bethleem, id est, avitae fidei et limpidiore doctrinae latices Tibi porrectum veniunt. Tres quidem non Atticae tantum facundiae gloria celebres, sed, quod amplius, et morum probitate et vitae sanctimonia et miraculorum frequentia conspicui.

Gregorius equidem, qui Neocaesariensi ecclesiae praefectus ita pastoralis officii munus implevit, ut adiunctis sibi septemdecim non amplius sociis universos urbis et ruris incolas ad Christi fidem adduxerit; qui precibus montem excelsum transtulit; qui lacum altissimum in solum ferax convertit et exundantis fluminis cursum virgae tactu in proprium alveum reduxit, unde et alter Moses dictus est; qui futurorum praedictione nulli Prophetarum inferior, sed varia miraculorum operatione multis superior effectus, Thaumaturgus inde est appellatus.

Tum Basilius, qui supra aetatem sapiens duodeviginti tantum annos natus Seleucia Isauriae in Episcopi gradum evectus haereticae pravitati singulari qua pollebat cum doctrina tum animi fortitudine murum se pro domo Dei opposuit; qui coacto Chalcedonensi centum quinquaginta episcoporum concilio in primis affuit, Nicenae synodi decreta sententiae suae auctoritate firmavit, et Dioscorum fidei vomitum confregit.

Macarius denique eremicularum decus, solitariae quietis amantissimus, qui transacto in solitudine sexaginta annorum stadio nulla non fuit expertus religiosae pietatis exercitia. Cui daemones arcere, varios morbos curare, et spiritu prophetico futura praedicere familiare fuit. Qui in futurae resurrectionis fidem ad revincendum cuiusdam dubitantis errorem suscitati etiam mortui hominis testimonium advocavit. Cui perspectae erant cordium cogitationes, et qui continua paene mentis ecstasi adhuc in terris positus Deo coniunctus vivebat.

Quid ergo est quod in istis Patribus non aequi bonique consulat vir sapiens? Elige itaque, vir clarissime, aut huius facundiam, aut illius probitatem, aut istius sapientiam, vel melius utrumque amplectere. Habes enim in triplici tantorum virorum delectu complexam omnium virtutum, quae virum gravem condecorant, encyclopaediam. Habes in sacris ipsorum monumentis, quae suis scriptis posteritati consignarunt, expressam ad vivum cum sinceram doctrinae, tum fidei catholicae, imo ipsius pietatis imaginem. Unde nec munus nostrum, qualecunque est, tanto viro de re literaria quam bene merito minus dignum iudicavimus. Imo quem aequum rerum aestimatorem comperimus, eidem quem rei literariae auctorem et fautorem sperat, sua quantula sunt munera dicat societas nostra typographica. Interim dum grata benignus accipis nostri in Te animi monumenta, excipiat Altissimus vota nostra, et Te quam optamus diu, cum Ecclesiae suae sanctae tum totius Galliae bono servet incolumen. Vale.

Vestrae Celsitudini addictissimi

Michael Sonnius.
Claudius Morellus.
Sebastianus Cramoisy.

Sequuntur S. Gregorii Thaumaturgi Opera pagg. 1-116, dein titulus :

S. PATRI MACARII AEGYPTII HOMILIAE QUINQUAGINTA
GRAECE ET LATINE CONIUNCTIM EDITAE
INTERPRETE JOANNE PICO IN SENATU PARIISIENSI
CLASSIUM INQUISITORIARUM PRAESIDE.

Joannis Daval Treportuensis Doctoris Theologi
in laudem D. Pici praesidis
Hexastichon.

Quo celebrem Macari donabis munere Picum,
Qui splendore suo candidat Aethiopem?

cet., ut in Jo. Pici Praefatione ad
versionem latinam Homiliarum S.
Macarii Aegyptii supra col. 297-298.

Joannes Picos in senatu Parisiensi classium inquisitoriarym Praeses et piis omnibus Christi et Ecclesiae sanctae cultoribus salutem.

Quam antiqua sit et illustris anachoretarum et monachorum origo cet., ut ibidem supra col. 283-284.

Ex Suida.

Ἐκ τῶν Σουΐδα.

Duo fuerunt Macarii cet., ut in Zachariae Palthenii
Praefatione supra col. 310.

Δύο ἐγένοντο Μακάριοι κ. τ. λ., ut in Zachariae
Palthenii Praefatione supra col. 309.

Joannes Trithemius de scriptoribus Ecclesiae.

Macarius monachus Aegyptius cel., ut *ibid. supra col. 309-310.*

*Index capitum Homiliarum sancti
Macarii Aegyptii.*

- Ἀλληγορικὴ παράφρασις τῆς παρὰ τῷ Ἰεζεκιήλ τῷ προφήτῃ γεγραμμένης ὄπτασις. Ὁμιλία α'. pag. 1
- Περὶ τῆς βασιλείας τοῦ σκότους, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἁμαρτίας· καὶ ὅτι μόνος ὁ Θεὸς δύναται ἀλβεῖν ἀφ' ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ρύσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἄρχοντος τοῦ πονηροῦ. β'. 10
- Ὅτι οἱ ἀδελφοὶ ἐν εὐλικρινεῖα, ἐν ἀκεραιότητι, ἐν ἀγάπῃ καὶ εἰρήνῃ μετ' ἀλλήλων συνδιάγειν, καὶ ἐν τοῖς ἔσω λογισμοῖς ἀγῶνα καὶ πόλεμον ποιεῖν ὀφείλουσιν. γ'. 13
- Τὸν δρόμον τοῦ σταδίου τοῦ κόσμου τούτου προσεχόντως καὶ ἀκριβῶς διέρχεσθαι δεῖ τοὺς Χριστιανούς, ἵνα ἐπαύτων οὐρανίων παρὰ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων τύχωσι. δ'. 16
- Πολλὴ μετὰστασις μεταξὺ τῶν Χριστιανῶν καὶ ἀνθρώπων τοῦ κόσμου τούτου. οἱ μὲν γὰρ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἔχοντες, τῇ καρδίᾳ καὶ τῷ νῷ ἐν τοῖς γηϊνοῖς θεσμοῖς δέδονται· οἱ δὲ τὴν ἀγάπην τοῦ ἐπουρανίου πατρὸς ἐπιποθοῦσιν, αὐτὸν μόνον πρὸ ὀφθαλμῶν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ ἔχοντες. ε'. 31
- Οἱ βουλόμενοι Θεῷ εὐαρεστησαί, τὰς εὐχὰς ἐν εἰρήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ καὶ ἡμερότητι καὶ σοφίᾳ ποιεῖσθαι· ὀφείλουσιν, ἵνα μὴ κραυγαῖς κεκρημένοι εἰς πάντας σκανδαλίζωνται. συνέχει δὲ ἡ ὁμιλία ζητήσεις δύο, εἰ οἱ θρόνοι καὶ οἱ στέφανοι κτίσματά εἰσιν, καὶ περὶ τῶν δώδεκα θρόνων τοῦ Ἰσραήλ. ς'. 38
- Περὶ τῆς χρηστότητος τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν ἀνθρώπον. συνέχει καὶ ἡ ὁμιλία ζητήσεις καὶ ἀποκρίσεις τινὰς σχεδὸν ἀτόπους ἢ ματαιάς. ζ'. 42
- Περὶ τῶν συμβαινόντων τοῖς Χριστιανοῖς μεταξὺ τοῦ εὐχὰς ποιεῖσθαι, καὶ περὶ τῶν μέτρων τῆς τελειότητος, δηλαδή εἰ εἰς τὸ μέτρον τὸ τέλειον ἔρχεσθαι δύνανται οἱ Χριστιανοί. η'. 46
- Τὰς ἐπαγγελίας καὶ προφητείας τοῦ Θεοῦ διὰ παμποικίλης δοκιμασίας καὶ πειράσεως διαπληροῦσθαι· καὶ μόνῃ τῷ Θεῷ προσκαρτεροῦντας λυτροῦσθαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν τοῦ πονηροῦ πειράσεων. θ'. 49
- Ταπεινοφροσύνη καὶ προθυμία διασώζεται καὶ αὐξάνεται τὰ δῶρα τῆς θείας χάριτος· ἐπάρσει δὲ καὶ βλαβερὰ ἀπόλλυται. ι'. 54
- Τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ὡς πῦρ καὶ τίνων χρῆζομεν πρὸς τὸ διακρίνεσθαι τοὺς λογισμοὺς ἐν τῇ καρδίᾳ βρῶντας. καὶ περὶ τοῦ νεκροῦ ὄφους εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ ξύλου παρὰ Μωσέως προσπεπηγμένου, ὃς τύπος ἐγένετο τοῦ Χριστοῦ. συνέχει καὶ [ἡ] ὁμιλία διαλογισμοὺς δύο· ἕτερον μὲν Χριστοῦ μετὰ τοῦ πονηροῦ σατανᾶ, θάτερον δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν μετὰ τοῦ αὐτοῦ. ια'. 57
- Περὶ τῆς στάσεως τοῦ Ἀδάμ πρὸ τοῦ παραδῆναι αὐτὸν τὴν ἐνταλὴν τοῦ Θεοῦ· καὶ μετὰ τὸ αὐτὸν ἀπο-
- Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem prophetam descriptae. Homilia 1. pag. 1
- De regno tenebrarum, hoc est peccato, et Deum solum posse a nobis peccatum auferre, ac nos liberare e jugo servitutis principis nequissimi. 2. 10
- Quod fratres in sinceritate, simplicitate, dilectione ac pace inter se conversari, ac cogitationibus internis bellum inferre debeant. 3. 13
- Cursum stadii hujus mundi attente et accurate absolvere oportet Christianos, ut caeleste praeconium a Deo et angelis consequantur. 4. 16
- Magna differentia inter Christianos et homines huius saeculi. Hi enim spiritu mundi praediti animo tenuis ac corde terrestribus vinculis devincti sunt, illi vero dilectione caelestis patris detenti, eum solum ob oculos in omni desiderio habent. 5. 31
- Qui Deo placere cupiunt, preces suas in pace, tranquillitate, mansuetudine ac sapientia facere debent, ne minus decentibus clamoribus usi, omnibus scandalum pariant. Continet vero homilia duas quaestiones, utrum throni et coronae creaturae sint, et de duodecim thronis Israel. 6. 38
- De clementia Christi erga homines; continet etiam homilia interrogationes et responsiones quasdam ferme ineptas aut frivolas. 7. 42
- De his quae contingunt Christianis inter orandum, et de gradibus perfectionis, utrum videlicet ad perfectum gradum pervenire possint Christiani. 8. 46
- Promissiones ac prophetias divinas per varias probationes et tentationes impleri, et soli Deo adhaerendo liberari nos ab infestationibus daemonis. 9. 49
- Humilitate et alacritate retinentur et augentur dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perduntur. 10. 54
- Virtutem sancti Spiritus in corde hominis habere instar ignis, et quibus rebus indigeamus ad discernendum cogitationes in corde scaturientes, et de serpente mortuo ad sublimitatem ligni a Mose affixo qui typus fuit Christi. Continet quoque homilia disputationes duas, unam quidem Christi cum nequissimo satana, alteram vero peccatorum cum eodem. 11. 57
- De statu Adae, antequam transgrederetur mandatum Dei, et postquam amisit propriam ac caelestem

imaginem. Continet quoque homilia quaedam quaestiones omnino utiles. 12.

Quem fructum a Christianis Deus exigit. 15. 74

Qui cogitationes ac mentem Deo dedicant, hoc sub spe illuminandorum oculorum cordis faciunt, ac Deus huiusmodi in summa sanctimonia ac puritate mysteriis dignos reputat, ac participes facit illos gratiae suae. Quidque bona caelestia consecuturi agere debeamus. Tandem Apostoli et prophetae assimilantur radiis solaribus per fenestram ingressis. Docet quoque homilia, quae sit terra satanae et quae angelorum, et quod utraque nec contractari nec videri possit. 14. 75

Docet homilia haec prolixè, quo pacto anima in sanctitate, castitate ac puritate erga sponsum suum Christum Jesum, Servatorem mundi, se gerere debeat. Continet vero quaedam quaestiones summa doctrina refertas, videlicet, utrum in resurrectione omnia membra resurgant, et alias infinitas de vitio, de gratia, de libertate arbitrii et dignitate generis humani. 15. 78

Spirituales homines obnoxios esse tentationibus atque afflictionibus ex primo peccato scaturientibus. 16. 105

De spiritali Christianorum unctione et gloria, et quod absque Christo salvari aut vitam aeternam consequi impossibile sit. 17. 110

De thesauro Christianorum, videlicet Christo et Spiritu sancto, variis modis exercent eos ad perfectionem assequendam. 18. 117

Christiani proficere et crescere volentes, debent se vi compellere ad omne id quod bonum est, ut liberentur ab inhabitante peccato, et Spiritu sancto repleantur. 19. 122

Solus Christus, verus medicus interioris hominis, sanare potest animam, eamque vestimento gratiae suae exornare. 20. 127

Christiano homini duplex incumbit bellum, internum videlicet et externum; hoc quidem in ree | dendo cum a distractionibus terrenis, illud vero in corde adversus cogitationes spirituum [malorum]. 21. 130

De duplici statu eorum, qui ex hac vita decedunt. 22. 135

Quemadmodum regiam ac pretiosam margaritam gestare solum possunt, qui ex regio semine sunt pronati, eodem modo caelestem margaritam solum filiis Dei gestare licet. 23. 134

Status Christianorum similis est mercaturae e fermentationi. Perinde enim ac mercatores terrena accumulunt lucra, sic illi dispersas per hoc saeculum cogitationes. Et quemadmodum fermentum totam massam reddit fermentatam, sic fermentum peccati universum genus Adae percurrit. Verum Christus caeleste bonitatis fermentum fidelibus animis infundit. 24. 136

λέσαι και την ιδίαν εικόνα και την επουράνιον. συνεχει και η όμιλία ζητήσεις τινάς πάνυ όφελίμου. 19. 65

Όν κασπών απαιτη ή θεός παρά τών Χριστιανών. 17. 65

Όι τούς λογισμούς και τόν νούν τώ Θεώ επιδιόντες, τούτ' επ' ελπίδι τού φωτισθηναι τούς όφθαλμούς της καρδιάς ποιούσι, και ό θεός τούτους εν αγιότητι και καθαρότητι | μεγίστη μυστηρίων αξιού, και μεταδίδωσιν αύτοις εκ της χάριτος αύτου. και τί αγαθών επουρανίων τυχειν βουλόμενοι ποιειν όφειλομεν. λοιπόν οι άπόστολοι και οι προφηται άφομοιούνται ταις ακτίνι ηλίου διά θυρίδος; εισερχομέναις. διδάσκει και η όμιλία, τίς η γη τού σατανά, και τίς τών άγγέλων, και ότι άμφοτέρα άηληάφτος και άόρατος. 18. 75

Διδάσκει αύτη η όμιλία διά πολλών, πώς την ψυχήν εν αγιότητι και άγνότητι και καθαρότητι πρός τόν νομόν αύτης Χριστόν Ίησούν τόν σωτήρα τού κόσμου χρη ή διακεισθαι. συνεχει δε τινας ζητήσεις πολλής διδασκαλιας γεμούσας, δηλαδή ει εν τη άναστάσει δια τά μέλη άνίστανται; και άλλας μυριας περι τού κακού και της χάριτος και τού αυτεξουσίου και της αξιότητος τού γένους τών ανθρώπων. 19. 78

Τούς πνευματικούς ανθρώπους ύποκεισθαι ταις πειρασμοίς και θλίψεσι ταις εκ πρώτης άμαρτίας βρουούσαις. 17. 105

Περι της πνευματικης τών Χριστιανών χρίσεως και εδξης, και ότι άνευ Χριστού σωθηναι ή ζωή; αιωνίου μέτρον γίνεσθαι άδύνατόν εστι. 17. 110

Περι τού θησαυρού τών Χριστιανών, δηλαδή τού Χριστού και πνεύματος άγιου, διαφόρων άσκούντος αύτους πρός τό φθάσαι εις την τελειότητα. 19. 117

Όι Χριστιανοί προκόπτειν και αυξάνεσθαι βουλόμενοι όφειλουσιν έαυτούς βιάζεσθαι πρός πών τά αγαθών, ώστε λυτρούσθαι αύτους από της έννοικούσης άμαρτίας, και πνεύματος άγιου πληρούσθαι. 18. 122

Μόνος ό Χριστός, ό άληθινός τού έσω ανθρώπου ιατρός, θεραπεύσαι δύναται την ψυχήν, και αυτην τώ της χάριτος ένδύματι διακοσμήσαι. 20. 127

Τή Χριστιανή ανθρώπω διπλόσ πρόκειται πόλεμος, έσωτέρος δηλαδή και έξωτέρος· ό μέν εν | τώ άρτίσθαι αύτόν περισπασμών γηίνων, ό δε εν τη καρδίη πρός λογισμούς τών πνευμάτων της πονηρίας. 21. 130

Περι διπλης στάσεως τών εκ τού βίου τούτου έξερχόντων. 22. 135

Ός τόν βασιλικόν και πολύτιμον μαργαρίτην φορέσαι μόνον δύναται οι εκ τού σπέρματος τού βασιλέως γεννηθέντες· τόν αύτόν τρόπον τόν ούράνιον μαργαρίτην μόνον τοίς τού Θεού τέκνοις φορέσαι έξοστι. 23. 134

Η στάσις τών Χριστιανών έοικε τη έμπορία και τη ζυμώσει. ώσπερ γάρ οι έμποροι τά γήινα κέρδη επισυνάγουσι, ούτως και εκείνοι διασκορπισμένους εν τή αιώνι λογισμούς. και ώσπερ ή ζύμη φύραμα όλων άπεργάζεται ζύμην, ούτως ή ζύμη της άμαρτίας πέν γένος τού Αδάμ διατρέχει. πλην ό Χριστός ούράνιον αγαθότητος ζύμην ταις πισταις ψυχαίς έντίθησιν. 24. 136

Διδάσκει αὐτὴ ἡ ὁμιλία, ὅτι οὐδεὶς ἀνθρώπων, εἰ μὴ δυναμωθείς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, τῶν τοῦ πονηροῦ πανθάλων περιγίνεσθαι ἰσχύει· καὶ τί δεῖ τοὺς τῆς θείας δόξης ὀρεγομένους πράττειν. διδάσκει καὶ ὅτι διὰ παρακοῆς τοῦ Ἀδάμ εἰς δουλείαν τῆς σαρκὸς παθῶν κατήλομεν, ἀφ' ἧς διὰ τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ μυστηρίου ρυόμεθα. παιδεύει λοιπὸν ἡμᾶς, ὅτι μεγάλη ἐστὶ τῶν δακρύων καὶ τοῦ θείου πυρὸς δύναμις. κς'.

159

Περὶ τῆς ἀξιοῦτος, καὶ τῆς τιμιότητος, καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἐργασίας τῆς ἀθανάτου ψυχῆς, καὶ πῶς αὐτὴ ὑπὸ τοῦ σατανᾶ πειράζεται, καὶ τῆς ἐλευθερώσεως ἀπὸ τῶν πειρασμῶν τυγχάνει. συνέχει δὲ ζητήσεις τινὰς πάλιν πολλῆς διδασκαλίας γαμούσας. κς'.

144

Περὶ τῆς ἀξιοῦτος καὶ στάσεως τοῦ Χριστιανοῦ ἀνθρώπου διὰ πολλῶν διηγουμένη διατελεῖ αὐτὴ ἡ ὁμιλία, ὡς καὶ ἡ προηγουμένη. ἔπειτα περὶ τοῦ αὐτεφουσίου πανωφέλιμα πολλὰ διδάσκει, ἀναμεινύσα ζητήσεις τινὰς θείας σοφίας πλήρεις. κς'. |

156

Διαγράφει καὶ ἀποδύρεται αὐτὴ ἡ ὁμιλία τὴν ξυμφορὰν τῆς ψυχῆς, ὅτι διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ Κύριος οὐκ οἰκεῖ ἐν αὐτῇ, καὶ περὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, ὅτι οὐδεὶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν αὐτοῦ μεῖζων ἐστὶ. κη'.

167

Κατὰ διπλὸν τρόπον τὰς οἰκονομίας τῆς χάριτος εἰς τὸ γένος τῆς ἀνθρωπότητος ἐξεργάζεται ὁ Θεὸς, μέλλων τῆς αὐτῆς καρποῦς ἐν δικαίῳ κρίματι πάλιν ἀπαίτησαι. κθ'.

170

Ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος δεῖ γεννηθῆναι τὴν μέλλουσαν εἰσελθεῖν εἰς βασιλείαν Θεοῦ ψυχὴν· καὶ ὃν τρόπον τοῦτο γένηται. λ'.

174

Δεῖ τὸν πιστεύοντα μεταλλαγῆναι τοῦ νοῦ αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς λογισμοὺς εἰς Θεὸν συλλέγειν, ἐν οἷς ἀληθῶς πᾶσα διακονία τοῦ Θεοῦ ἐστὶ. λα'.

179

Ἡ δόξα τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἐμμένει, μέλλουσα ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀναστάσεως φανερωθῆναι καὶ δοξάσαι τὰ σώματα κατ' ἀναλογίαν τῆς αὐτῶν εὐσεβείας. λβ'.

182

Ἀδιαλείπτως καὶ προσεχῶς δεῖ τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι. λγ'.

187

Περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν δόξης, ἧς τὰ σώματα αὐτῶν ἐν τῇ ἀναστάσει καταξιοθήσεται καὶ μετὰ τῆς ψυχῆς φωτισθήσεται. λδ'.

189

Περὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ τοῦ καινοῦ σαββάτου. λε'.

191

Περὶ διπλῆς ἀναστάσεως τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ διαφόρου δόξης τῶν ἀνισταμένων. λς'.

195

Περὶ τοῦ παραδείσου καὶ νόμου πνευματικοῦ. λζ'.

194

Πολλῆς ἀκριβείας καὶ συνέσεως χρεῖα ἐστὶν ἐν τῷ δοκιμάσαι τοὺς ἀληθινοὺς Χριστιανοὺς, καὶ τίνες ἐκείνοι ὄσιν. λη'.

200

Τίνος ἔνεκεν ἐδόθη ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡ θεία γραφή. λθ'.

203

Ὅτι πᾶσαι αἱ ἀρεταὶ καὶ πάντα κακὰ ἀλλήλων ἐκδέδενται, καὶ ὡσπερὶ ἀλυσίς τις μία τῆς μιᾶς ἔρτηνται. μ'.

204

Βαθεῖα ἴσταν τὰ τῆς ψυχῆς ταμεῖα, τῆς ἀπὸ μέρους

PATROL. GR. XXXIV.

A Docet haec homilia, nullum nominem, nisi a Christo corroboratum, scandala nequissimi superare posse, et quid iis, qui divinam gloriam appetunt, agendum. Docet quoque, nos per inobedientiam ad servitatem carnis redactos esse, a qua per mysterium crucis liberamur. Instruct denique nos, magnam esse lacrimarum et ignis divini efficaciam. 25.

159

De dignitate, praestantia, facultate et operationibus immortalis animae, et qua ratione ea a Satana tentetur et liberationem e tentationibus consequatur. Continet vero quaestiones quasdam summa doctrina refertas. 26.

144

B Dignitatem et statum Christiani hominis copiosa oratione prosequitur haec homilia, ut et quae praecedit. Deinde de libero arbitrio multa non prorsus inutilia docet, permixtis quaestionibus quibusdam divinae sapientiae plenis. 27. |

156

Describit ac deplorat haec homilia calamitatem animae, in qua propter peccatum non habitat Christus. Et de Joanne Baptista, quod inter natos mulierum nullus eo sit maior. 28.

167

Duplici ratione dispensationem gratiae in genus humanum exercet Deus, eius fructus iusto iudicio denuo repetiturus. 29.

170

C Ex Spiritu sancto renasci oportet animam, quae regnum Dei ingressura est, et quo pacto hoc fiat. 30.

174

Fidelem oportet mutari animo, atque in Deum omnes cogitationes colligere, in quibus vere omnino obsequium divinum consistit. 31.

179

Gloria Christianorum amodo in illorum animis latet, quae tempore resurrectionis emerget, et illustrabit corpora pro modo eorum pietatis. 32.

182

Indesinenter et attente oportet Deo vota facere et precari. 33.

187

De gloria Christianorum, qua corpora illorum in resurrectione dignabuntur et cum anima illustrabuntur. 34.

189

D De sabbato antiquo et novo. 35.

191

De duplici resurrectione animarum et corporum, et diversa resurgentium gloria. 36.

195

De paradiso et lege spirituali. 37.

194

Accurato iudicio atque intellectu opus est in discernendis veris Christianis, et quinam sint illi? 38.

200

Ad quid Scriptura divina nobis a Deo donata sit. 39.

203

Cunctas virtutes et cuncta vitia inter se colligata esse et velut catenam unam ab altera dependere. 40.

204

Profunda valde sunt penetralia animae, quae

11

paulatim incrementa gratiae aut vitiorum accipit. 41.	Α τῆ χάριτι καὶ ταῖς κακίαις συναυξανομένης. μ'.
207	207
Non externa, sed interna promovent aut laedunt hominem, veluti spiritus gratiae aut spiritus nequitiae. 42.	Μὴ τὰ ἔξωθεν, ἀλλὰ τὰ ἐνδοθεν προάγει ἢ βλάπτει τὸν ἄνθρωπον, δηλαδὴ τὸ τῆς χάριτος πνεῦμα, ἢ τὸ πνεῦμα τῆς πονηρίας. μβ'.
210	209
De progressu viri christiani, cuius tota vis ex corde dependet, ut hic varie describitur. 43.	Περὶ τῆς προκοπῆς τοῦ Χριστιανοῦ ἀνδρός, ἧς πᾶσα ἡ δύναμις ἐκ τῆς καρδίας ἀποκρεμαμένη ἐστίν, ὥστερ ποικίλως ἐνταῦθα διαγράφεται. μγ'.
210	210
Quantam in homine christiano mutationem et renovationem faciat Christus, qui animae affectiones ac morbos sanavit. 44.	Ποίαν ἐν ἀνθρώπῳ Χριστιανῷ μεταβολὴν καὶ ἀνακαινίσιν ἀπεργάζεται ὁ Χριστός, ὃ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη καὶ νόσους θεραπεύσας. μδ'.
215	215
Nulla ars aut divitiae huius mundi, sed solus Christi adventus sanare hominem potest, cuius maximam cum Deo cognationem haec homilia explicat. 45.	Οὐδεμία τέχνη, οὐ πλοῦτος τοῦτου τοῦ κόσμου, εἰ μὴ ἡ μόνη ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνεια θεραπεύσαι τὸν ἄνθρωπον δύναται, οὐ μεγίστην πρὸς τὸν Θεὸν συγγένειαν αὕτη ἡ ὁμιλία ἀποφαίνεται. με'.
219	219
De differentia inter verbum Dei et inter verbum mundi, et inter filios Dei et inter filios huius mundi. 46.	Περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ τε λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ λόγου τοῦ κόσμου, καὶ τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν τέκνων τοῦτου τοῦ κόσμου. μς'.
223	223
Explicatio allegorica quorundam sub lege factorum. 47.	Ἀλληγορικὴ παράφρασις τῶν ὑπὸ νόμον γεγεννημένων. μζ'.
227	227
De perfecta fide in Deum. 48.	Περὶ τῆς τελείας πίστεως εἰς Θεόν. μη'.
234	234
Non satis est, huius saeculi delicias reliquisse, nisi quis alterius saeculi beatitudinem consequatur. 49.	Οὐκ ἐπαρκεῖ, τῆς τρυφῆς τοῦτου τοῦ κόσμου ἀπαλλαγῆναι, ἐὰν μὴ τις τὴν μακαρίαν ἄλλου τοῦ κόσμου λάθῃ. μθ'.
237	237
Deus est, qui per sanctos suos et creaturas edit miracula. 50.	Θεός ἐστιν ὃ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ θαυματουργῶν. ν.
240	240

[Sequuntur Locorum Scripturae qui in homiliis citantur atque Rerum memorabilium indices duo, dein Homiliae μgg. 1-242.]

PETRI POSSINI SOC. JES. PROLEGOMENA.

AD OPUSCULA S. MACARII AEGYPTII AB IPSO PRIMUM EDITA IN LIBRO
CUI TITULUS:

Thesaurus asceticus sive Syntagma Opusculorum octodecim a graecis olim Patribus de re ascetica scriptorum. Ea nunc primum prodeunt e vetustissimis mss. codicibus eruta. Collectore atque interprete Petro Possino societatis Jesu. [Tolosae et vaeneunt.] Parisiis apud Antonium Dezallier, in vico San-Jacobao ad Coronam auream. MDCLXXXIV. Cum approbatione et privilegio 4°.

[Venerando in Christo Patri domno Joanni Le Houx Cartusiae Tolosanae Priori dignissimo Petrus Possinus societatis Jesu salutem in Christo veram.

Cum qui thesaurum in solo alieno reperit, communicare illum domino agri legibus Augustorum iubeatur (1), hunc asceticum a me inventum in monumentis anachoretarum et coenobitarum Graeciae veteris ei me repraesentare debere familiae sentio, quae vitae solitariae ac socialis decora in se una colligens, bona cuncta priscaerum vel anachoreseon vel societatum hereditaria successione transmissa jure possidere quam optimo creditur

Haec sine dubio sacra Cartusiana Religio est, orbe toto clarissima summeque venerabilis. Nec vero quaerendus procul est, cui debitum hoc depositum consignem: Te habens prae oculis, [venerabilissime pater, Tuamque istam a Te sapientissime religiosissimeque gubernatam Tolosanam Cartusiam.

Quemadmodum Tu omnium praesidum istius sanctissimi ordinis, qui unquam fuerunt aut uspiam sunt, ita illa communitatum reliquarum sub S. Brunonis disciplina Deum colentium locis passim variis per Europam universam, plenum instar exhibetis, ut quidquid utriusque generis praestans admirabileque alibi conspicitur, in vobis illustri collectum compendio, et quasi refractis in centrum undique radiis luculenter uno expressum aere concavo cernamus

NOTAE.

(1) Cod. Theodos. lib. X tit. XVIII.

Non evagor extra Te, dum communitatis Tibi commissae gloriam exsequor. Corporis vis et flos totius in capite residet; inde vigent sensus, valent artus; motus, facultas, omnis actio eo laudem sui referant fas est, unde originem et vigorem utique trahunt. Nec gratuitus hic Tibi otiosae felicitatis fructus est, sed sollicitae et enixe certantis proventus industriae; curas, satagis, contendis, indesinenter attentus vigiliae custodiaeque gregis Tui. Verbo admones exemplo monstrans, nocturnis aequae diurnisque psalmodiis assiduissimus perseverantissimusque praecentor et choragus. Novitiorum institutione ipse defungeris; ipse iunioribus professis consentaneam illi statui culturam impertis; ipse curandis dirigendisque provecioribus non officia solum cuncta exhibes ordinis constitutionibus praescripta, sed et supererogas quae multa variaque in rem praesentem opportune suggerit solertis ingenium caritatis.

Haec sunt arcana vestra; de quibus eo parcius dicere cogimur, quod talium notitia non nisi tenui ad nos externos odore transspirat. Illa iam percutiunt sensus apertius. Per vos illata hodie urbibus eremi sanctitas, ut, cum primis Christianae memoriae saeculis ecclesiae ac cleri angelicam anachoretarum vitam non aliter quam famae longinqua narrantis indicio cognoscerent, mariaque ac lata terrarum se obliicerent spatia spectare illam optantibus, meliori iam sorte nostris felicioribus reservata temporibus Nitrias et Thebaides non modo intra Continentem, citra mare, sed in suburbanis, sed intra ipsa civitatum frequentium moenia videamus (2), opportunitate non ad spectaculi magis novitatem | expetibili aut ad iucunditatem, quam vel inprimis ad animi fructum et morum in intuentibus emendationem quaestuosa.

Quidni hoc putemus tanto ante praedictum ab Isaia verbis illis: *Laetabitur deserta et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi liliam* (3)? Attemperavit se videlicet industria caritatis humanae debilitati, et velut ne suus squallor, larvam virtutis horribilem induens, odiis eam imprudentium obliiceret, spinis quaedam spissis insivit lilia; floridior apparere sustinuit; et austeritatem intus recondens suam tectorum sibi circumdedit amoenius; nihil sibi quidem indulgens aut relaxans intimae asperitatis, at in gratiam et utilitatem intuentium eminentem exterius horrorem pie cuiusdam aspersione suavitatis emolliens, ne infirmi aspectu primo territi averterentur, quos allici ad bonum expedit.

Egrediebatur, ait Evangelista Marcus, *ad Ioannem* [Baptistam] *omnis Iudaeae regio et Hierosolymitae universi* (4). Tolosanis per vos lucrifit egrediendi labor, ut proficiant. Habent intra portas, unde ad sanctioniam intuentur. Vestra illis se obliiciens Cartusia scenam aperit coelestem: vestibulum, atria, porticus, muri, postes, aer ipse paradisum spirans, claustrorum prospectus, et in quadrum digesti late circumiacentium ordines cellarum, quas videns merito exclamet cum Iacob Patriarcha: *Castra Dei sunt haec* (5), castra utique Cartusiae, novae Sulamitidis et Christi sponsae, *ut castrorum acies ordinatae* (6). E quibus cum statis horis procedere cernuntur ascetae vestri illa fronte adhuc a recenti cum Deo congressu fulgente, illis oculis adhuc uvidis e contemplationis arcanae fletu, illa compositione quae angelos referat, totam Antoniorum, Hilarionum et Paulorum e speluncis in apertum ad Dei laudem prodeunium exhibent speciem, nisi quod admota penitus cuti cilicia, quae illi monstrabant, candidae obtentu vestis abscondunt. Merito tales Tolosana civitas censuit esse illos *vigiles custodes murorum qui custodiunt civitatem* in Scripturis memoratos (7), dum magistratum ac populi plenissimo et liberalissimo consensu, quem Senatus deinde auctoritas comprobavit, extendi iussit septum Tolosanae Cartusiae usque ad muros urbis, et comprehensam eo spatio moenium partem ac turres vestrae fidei commisit, sapienter reputans, nullum esse ad tuendas urbes munitius Religione propugnaculum. Meminerant quid Romae contigisset a Vitige rege Gothorum obsessae, quam quum propugnans Belisarius, partem muri ruptam et insulibus paene patentem instaurare ac munire decrevisset, consensu reclamantis populi prohibitus abstulit, civibus passim universis affirmantibus, S. Petri se tutelae locum illum credidisse, certoque confideres numquam Romam ea parte capiendam. Nec spes illos fefellit sua. Nam Vitiges frustra omnia conatus solvere obsidionem est coactus, prout haec ex oculato testimonio refert qui praesens adfuit Procopius (8).

E Tuis ad Te nunc revertor, *venerabilissime pater*. Spissa et multiplex persona vobis Cartusiarum praepositis imponitur, ex intimis profundissimae adytis asceseos exire isto subinde officio coactis in tractatus cum proceribus et populo promiscuos, in hospitalitatem comem et mundam, in sermones accommodatos audientibus status ac generis cuiusvis. Pauci ad fundum penetrant, quanta vis sit illius Pauli apostoli sententiae: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos* (9). Quam vivida, inquam, et scintillantem mentis experrectae praestantia opus Apostolo gentium fuerit, ut ab ecstasi, qua raptus ad paradisum arcana ineffabilia audierat, ad facunde perorandum in medio Areopago, ad prolixè disserendum coram Festo praeside, rege Agrippa et regina Berenice, ad urbane conversandum cum Sergio Paulo Cypri pro-

NOTAE.

(2) Corr., Possin. videmus. EDITOR.

(3) Isai. XXXV, 1.

(4) Marc. I, 5.

(5) Gen. XXXII, 2.

(6) Cant. VI, 3.

(7) Cant. V, 7.

(8) Gothic. lib. I cap. 33, ed. Reg. p. 368; lib. II cap. 2 p. 410.

(9) I Cor. IX, 22. II Cor. XII, 4.

consule, denique ad familiariter simulque utiliter agendum Philippis cum Lydia purpuraria, Iconii cum Thecla virgine, aliisque alias innumeris (10). Sic nusquam luculentius quam in Te apparet, quod quidam veterum siebat, eloquentiam silentii prolem esse, et neminem loqui uberius et dulcius, quam qui diu religiosissime tacuerit; dum, ut Bernardus ex umbra et recessu silvarum, ita Tu e severissima claustriturnitate, quasi e schola rhetorum prodians audiris, quotiescumque loquendum est, mellifluus orator.

In locum me ancipitem propulsum sentio, ubi praedicare, quod haec civitas universa sentit et loquitur, prohibeor modestiae Tuae respectu, quam suarum obtusione laudum scio quantum offenderem. Utar ergo astutia Pauli apostoli, artificium suum quoddam | tale adeo non dissimulantis, ut ultro prodiderit, quando ait Corinthiis: *Cum essem astutus, dolo vos cepi* (11). Nempe idem Corinthiis huiusmodi alibi profitetur, se quaedam, quae de ipsis, offensionem eorum metuens, declarare verebatur, *transfigurasse in se et suum in praedicatione ad ipsos socium vel administrum Apollo, propter ipsos* (12), ut pudori scilicet ipsorum parceret. Sic et ego in aliis personis Tuae decora constituens, simul erubescitiam Tibi Tuam lucrifaciam, simul tamen officio meo non deero significandi, quae nosse multorum interest.

De Magno Antonio S. Athanasius scribit, fuisse illum ita in congressu et sermone cum omni hominum genere humanum et suavem, ut non e desertis montibus, ubi omnem aetatem solitarius exegerat, sed e sinu cultarum urbium prodire videretur. Verba ipsa ponam Athanasii, ne quis a me fingi suspicetur: οὐχ ὡς ἐν ὄρει τραφεῖς, κάκει γέρον γενόμενος, ἄγριον εἶχε τὸ ἦθος· ἀλλὰ καὶ χαρίεις ἦν καὶ πολυτικός· τὸν δὲ λόγον εἶχεν ἡρτυμένον τῷ θεῷ ἀλατῇ, hoc est: *non ut in monte nutritus et ibi senex factus, agrestem habuit conversationem, sed suavis erat et civilis, sermonem autem habebat divino sale conditum*. Haec Athanasius, qui eiusdem alibi Antonii eloquentiae specimina profert insignia, longas ipsius, etiam ad gentiles philosophos, orationes recitans, quibus in admirationem illi raperentur. Antonii quoque discipulus Marcarius cognomento Alexandrinus, etsi vitam et ipse in deserto longam duxerat, tamen, ut Sozomenus testatur (13), eam exhibuit in promiscuo cum illum aduentibus usu morum et sermonum elegantiam, ut vulgo cognominaretur *αστός*, hoc est *urbanus et civilis*. Talem Te passim gratulantur admirantes, qui e congressu Tuo redeunt, simul e prudentia consiliorum, e gravitate admonitionum, e sententiarum sapientia fructum animi mansurum in sinu reportantes.

Nec tenent se, quin in laudes postea erumpant. Unde, ut fit, gliscens fama, impleta civitate, in provinciam redundat eo strepitu, cuius sonitus ne ad Te perveniat, ulla claustris ac solitudinis obstare munita queant. Non igitur Te latet; sed nec Te laedit, hoc est, humilem Tui sensum, qui verae sanctitatis indubitatissimus character est, in Te ulla ex parte minuit publicum istud Tibi honorificum praeconium. Quo plus eveheris, eo Te altius apud Te eorum | ram Deo deprimis, sancta illa, philosophis ignota gentilibus, unius propria christianismi humilitate, quae nusquam eminet probatior, quam ubi inter faventissimos vulgi plausus et famae buccinantis elogia sonora locum nihilominus suum, hoc est infimum, mordicus retinet. *Magna et rara virtus*, ut idoneus talium iudex, Tuorum exemplar decorum, S. Bernardus pronunciat, *humilitas honorata* (14).

Huius Tibi carissimae pretio dotis commendandum apud Te quem offero librum autumo, in cunctis fere paginis christianissimae ac religiosissimae virtutis huius encomia ambiciose, paene dixerim, perorantem.

Nec minus, spero, placebit ascetis istis venerandis et domus hic huius Tuae et universi alibi usquam sacri vestri ordinis. Iuvabit ipsos illic abstinentiam, quam orbe obstupescere mire continuam exercent; silentium aeternum, coelituum alloquiis confabulationes hominum permutatione quaestuosa compensans; abnegationem evangelicam sui, abdicationem terrenorum, adhaesionem Deo super omnia indivulsam glutino nunquam intermissae iuxta suggestiones apostolicas (15) orationis, caeterasque religiosissimas observationes ubique praescriptas, praedicatas, praeceptis pariter et exemplis commendatas, informatas intueri. Suas prorsus ipsorum in hoc quasi speculo formas aspicient, et quae instituto dudum vestro domestico usurpant, dictis, actis, legibus antiquissimorum Ecclesiae Patrum jam olim exercita comprobataque recognoscent voluptate, quantum auguror, non parva. Cuius in suggerenda per hanc editionem occasione ac facultate, si quam mihi contingeret a Te et illis inire gratiam, abunde ampla illi merces rependeretur, ubi per Vestrae indulgentiam caritatis participatione quadam meritorum suffragiorumque Vestrorum aspergerer. Quod, multum iis indigens, licet non minus immeritus, opto et voveo, faustissima Vobis omnia precans et augurans. Vale, *venerabilis pater*, et hoc quaecumque obsequium ne graveris admittere addictissimi Tibi et universo vestro sanctissimo ordini devotissimi clientis. Scribebam Tolosae XVI Kal. Sept.

A. CIOICLXXXII.

NOTAE.

(10) Act. XVII, 22. XXV. XXVI. XIII, 7. XVI.

(11) II Cor. XII, 16.

(12) I Cor. IV, 6.

(13) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 43.

(14) S. Bernardi Hom. IV super *Missus est*.

(15) I Thess. V, 17.

PETRI POSSINI SOC. JESU

IN THESAURUM ASCETICUM PROLEGOMENA

I. Duodecim graecorum Patrum veterum octodecim Opuscula, numquam hactenus vel graece edita vel latine reddita, utraque simul exposita lingua hoc collecta syntagmate tibi, *lector*, offerens oro, ut dum de iis et eorum auctoribus meaque in illis exscribendis et interpretandis opera quaedam, quae te nosse juverit, expono, ne brevem commodare audientiam gravere.

Multum et dulce a prima mihi inventute studium fuit bibliothecas veteres lustrandi, quaeque in iis inedita, praesertim graeca, servarentur ab elegantibus olim ingeniis composita, non cognoscendi solum, quod insatiabili voluptate faciebam, sed etiam, in quo vincendum saepe taedium aerumosi laboris fuit, longa describendi patientia in literas lectu faciliores ex archetypis aevo iam evanescentibus transferendi, si qua ex his aliorum aut meo usui quondam profutura sperarentur. In quo equidem a nullo scriptorum laudabilium abhorruì genere, utique qui rhetorum etiam et poetarum nonnullam sic congesserim faragine, historicos vero quosdam ediderim; fateor tamen, prionori me affectu incubuisse ad scripta Patrum ac Magistrorum Ecclesiae priscorum adhuc latentia e pulvere pluteorum eruenda, seu quae ad librorum canonicorum expositionem spectant, seu culturam morum religionisque disciplinam ex professo tractantia. Prioris argumenti quaedam luci dedi, plura in scriniis habeo. Sunt enim penes me, ultra dudum datas Patrum symbolas in Matthaëum et Marcum, supplementa et auctaria insignia Catenarum editarum in Lucam ac Joannem et in Genesim; Catenae item integrae copiosissimae in Isaiam, Ezechielem, Danielelem; scholia pariter graeca in prophetas minores duodecim; perpetuus insuper Commentarius libris duodecim expansus S. Gregorii episcopi Agrigentini in Ecclesiasten, quem erudito iuveni Joanni Francisco de Rubeis Romano latinitate ac luce donandum | reliqui Roma discedens anno superiori 1681; denique complementum operis imperfecte editi S. Gregorii Nysseni in eundem Ecclesiasten, post octo, quae exstant, homilias expositionem perducentes ad tertium duntaxat, nec ipsum totum sacri eius libri caput, reliquum universum Patris eiusdem disertissimi usque ad verum ultimum postremi duodecimi capituli commentarium exhibens.

II. Confliteri tamen debeo, delectatum me potissimum occursum operum ab antiquis magni nominis Patribus scriptorum de interiori religionis disciplina quam *ascetin* vocant, graeco vocabulo *exercitationem* latine sonante, sed plus quippiam significante quam primo eius vocis auditu menti subiicitur. Quo injungi mihi officium sentio, rem ipsam hanc totam,

A cuius intima notio cum tituli huic collectioni praefixi intelligentia et universo argumento librorum hoc systema conflantium implicata est, lucide, si possum, distincteque declarandi. Graecum verbum, cui latina *exercere* ac *meditari* respondent, iam ab aevo priscorum Atticorum non ad cuiusvis exercitii significationem applicatum est, sed constanter et ex professo iterati ad certum finem perficiendi vel corporis vel animi. Nam et militia et pugilatas, cursus, lucta ceterique agones, et venatio, et cantus, et tiliarum ac fidium melodia, similesque aut iucundae aut utiles ideoque in pretio habitae artes, suas habent cuique accommodatas *ascetes*, *meditationes* et *praexercitationes*, quibus ad eas initientur qui clarescere aut beari per illas sperant. Plerumque tamen philosophi veteres ad mentis culturam virtutumque praxim, per quas homo ad felicitatem disponitur, *ascetes* appellationem adaptarunt. Quos imitati unanimi consensu iam a primis legis novae saeculis ecclesiastici scriptores *ascetin* non fere aliam agnoscunt et praedicant, quam quae ab ipsis distinguitur adiuncto pietatis ac religionis, *quae animam pascit divinis sensibus*: verba sunt Basilii Magni, scriptorum asceticorum facile principis, in libro De vita solitaria. Addicta igitur usu iam olim ecclesiastico est *ascesis* graeca vox indicandae praxi actuum internorum humanae mentis et voluntatis Deo colendo et sibi perficiendis, semper quidem et ubique, sed in secessu praesertim ac solitudine, aut in convictu et contubernio idem ex instituto meditantis sodalitates attendentium.

III. Character Ecclesiae Christi est, honorare numen non labiis solum aut usurpatione sensibili rituum, quod faciebat Synagoga, sed conceptis intime sensibus affectibusque devoti penitus animi. Hoc discrimen Christus exprimit his verbis Samaritanam alloquens Joan. IV: *Mulier, venit hora, et hunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate*. Summam sibi religionis vetus Iudaeorum natio ponebat in speciosis cerimoniis et pompis, qualium ostendarum professam et quaestuosam artem Scribae praesertim Pharisaeique factitabant. Iis quomodocunque functi perfectos se arbitrabantur, securi celatorum intus ulcerum reae mentis et criminorum affectuum consciae. Quod exprobrans illis Christus ait Matth. XXIII, 25: *Vae vobis, Scribae et Pharisaei, quia mundatis quod deforis est calicis et paropsidis, | intus autem pleni estis rapina et immunditia... similes sepulchris dealbatis, quae aforis parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia*. Quemadmodum ergo certam methodum ac formulam observationum istarum Mosaicarum Iudaei legis doctores

digestam in regulas et compositam habebant trahebantque ad usum plerumque merum ambitiosae ostentationis, ita par fuit, sanctos legis novae mystas interioris huius Dei cultus tacitis sensibus mentis et voluntatis motibus exerciti totam, exploratam animadversione longa, et literis commissam explicare rationem.

Talis hyle, talis scopus est horum quos edimus librorum, non monachis duntaxat aut anachoretis, quod videri cuipiam posset, utilium, sed promiscue cunctis Ecclesiae statibus ordinibusque profutorum; quoniam, etsi Christi Ecclesia per Bethaniam figurata Mariam habeat in solidum contemplationi deditam et Martham vitae activae ministeriis attendentem, tamen ex suis alterutrae officii invicem interdum participant. Nam et Maria ministerii corporei nonnihil attingit, dum Christi hospitaliter epulantis caput spicato nardino suavissimi odoris dapsilliter inunxit; et ipsa Martha orationum momenta suis occupationibus infundit, prout vel ex eo patet, quod stetit Christum alloquens et orans, ut iuvari se curaret a sorore. Commune profecto cunctis cuiusvis sexus, aetatis, ordinis Christianis orandi et actus interiores fidei, spei, caritatis, religionis exercendi praeceptum est, hoc solo discrimine coenobitarum et anachoretarum a caeteris, quod illi semper et unice religioni se totos impendunt, hi cogitant quidem quae sunt mundi pro sui conditione status, sic tamen, ut religionis officia non negligant, Deo reddentes quae Dei sunt, interim dum et patriae et familiae prout res exigit consulere non desistant. Unde iis quoque sua pars asceticae competit.

Est igitur cur sperem, non ingrati Publico futuram a me curatam productionem in lucem uno collectorum corpore duodeviginti talis materiae tanti usus Opusculorum a celebribus duodecim elucubratorum auctoribus, cum par in tanto minus dignis rariusque utilibus libellis coniunctim edendis diligentiae exempla faverit excepta praeiverint. Equidem sentire me secus, quam par sit, de politissimi huius acumine et aequitate saeculi crederem, si, cum ab eo laudata et magni habita videam syntagmata cynegeticorum, accipitrariorum, georgicorum, agrimensorum, hippiatricorum et similibus, despici vereretur et a delicatiorum fastidiis frigeret, dum asceticorum non antehac visorum operum connexam uno sermo seriem offero; quasi agrorum vel culturae vel dimensionis, mulorumque medicinae gratiosius sit praecepta vulgare ab istarum consultis artium tradita, quam disciplinae scitu dignissimae ac cunctis necessariae Deo placendi, mundandae animae, fidem, spem, caritatem, humilitatem, patientiam exercendi, orandi non solum illa initiali cunctis facili oratione, sed sublimiori altera quam contemplationem vocant, multa cautione ob periculum illusionum egente, certam methodum exploratamque rationem a viris sanctissimis, doctissimis, antiquissimis, accuratis explicatam commen-

tariis ita e graeca latinam facere, ut ipsa tamen archetypa non supprimerem, | cum ad pignus meae fidei praebendum, tum ad fructum non invidendum eruditus, ex ipsa, quod passim malunt, fonte hauriendi.

IV. Reddenda deinceps ratio est Opusculorum. Inprimisque prodendum unde quodque hauserim. Inter volumina manus antiquae graeca plurima, quae Franciscus Turrianus Societatem nostram Romae iniens anno 1566 in domo professa Romana, ubi hactenus asservantur, deposuit, unum est auctorum facile tringinta lucubraciones de re ascetica colligens, veteri transmarina exaratum manu, annis abhinc retro plus quingentis, quantum fumida ferrugo chartae olim candidae augurandum praebet. Ex eo sexdecim Opuscula descripsi, hoc est, omnia exceptis duntaxat duobus XIII et XVIII; nam prius e Vaticano perantiquo codice, cui numerus inscribitur 730, descriptum est, ultimum e Cryptoferratensi bibliotheca deprompsi.

Omnium in fronte posui epistolam S. Joannis Chrysostomi ad monachos, ita clare in Turrianiensi codice inscriptam. Esse illam Chrysostomi si quis negaret, ab hoc iure meo exigere, ut testimonium pro se auctoritati Turriani codicis *aequilibre* aut potius praeponderans afferret. Cum certum sit Patrem illum sanctissimum, ipso affirmante lib. I De sacerdotio, sat longo tempore antequam presbyter et ecclesiastes Antiochiae fieret, unde est ad thronum Constantinopolitanum evocatus, inter monachos vixisse, verisimillimum est, tam foecundum ingenium non abstinuisse a scribendo de rebus quas tunc meditabatur, atque adeo hanc eo iam tum tempore epistolam, et plura forte alia paris argumenti literis mandasse, quae, quod non compareant in collectionibus vulgo editis Operum illius, causa esse potuit, quoniam ea potissimum ex illis in codices publicos referebantur quae ad promiscui generis homines docendos pertinere viderentur, alia seorsum in monachorum scriniis et coenobiorum archis uti professionis ascetarum propria sinebantur custodiri. Istam porro epistolam praeposui cunctis aliis Opusculis non antiquitatis praerogativa, qua Chrysostomum superant Macarius et Amphilochius, ille septem Opusculorum a II ad VIII, hic decimi auctores, sed ob claritatem tam noti et celeberrimi Ecclesiae doctoris, quomodo inter Paulinas epistolas primatum occupat Romanis scripta propter Romanae vel urbis vel Ecclesiae praecellentem dignitatem, licet aliquanto posterius quam quaedam ceterarum data. In reliquorum sane dispositione Opusculorum aetatis cuiusque rationem, quantum licuit, habui.

Septem Opuscula sequentia unius sunt auctoris Macarii Magni, prout diserte singulorum titulus signabat in codice Turrianeo. Erant autem ea ibi non uno continue ductu expansa, sed in duo separatim, multis interpositis, divisa systemata nominis eiusdem. Priori siquidem hic praefigebatur in-

dex : *Macarii Magni de custodia cordis*; incipit a folio 150 Turrianei codicis, et in 158 desinit. Alterum a folio 245 ad 291 extensum rubrica exarato insignitur titulo sic latine sonante : *E dictis ac scitis divini Macarii vere beati de perfectione in spiritu summaria epitome*. Legens et comparans animadverti, opus utrumque unius exhibere doctrinam auctoris, sed a duobus exceptam, | et prout ex ore dicentis audierant, suo cuiusque ingenio missam in literas. Hinc notabilis cernitur styli diversitas inter priorem posterioremque collectionem, quamquam eadem utrobique sententiarum quasi substantia est, unus tenor ordoque praeceptorum, nec differentia plerumque verba. Tantum pressior et paulo incomptior primus exceptor est, nihil prorsus referens, quod non in secundo syntagmate alicubi legatur. Id illum qui digessit, non efferre in eo propriae mentis sensa, sed aliena, nominati videlicet in fronte operis Macarii Magni recitare, cum alia declarant, tum inserta subinde vox valens ait, ubi minus expectes; quam interpretando plerumque negligere sum coactus, metu, ne, si scrupulose redderem, sententiae limpidadem et prorum fluxum molesta nec utilis ad quidquam interpelleret iteratio.

Totum autem commentarium priorem Opusculorum Macarianorum primo, syntagmatis huius secundo, complexus, alterum haud paulo uberius et prolixius in sex alia molis ferme parvis Opuscula discrevi, non arbitrio mere meo, sed indicia secutus inspersionum certis intervallis peculiarium titulorum, quos in fronte cuiusque Opusculi expressi. Capita quoque sic ut exhibui distincta in originali codice visuntur, rubrica et suo cuique indito numero dirempta ordinataque invicem.

V. Non dissimulo, septem haec Macarii Opuscula praecipuam mihi fuisse causam huius editionis adornandae, ceterosque auctores undecim totidem his adiunctorum libellorum non alio ferme consilio, quam ut Macario pompam facerem, neve incomitatus parum honeste prodiret, a me adscitos. Cui consentaneae proposito agere hic paulo diligentius de Macario Magno debeo, non omissurus de aliis item reliquorum auctoribus Opusculorum suo cuiusque loco et ordine quae dici oportere videbuntur.

multa me ad impendendam Macarianis hisce Opusculis e situ eruendis diligentiam moverunt. Verbum vetus est S. Ambrosii : *Primus discendi ardor nobilitas est magistri* (1). S. Patris auctoritas, Magno Athanasio aequalis, Magno quoque Antonio familiaris, in opere illa ipsa proferente, quae divinitus illustratus Antonius antiquissimo discipulorum ac filio primogenito, intimi longo usu contubernii ministro fidelissimo, arcane communicavit, digna visa est quam venerarer, et ea commendatum non despicerem latere in perpetuum sinendo volumen, praesertim spectabile utileque in [non] paucis, ut

A mox ostendam, ubi prius absolvero quod coepi, definiendo quis sit iste Macarius inter plures etiam Magni Antonii discipulos quos idem signavit nomen.

Duo celebres Macarii feruntur, Aegyptius prior dictus, alter hoc iunior Alexandrinus. Fasti sacri Ecclesiae latinae priorem die secunda Januarii, alterum quinta decima memorant; Graeci utrumque die mensis eiusdem undevigesima venerantur. Non falso ambo discipuli Antonii vocantur. Viderunt enim audieruntque illum, sed seniore iuvenes, sero tandem et obiter ad ipsum, ut multi tunc, profecti ad brevem venerationem, reversi mox ad statas habitationes suas a statione magni anachoretarum Patris distitas plurimum. Aegyptius quippe Macarius in Scithi sedem habuit, Alexandrinus in Celliis, | quae loca in Libya sunt, longe a Thebaide distantia, in qua et mons interior, ubi solus plerumque residebat Antonius, erat, et ab hoc non multum distans mons exterior, in quem subinde excurrerat, ut in eo habitantes suos monachos viseret.

Ab hoc utroque Macario alium diversum et ambobus seniore fuisse docent nos Athanasius in S. Antonii, Hieronymus in Pauli primi eremita Vita, dum aiunt, Magnum Antonium duos secum discipulos intimos, comites individuos, habuisse Macarium et Amatham, praesertim ultimis quindecim vitae suae annis, quos et solos obitus sui testes et sepulturae, de qua illis mandata suprema dedit, esse conscios voluit. Contigit S. Antonii obitus anno Constantii 19, Christi 356. Atqui de Macario Aegyptio, quem passim ponunt Alexandrino fuisse seniore, ex eius Actis constat, eum naturae debitum solvisse anno Christi 391 nonagenarium, post annos sexaginta in Scithica solitudine transactos. Unde sequitur, capessivisse illum solitariam apud Scithin vitam anno Christi 334, ubi cum ad finem perseveraverit, nisi quod peregrinatus interdum ad Antonium est visendi et consulendi eius gratia, mox ad stationem regrediens suam, consequenter haud sane dici posse, fuisse hunc Aegyptium Macarium, illum Amathae collegam, ministrum et socium individuum Magni Antonii, quem ille iam ab anno Christi 344—hic enim quintus decimus est ante mortem Antonii—dum in montem interiorem, illic reliquae vitae stadium decursurus, secederet, in loco huic vicino, hoc est in monte exteriori praesto semper sibi ad extremum esse iusserit.

VI. Hunc equidem Macarium socium Amathae existimo tam quinquaginta, quae dudum exstant inscriptae nomine Macarii, Homiliarum auctorem, quam horum septem Opusculorum quae nunc edimus. Nam quod vir doctissimus Joannes Picus, qui Homilias illas a se latine redditas vulgavit, opinatur, scriptas eas fuisse a Macario Aegyptio, Scithicae incola solitudinis, valide refellitur contrario testimonio Genadii Massiliensis, cuius cap. X libri De

NOTAE.

(1) Lib. De virg.

viris illustribus haec leguntur verba : *Macarius illo monachus Aegyptius, signis et virtutibus clarus, unam tantum ad. juniores professionis suae scripsit epistolam.* Ita ille : cuius tam idonei tam disertae auctoritati testis quid satis validum obtendi eluctandae queat, haud video ; atque adeo pro certo teneo, quaerendum alium a Macario Aegypto Macarianarum Homiliarum auctorem.

Suggeret forte quispiam alterum hoc iuniorem Macarium, vulgo dictum Alexandrinum a civitate in qua natus est. At cum inter multa, quae de isto Macario Sozomenus lib. III cap. 13, Socrates lib. IV cap. 18, et ex his de more Nicephorus lib. IX cap. 14 colligunt, nihil prorsus referant, unde scripsisse quidquam eum, quod in lucem ac famam exierit, possit intelligi, nec ei quisquam alius veterum, quod sciam, aut recentiorum hoc opus tribuat : quis non videt, magna nos invitari verisimilitudine ad Homilias istas antiquissimo Macario Magni Antonii intimo atque individuo ministro vindicandas ? Nec qua eas occasione quove officio graece a se redditas ex Antonii magistri dictatis protulerit, latere poterit reputantem, praepositum eum ab Antonio | fuisse gubernandis eius nomine quinque millibus monachorum, qui ultimis quindecim vitae Antonii annis monasterium Pispiritanum frequentabant. Hoc disertissime testatur antiquissimus vitae abbatis Posthumii scriptor anonymus, quem referunt et a fide maxime commendant nostri Bollandus et Henschenius Tom. I Januarii pag. 1006. Is enim narrans, Macarium post rectum a se solo aliquot a morte Antonii annis Pispiritanum coenobium, senio se fatiscere sentientem, in sui locum elegisse successurum sibi Posthumium, clarissime ait, fuisse Posthumii decessorem *Macarium B. Antonii discipulum*, ac mox tertio post versu : *nem idem Macarius ab illustri viro Antonio monachorum fere quinque millia acceperat gubernanda.* Nimirum S. Antonius, qui literas a puero non didicisset, et patria una lingua coptica semper loquens, graeca non expedite uteretur, propterea solitus cum Graecis agere per interpretem, ut haec omnia diserte Athanasius testatur, addens etiam, ad hoc ad manum habuisse hominem idoneum maxime, non alium, opinor, a Macario, insuperque ab instituto suo veteri anachoreseos, hoc est vitae solitariae, recedere non volens, cum in monte interiori, loco sibi divinitus monstrato, solus perseverare usque ad mortem, prout revera fecit, decrevisset, nec tamen deesse vellet tot millibus hominum, qui undique ad eum studio ad salutem aeternam ex ipso proficiendi confluebant, eorum commorationi assignavit montem alium illi suo vicinum, et ad eius differentiam exteriorum vocatum, in quo Pispiritanum monasterium extractum est, a monachis frequentatum, qui discretis cellulis circum degentes, sparsi per spatium tri-

ginta miliarium, ad locum exterioris montis, interiori propinquum, cui loco nomen erat *Pispep* (2), ubi Amathas et Macarius residebant, soliti erant convenire audiendae gratia sacrae doctrinae a Macario Antonii interprete, quin et ipsius Antonii visendi, qui eo consueverat certis dierum intervallis se conferre. Nihil horum credi mihi postulo. En oculatum, referente Palladio in *Vitis Patrum*, de his cunctis testimonium Cronii cuiusdam presbyteri Nitriensis, se venisse aientis *ad monasterium S. Antonii in loco qui Pispep dicitur.* In quo, inquit, *sedebant eius discipuli Macarius et Amathas, qui etiam eum, cum dormisset, sepelierunt.* Addit, *expectasse se dies quinque, ut conveniret sanctum Antonium.* Dicebatur enim, ait, *accedere ad hoc monasterium aliquando quidem post decem dies, aliquando vero post viginti, aliquando vero post quinque, prout expediebat pro beneficio eorum qui veniebant ad monasterium.* Porro iis, qui in eo erant monasterio, praefuisse vicarium Antonii Macarium clare tradit idem qui viderat Cronius presbyter, hoc modo supra descriptis adiungens : *Accidit autem, ut alio die veniret Magnus [Antonius] sero vespere, amictus chlamyde pellicea. Ingressus est ergo suum monasterium. Erat autem haec eius consuetudo, ut alloqueretur Macarium, et eum interrogaret : Frater Macari, veneruntne huc aliqui ? Respondebat Macarius : Venerunt. Dicebat autem Magnus : Suntne Aegyptii an Hierosolymitani ? Dederat autem Magnus ei signum dicens : Cum videris venisse aliquos quibus est minus negotii, dic : Adsunt Aegyptii ; quando autem videris venisse aliquos religiosiores et paulo consideratiores, dic : | Sunt Hierosolymitani.* Haec Cronius, quae viderat fide presbyteri referens. Ex quibus manifeste patet, assidue mansisse in Pispiritano coenobio Macarium, vices Antonii, quoad is vixit, gerentem et videlicet quotidianas aut frequentes erudiendis aptas monachis Homilias habentem, quarum ipse non tam auctor quam interpres esset. Audita enim ab Antonio cooptice loquente ipse graece perorabat. Audi enim Athanasium in *Vita Antonii* Tom. II Athanasianorum Opera edit. Paris. anni 1627 pag. 479, ubi, postquam dixit, Antonium Alexandriae praesentem tempore persecutionis Maximini obtulisse se ad martyrium praesidi alioqui fero et sanguinario, nec tamen, quod impense cupiebat, fuisse comprehensum, adiungit : *Erat autem Dominus illum reservans in nostram et aliorum utilitatem, ut in acesi, quam e Scripturis ipse didicerat, multis magister fieret.* Magisterium autem istud Antonius exercuit coptica, quam solam, ut dixi, callebat, lingua. Ex qua S. Athanasius graece reddit bene longas eius orationes duas, priorem a pag. 461 ad 477, alteram a pag. 492 ad 497, saepe etiam alias eruditus eius eo de genere sententias, responsa et praecepta memorans, quorum pleraque eadem in Macarii Homiliis

NOTAE.

(2) Sic ! Edit.

librisque hodie apparent, haud dubio indicio originis inde haustae. Et illae igitur Homiliae Antonianae potius, quam Macarianae sunt, quippe quarum verus auctor Antonius, merus ferme interpretes Macarius fuerit, prorsus idem unusque, cuius nomen tum Homiliis, tum septem modo per nos editis Opusculis praefigitur. Etenim si non alius a prisco Macario, prout ostendimus, quaerendus auctor est Homiliarum quinquaginta a Pico editarum, repertus nobis opera eadem fuerit verus auctor septem quae nunc damus Opusculorum. Tanta quippe germanitas comparando agnoscitur scriptionum ambarum, ut dubitari fere nequeat, quia Patris unius duo foetus sint. Sensa invicem congruentia, expressionis unus genius, elocutionis et styli saliva, structurae atque ordinis forma par, contextus compositionisque totius color et succus idem, ut mihi quidem non nix, quod aiunt, nivi ad aspectum, non lac lacti aut mel melli ad gustum similior, quam ista duo ad legentis sensum scripta videantur. Accedit suffragium communis utrisque naevi, quali maxime rapi ad persuasionem solent, qui, expositum recens a partu aut alio casu aliquo abreptam a nutricis gremio infantem postquam diu quaesiere, dubitant an puer iam adultior pro tali oggestus idem vere sit. Tunc enim, ubi maculam aut verrucam in filio, cum est natus, observatam mater aut obstetrix in oblato quoque corpore notarunt, exclamare consueverunt: Nihil amplius quaerendum, hic prorsus, hic ipse est. Idem usu veniat par est nobis Macarium Homiliarum scriptorem in septem asceticorum librorum auctore quaerentibus. Deformitas quaedam cernitur in Macariana Homilia tertia doctrinae nunc falsi convictae, olim magnis Patribus visae probabilis, de corporeitate angelorum et animarum. Eadem porro cum Opusculo huius Thesauri VI cap. item VI pag. 124 legatur, et quidem hisdem fere verbis, quidni nos quoque iam convicti fateamur: Manus haec omnino manus, imo et vox quoque Homiliarum auctoris Macarii est.

VII. Nolim tamen hac offensum confessione labis lectorem continuo; praedudicare luce indignum et opera editoris ea sorde inquinatum commentarium. Nimis multos tam praiceps sententia prosciberet. Nam e graecis S. Methodius martyr, S. Basilius Magnus, uti et huius aequalis et familiaris S. Ephrem Syrus, Severianus Gabalensis, S. Cyrillus Alexandrinus, Caesarius, Anastasius Sinaïta et alii, e latinis vero Tertullianus, S. Augustinus, S. Fulgentius, S. Petrus Chrysologus, Arnobius, Cassianus, Maximus Taurinensis, Gennadius, Rupertus, S. Bernardus, hunc errorem hodieque suis exstantibus consignatum libris praeferunt, prout allegatione locorum demonstrat Dionysius Petavius Tom. III Theologicorum dogmatum lib. I de angelis cap. II. Quid quod, cum ex modo nominatis quidam, uti Tertullianus et Cassianus, alia perniciose suo superseminata tritico zizania habeant, nempe

A prior praeter caetera errores damnatissimos Montanistarum, alter Semipelagianum odiosissimum dogma, quia illa uterque vitia magnis virtutibus redimunt, adeo non interdicuntur usu ac luce, ut eorum etiam suadeatur lectio et commendetur: quis tam iniquus arcere cunctos visu et contactu lucubratorum Magni Macarii conetur propter tres quatuorque versus labecula nulli hodie noxia reppersos in libris septem sana, inculpatissima, saluberrima eruditione redundantibus?

Licebit igitur per omnes aequos et prudentes nobis in hoc quoque horto rosarum odore frui, vitato, quod facillime possumus, spinae unius aculeo; in hoc campo metere purum frumentum in annonam, neglecto relectoque unius illic forte adnati surculo lolii. Non vulgaris spes ad hoc operae pretii vocat. Utique vix uspiam alibi reperturos enucleatius, disertius, intelligentius declaratam rationem omnem ac methodum artis aliqui reconditae ac perplexae, serviendi Deo in spiritu, mentisque ac voluntatis cuiusque nostrarum via recta certaue promovendarum ad gratum divino Numini obsequium praestandum, nosque per heroicarum exercitia virtutum eliminandos ad perfectionem, quanta homini potest in hac vita contingere, sicque disponendos ad ineundam statim ab obitu possessionem regni diligentibus Deum promissi. Invabit etiam in puritate catholici dogmatis et capitibus praecipuis orthodoxarum veritatum, hodie cum maxime adversus haereses propugnatis, miram Ecclesiae quae nunc vivit, cum ea quae Magnorum Antonii et Athanasii aevo floruit, consensionem in his libris agnoscere. Absoluta in omnibus necessitas gratiae supernaturalis ad bene operandum in ordine ad salutem aeternam, cum ubique passim insinuat, tum disertissime asseritur cap. XV Opusc. VI pag. 154, ubi non magis posse bene cogitari aut agi sine speciali naturae meritum excedente Dei adiutorio dicitur, quam videri sine oculo, dici sine lingua, sine pedibus ambulari. Capite vero XIX Opusc. VII pag. 165 pulcherrime idem adstruitur inductione generali creaturarum rerum, naturales etiam suas operationes exsequi non valentium, nisi iis subveniat alienae naturae auxilium. Idem antea demonstratum fuerat cap. IV Opusc. VI pag. 118, eo argute applicata Evangelica parabola decem virginum, quarum quae prudentes merito dicuntur quinque: *Peregrinum*, ait auctor, *a sua ipsarum natura oleum, quod est spiritus gratiae, in vasis cordis praesumpserant.... quinque vero factuae ea sibi sufficere ducentes, quae natura ipsius suppeditabat sua, excludi a thalamo meruerunt, in quem priores sunt admissae.*

VIII. His opponi forte posset locus ex fine capituli XXIX Opusc. VIII pag. 221, ubi Macarius ait, *renuere hominem et non condelectari cogitationibus pravis sine Deo adiuvante esse possibile.* Ac nihil hic doctrinae orthodoxae de necessitate auxilii gratiae actualis ad omnem actum bonum positivum con-

trarii est. Agit enim-auctor de dissensu mere negativo, hoc est suspensione assensus, quae, cum mera negatio et purum nihil sit, auxillo non eget nisi pariter negativo. Talem esse Macarii mentem, prope manifeste patet ex his eius verbis immediate praecedentibus : *sine Deo adiuvante et per se ipsum liberare se quemquam, quoad lucta, quae ipsi est cum cogitationibus, expeditus fuerit, est impossibile*. Siquidem *liberare se, et lucta cogitationum expedit se*, actus hominis positivos indicant, ad quales omnes prorsus indispensabiliter necessarium Dei per gratiam actuale adiutorium esse auctor pronunciat; de suspensione vero assensus mera, quae vere nihilum sit, concedit actuali eam auxillo non egere. Scio, a quibusdam hodie scholasticis negari, esse possibiles puras istiusmodi omissiones. Ab aliis tamen eae non paucis nec parum illustribus admittuntur. Quorum sententiae Macarius hoc loco suffragatur; agere enim se de mera, ut dixi, cessatione voluntatis pravis cogitationibus tentatae eo significat, quod cum suspensionem assensus expressisset verbo *renuere* aut *contradicere*, in quo erat emphasis quaedam positivi actus, quasi corrigens aut explicans statim adiungit : *et non condelectari*, ubi *et*, ut saepe alias, expositivum est, quasi diceretur *id est*. His adiungat, si quis volet, plerosque theologos docere, ad actus quidem omnes vere salutare et meritorios vitae aeternae requiri actualem gratiam supernaturalem in *substantia*, sive, ut loquuntur, in *entitate*; ad non succumbendum autem tentationi per simplicem renutum mere naturalis ordinis sufficere actualem gratiam supernaturalem tantum *quoad modum*, non vero in *substantia*. Quod si putetur hic Macarius indicare voluisse, etiam sic expertus erroris erit. Apparet praeterea, septem hos libros scriptos ante natam Evagrii Pontici Origenistae, et alumni huius, Pelagii, doctrinam, quae impeccabilitatem et salutis securitatem cum plena extinctione passionum hominibus in hac vita possibilem finxit. Contra enim horum auctor absolutam securitatem salutis in hac vita propter vertibilem in malum etiam post ecstases et visa divina voluntatem ne primis quidem Apostolis post acceptum die Pentecostes Spiritum sanctum concedit cap. XVI Opusc. VI pag. 135, ut timere videlicet cum Paulo potuerint, *ne cum aliis praedicavissent, ipsi reprobi efficerentur*. Unde capite libri eiusdem XX pag. 139 exemplum affert monachi post visum in raptu paradisum foede lapsi. Quare capitibus VIII et IX Opusc. VII pag. 152 et 153 perfectionem omnibus absolutam numeris et plenam impeccantiam homini viventi contingere ait posse solum momentaneam in puncto raptus et ecstasi, post quae iterum peccabilem sic passum divina nihilominus esse pronunciat. Capite autem Opusculi eiusdem VII duodecimo pag. 157 haec notabilia ponit verba : *Nondum autem quemquam vidi Christianum perfectum, aut omni ex parte in tempore*

A omne liberum, a periculo videlicet peccandi. Atqui Magnum Antonium viderat qui hoc scribit, intimo ei convictu diu familiaris.

Contrarius est scopulus sanam gratiae doctrinam tradentibus vitandus, oppressio humani arbitrii ac vertibilis in contraria et contradictoria inficiatio libertatis. Hunc semper studiosissime declinat Macarius hic noster, velis numquam non remisque in oppositam incumbens professionem vertibilitatis indifferenter liberae sui compotis voluntatis, ita semper aut gratiae praesenti ad bene agendum, aut tentationi seu concupiscentiae instiganti ad male operandum consentientis, ut possit pro arbitrio resistere : in quo fontem residere meriti et vituperii verumque cardinem negotii humanae iustificationis aut depravationis, quatenus haec imputabiles homini sunt vel ad praemii meritum, vel ad poenae iustissimae reatum, verissime hic auctor censet. Haec cum paginis fere omnibus perpetuas aut inculcat aut innuit tum praesertim Opusc. II cap. XII et Opusc. VIII cap. III pagg. 37 et 185 ex professo tam luculenter enunciat, ut qui sic loquitur saeculo Ecclesiae fluente quarto, videri possit orthodoxam de libero arbitrio deque gratiae cum ipso ac concupiscentiae cooperante doctrinam non potuisse disertius, uberius circumspiciusque proponere, si decreta et canones sacrae synodi Tridentinae Sessionis VI plus mille annis posterius celebratae iam tum legisset; adeo illis consentaneae catholicam de hominum iustificatione fidem edisserit.

IX. Dicendum hic aliquid superest de cognomento *Magni*, Macarii nomini adiuncto. Expressum id clare praefert antiquissimus quem exscripsi codex non solum in Macarianorum Opusculorum titulo, sed praeterea in Opusculo IX quod inscribitur *Apophthegmata Patrum*, ut videre est pag. 243, quin et in Opusc. XVII Nicephori, argumento, ni fallor, satis certo, receptum olim hoc fuisse et usu vulgari tritum. Cuius triplex excogitari ratio potest.

Prima, ingens viri meritum; doctrinae, inquam, eius et sanctimoniae praestantia, quas quotidiano proprie quisque longo usu experientiae cum perspicere, et praesenti fructu sentirent tot millia monachorum, quos ante et post mortem Antonii ante plurimam lacte divini verbi aluit et efficacissima dexteritate ad profectum spiritus promovit, exemplo semper praeiens in omni functione religiosi officii, tam excellentem magistrum sibi visi sint tali honorare appellatione debuisse, Evangelio etiam auctore, ubi legebant Matth. V, 19 : *Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno coelorum*.

Alter, quod cum Antonium solerent *Magnum* sine addito vocare, adeo ut istud adiunctum in nomen iam proprium migrasset, prout intelligitur ex supra recitatis Cronii presbyteri apud Palladium verbis, et Macarium viderent e sinu Antonii productum, vices eius in ipsorum regimine gerentem, et in omni laude simillimum, aequum duxerint,

post Antonii praesertim mortem, eodem Macarium impertire titulo, quo Patrem et suum cunctorum communem, et pecculiarem ipsius exemplarque archetypum Magnum Antonium, dum viveret, honoraverant.

Postrema huius rei sat verisimilis causa est, quod, cum iam tum fama florent duo alii, de quibus superius est dictum, iuniores Macarii et diversis in partibus degentes Aegyptius et Alexandrinus, ut suum antiquiorem ab illis distinguerent, *Magni* eum insigniendum epitheto putaverint qui tunc vivebant. Quod utinam constantius fuisset a posteris observatum; sic enim foret damnosa et periniqua confusio vitata, quae veneratione propria in fastis ecclesiasticis Patris olim sanctissimi et coelestium merentissimi honorum obrutam ambiguitate memoriam fraudavit; ut cum dies assignatus anniversario cultui proprius in Martyrologiis et Menologiis signetur Aegypto et Alexandrino Macariis, eorumque Acta separatim descripta legantur, solus antiquior ambobus et neutro minus illustris Macarius Magnus innominatus praetereatur. Cui, spero, medebuntur incommodo Antuerpienses nostri, quorum laus tanta est in Actis Sanctorum illustrandis, si propriam historiam vitae abbatis Pispiritani Macarii, ab anonymo veteri, qui Posthumii ei succedentis Acta literis tradidit, ut ipse indicat, compositam, reperire alicubi potuerint, cum tunc forte adhuc blattisque luctantem.

X. Diu nos tenuit Macarius. Utinam transigere velocius queamus quae de aliis sequentium Opusculorum auctoribus necessario praefanda videbuntur. Nonum Opusculum anonymi est collectoris sententiarum Patrum. Huius aetatem prodit, quod non nisi antiquissimorum nomina recitat: argumento, eum ante posterius celebrium tempora vixisse. Opusculum X simplicem in meo archetypo Turriano codice praeferebat titulum qualem exhibeo: *S. Amphilochei de non desperando*. Quod non fit hic mentio Iconiensis episcopatus, uti neque supra in titulo I Opusculi S. Joanni Chrysostomo tributi citra ullam sedis Constantinopolitanae memoriam, indicio est, opus utrumque ab iis Patribus fuisse scriptum, dum adhuc privati inter monachos viverent, antequam in thronos promoverentur; quae avborum talis temporis et argumenti lucubrationes in monachorum tabulariis relictas fuerint, tanquam iis solis accommodatae. Scio, non unum esse in antiqua Ecclesiastica memoria celebrem Amphilocheium; tamen huius, quem hic edimus, libelli verum fuisse patrem antiquissimum illum doctrina et sanctimonia late inclutum, ex monacho Iconiensem episcopum Amphilocheium, a SS. Basilio, Gregorio Nazianzeno, Hieronymo multisque aliis veterum magnifice laudatum, cuius in Martyrologio Romano ad diem IX Kal. Dec., in Graecis Meneis eodem die splendida elogia leguntur, manifeste constat ex eo, quod in operibus eiusdem S. Patris ante hos annos XL graece simul latineque Parisiis editis, quae

octava numero ponitur eius oratio inscripta *de poenitentia et quod non sit desperandum*, duas hoc quod damus expansas scripto narrationes totidem plane recitat verbis continua serie ab extrema pagina centesima, quae illius orationis ibi nona est, usque ad centesimam duodecimam. Et sunt ambae illae historiae adeo inopinatae ac mirae, ut describenti mihi sollicitudinem moverent, ne pro apocryphis et temere confictis relicerentur. Quocirca habeo muniri eas tam irrefragabilis auctoris minime dubio nec cuiquam recusabili suffragio. Puto autem hunc commentarium ab Amphilocheio adhuc monacho et monachorum institutore compositum, ex quo idem postea Iconiensis antistes, in occasione praemuniendi suum populum adversus tentationem desperationis, duo ista exempla verbis plane iisdem retulerit, alia plura omittens quae monachis alias allegata utiliter, saecularibus docendis minus opportuna viderentur.

XI. Opusculum undecimum equidem plurimi facio propter efflorescentem in illo genuinam indolem vere asceticorum sensuum, et quendam suavissime fragrantem ex uberi, qua penitus imbuitur, unctione spiritus heroicae sanctimoniae odorem. Nullum libentius exscripsi, in nullo interpretando tantum intimae dulcedinis sum expertus. Quo mihi contendendum enixius statui ad ejus tempus auctoremque, ignotissimum utrumque, vestigiis omnibus indagandum.

Continet id alloquia quatuordecim studio auditoris in literas missa, prout excepta fuerant ex ore senis cuiuspiam grandaevis, longo usu vitae religiosae per omnes perfectionis Evangelicae gradus ad apicem evecti sanctitatis, quantam capit divinis adiuta beneficiis humana mortalitas. Alloquiorum auctor nominatur beatus abbas Zosimas. De exceptore tantum innuitur, fuisse illum ex eius assiduis auditoribus unum, verisimiliter sodalem eiusdem in quo degebat Zosimas coenobii. Diu de his et sollicito disquirenti mihi ea tandem sedit sententia, eundem istum esse Zosimam cum illo celebratissimo divinitus electo, ut sanctae poenitentis Mariae Aegyptiae, seu, ut vulgo loquuntur, Aegyptiacae, et cognosceret vitam et funus curaret. Exstat de his commentarius omni fide firmatus, non Sophronii, ut perperam inscribitur a multis, quod invictis argumentis confutatur ab ultimo eius scripti editore, nostro Daniele Papebrochio Tom. I Aprilis pag. 69, sed anonymi monachi coenobii prope Jordanem siti, in quo Zosimas ultimos suae vitae annos exegit, prout ipse innuit auctor sic scribens sub finem narrationis suae, postquam docuisset, reversum a S. Mariae Aegyptiacae funere Zosimam quae viderat et audiverat saepe retulisse: *Perseverarunt autem monachi [post Zosimae videlicet obitum] haec ipsa per traditionem discentes atque ad communis utilitatis argumentum proponentes audire volentibus, sed non adivi quemquam scripto signasse narrationem. Ego*

vero quae citra scripturam comperi, per literas curavi nota facere. Indicia hinc exsequar, quibus moveor ad opinandum, horum auctorem Alloquiorum Zosimam non alium esse ab eo, cui testi unico Mariae Aegyptiacae notitiam debet Ecclesia, sicut Antonio Pauli primi eremitaе.

Primum : detector latebrarum Aegyptiacae Mariae Zosimas, a puero traditus monasticae disciplinae in quodam coenobio Palaestinae, in eo laudatissime vitam asceticam exercuit per annos supra quinquaginta, testante id ipso, cujus haec verba anonymus monachus exscribit num. 3 suae narrationis : *Dicebat autem ipse de se Zosimas, quod ab ulnis, ut sic loquar, paternis in monasterium istud datus, per annos quinquaginta tres in monastico cursu perseveravit.* | Monasterium porro istud, ut initio narrationis clare dicitur, fuit unum ex iis quae per Palaestinam sunt monasteriis. Atqui haec Alloquia eius sunt, qui in Palaestina vixerit et consecuerit, nec aliam admodum orbis partem, quantum ex eius verbis intelligitur, incoluerit. Nam Alloquio VI haec loquitur : *Iter agebamus ego et frater unus via Neapolitana cum quibusdam saecularibus, venimusque ad locum ubi erat telonium cet.* Fuit olim Neapolis celeberrima Palaestinae civitas, teste inter innumeros alios Plinio, cuius haec lib. V cap. 13 verba sunt : *Samariae oppida Neapolis, quod Mamorta dicebatur cet.* Iterum Alloquio X dicit Zosimas : *Cum essem in monasterio quod est apud Tyrum.* Est quidem Tyrus Phoeniciae urbs, sed quae, uti et Sidon, propter propinquitatem Palaestinae contribuitur. Hodierni geographi Palaestinam duodecim Israeliticarum tribuum habitatione definiunt, nec cum Veteris nec cum Novi Testamenti historiis consentientes. Nam rex duodecim tribuum Saul, ut ex I Regum patet, et qui ei successit David, ut ex II, itemque ex I Paralip. manifestum est, universam XII tribuum ditionem obtinentes, multa bella cum Philistaeis, hoc est Palaestinis, habuerunt, qui utique aliam ab Israelitide terra regionem habitabant. Christus vero ipse, qui se aiebat non venisse nisi ad oves quae perierant domus Israel, Matth. XV, 24, tamen, ut ibidem V, 21 dicitur, recessit in partes Tyri et Sidonis, quod et Marcus cap. VII confirmat, et ibi curavit filiam Chanananae, prout ibidem Evangelistae narrant; quasi ut ostenderet, Phoenicem jam tum ad Palaestinam, prout haec Israeliticam regionem denotat, pertinuisse. Certe in historiis sacrarum expeditionum Tyrum, Sidonem, et Phoenicem universam Palaestinae partem videmus habitam. Antiquiores vero longe latius fines Palaestinae porrexerunt, ut Ovidius, qui ripam Tigris amnis marginem Palaestinae vocat illo versu Fast. II.

Inque Palaestinae margine sedit aquae, adstipulante Plinio, qui lib. VI cap. 28 Sittacem regionem Tigri continuam Palaestinae accenset; ut omnitan quod testatur Plutarchus, Strymonem Macedoniae fluvium Palaestinum olim dictum : cur? nisi quod Palaestina eo usque protendi vide-

A retur. Utut de iis sit, certum videtur, post Judaeam deletam primis Ecclesiae saeculis, et IV potissimum, quo Zosimas vivebat, ut ostendimus, Tyrum Palaestina fuisse comprehensam. Herodi sane Agrippae, nepoti Herodis Magni, cum sub Caesare Claudio pareret maxima Judaeae pars, ut docet Josephus lib. XIX Antiq., subjectos fuisse Tyrios et Sydonios indicat S. Lucas Actorum XII, 20. Quae cum ita sint omnia, cur affirmare dubitemus, monasterium, quod apud Tyrum fuerit, vere situm in Palaestina dici potuisse? Meminit praeterea Zosimas in quodam Alloquio *campestrium*, ubi ait se fuisse. Quae haec *campestria*, nisi campus magnus Galilaeae et latissima illa planities tam saepe in Scripturis memorata? Alibi ait, se Hierosolymis diversatum, alias, quemdam se vidisse Caesareae; loca haec omnia Palaestinae. Denique initio Alloquii XIII lauram abbatis Gerasimi memorat tanquam vicinam loco in quo tunc Zosimas degebat; coenobio nempe prope Jordanem, quo ex Tyrio migraverat : fuisse autem lauram quoque sive monasterium Gerasimi propinquum Jordani, clare docet Moschus cap. CVII Prati sic scribens : *uno fere milliaro distat a Jordane monasterium quod abbatis Gerasimi dicitur.* Ex his conficitur, tam Zosimam Alloquiorum auctorem, quam repertorem Mariae Aegyptiacae in Palaestina vixisse.

XII. *Secundus* est character identitatis utriusque Zosimae, genius amborum unus ac mores. Relator Actorum Mariae, quod e scripto anonymi monachi patet, doctus quidem et disertus vir fuit, docere tamen viva praesentes voce contentus a scribendo abstinuit. Audiamus hoc testantem anonymum; sic num. 2 scribit : *Iste Zosimas orthodoxus fuit, qui in uno monasteriorum [nempe Tyrio, ex supra dictis] ab initio conversatus, per omne exercitacionis [graeco ascesis] genus probatus est, et ad omnem virtutem congruenter institutus, totum quidem ordinem in eiusmodi palaestra solitum servari custodivit, multa vero et sponte adiecit, volens carnem spiritui subicere; quod ita ei successit, ut propter multam rerum spiritualium experientiam saepius ex vicinis, aut etiam remotioribus monasteriis ad eum confuere plures, ipsius doctrina ad perfectionem informandi. Ita ille. An non haec et occasionem et argumentum horum Alloquiorum manifeste indicant? Subdit mox idem : *Cum autem tantam animarum tractandarum peritiam assecutus esset senex, nunquam remissius egit in meditatione eloquiorum divinorum, sed insistebat iisdem, seu decumberet strata, seu assurgeret, vel quidpiam manibus operaretur cet.* Nusquam hic scriptiois mentio; qua certo et irrevocabili iudicio abstinuisse Zosimam nihil magis declarat, quam quod Acta tam mira Mariae poenitentis, quorum unus esset ipse conscius, scriptis haud commiserit, narrare verbo satis habens. Sic enim habetur num. 40 eiusdem narrationis : *Zosimas reversus in coenobium [a curato S. Mariae Aegyptiacae funere] narravit omnia monachis, nihil**

eorum quae audierat ac viderat reticens. Paulo post : *Perseveraverunt autem monachi haec ipsa per traditionem discentes.... sed non audiri quemquam scripto signasse.* Adeo a scribendo alieni erant illi veteres ascetae sancti, sibi videlicet ex instituto unis vacantes, exemplo Antonii Magni, qui cognitam a se solo mirabilem vitam Pauli primi eremitaе, multis licet annis ei superstes, nec scripsit, nec dictavit, voce tantum narrare contentus, posteritate id ignoratura, nisi Hieronymus Pauli memoriam e discipulis Antonii compertam literis consignasset. Ad quem modum Zosimas, quae admirabilia de Maria poenitente sensibus praesens hauserat, etsi, cum centenariam attigerit aetatem, ut in *Vitis Patrum* lib. I pag. 299 diserte traditur, triginta totis minimum annis Mariae Aegyptiacae supervixerit, tamen nec ipse, nec eius suasu aut sponte sua quisquam auditorum illius ea curavit in chartam mittere, donec sero exstitit anonymus monachus, qui Deo movente talem operam posteris praestaret : quem equidem ipsum, aut divino simili motum impulsu alium e coenobitis vel Tyrri prioris, ubi Zosimas diu vixit, vel alterius Jordani propinqui, quo iam senex migravit, monasterii quempiam crediderim haec nobis, quae aut ipse a Zosima audierat, aut e referentibus cognorat, Alloquia servasse, iis scripto complectendis.

| *Tertium* exstat indicium a tempore ductum, ni fallor, vehemens ad suadendum, B. Zosimam, cuius haec Alloquia nomen praeferunt, eundem esse ipsum, qui S. Mariam Aegyptiacam sepelivit. Non multos per ea tempora fama celebres fuisse Zosimas indicat anonymus editor Actorum Mariae, qui suum cum nostro cognominem et, ut credimus, unum eundemque a cunctis synonymis se salis distinxisse credidit, ubi eum ab uno discrevisset, solo videlicet tunc noto alio Zosima. En id eius testantia verba : *Nemo autem appellationi soli inhaerens sermonem mihi existimet esse de eo Zosima, qui circa doctrinam lapsus minus recte sapuit. Alius enim hic, et ille alius, multumque differunt inter se, quamvis nomenclaturam ambo eandem sortiti.* Sic ille. In cuius verbis si quaerimus quis sit ille alius Zosimas, qui circa doctrinam lapsus minus recte sapuit, docebit id nos Marcellinus in lib. De schismate Ursicini et Damasi, quem librum cum ex recenti memoria scripserit, intelligimus eius auctorem sub Damaso, aut paulo post, hoc est, circiter annum Christi 590 floruisse. Ibi autem meminit cuiusdam Zosimi sive Zosimae quem Ariani suis tinctum erroribus in episcopatum urbis per Italiam clarae Neapolis, eiecto inde orthodoxo et sancto episcopo Maximo, intruserunt. Hunc sua poena celebrem fecit. Aggresso enim episcopale officium in ecclesia Neapolitana obire, intumescens ei lingua extra os excessit, nec nisi Zosima extra templum egresso retrahi potuit. Quo facto, cum iterum a tertio Zosimas tentasset ingressus aedem sacram episcopali fungi munere, toties pari coactus

A malo est abscedere compulsus. Unde *ob eam causam tandem cessit episcopatu, ut pristinum sibi linguae officium redderetur* : verba sunt Marcellini, qui mox addit : *non res antiquas referimus.... nam et hodie Zosimas in corpore est, usum linguae non amittens, postquam maluit cum amissione episcopatus vivere.* Videri potest hic Zosimas tam evidenti miraculo resipuisse, quae causa fortasse fuerit anonymo de eius errore ut praeterito loquendi. Quidquid in re sit, ex his habemus, et S. Zosimam et alium eiusdem nominis non sanctum eodem tempore, hoc est, sub finem quarti saeculi vixisse. Hoc quidem hieromonacho B. abbati Zosimae competit. Nam cum Daniel Papebrochius noster Tom. I April. pag. 68 argute demonstret ex caractere Paschae, S. Mariam Aegyptiacam obisse die I April. parasceve Paschae anno Christi 432, postquam pridie a Zosima circiter septuagenario sacrum Christi corporis et sanguinis viaticum percepisset, manifestum est, eum multis annis ante quingentesimum aerae Christi non solum vixisse, sed vitam etiam asceticam sanctissime coluisse in priori apud Tyrum monasterio, ex quo, antequam in aliud Iordani citium migraret, vitam religiosam se in primo exercuisse per annos tres et quinquaginta ipse, ut prius vidimus, testatur. Confirmat hanc chronologiam totus Alloquiorum Zosimae contextus. Nam ibi et Evagrius, non ille Origenista, sed alius antiquior sanctissimus Macarii discipulus, et Pachomius, alique paris antiquitatis tanquam homines recentis memoriae nominantur; sed et cum alia referantur ex *Vitis et Actis Patrum*, nihil omnino proditur non anno Christi sesquingentesimo anterieus. Ex his corrige quae Rosweidus noster, deceptus corrupto apographo Actorum Aegyptiacae Mariae sub falso nomine Sophronii vulgato, annotavit ad *Vitas Patrum* pag. 299 his verbis : *Claruit Maria Aegyptiaca temporibus Iustini senioris circa annum Domini 520.* Ea enim metachronismo laborare integri fere saeculi erudite demonstrat supra laudatus Papebrochius, quem vide Tom. I Aprilis a pag. 67 ad 70. Iure igitur nostro hoc Opusculum, B. Zosimae Alloquia complectens, superiori, quod S. Amphilocheum Iconensem episcopum habet auctorem, sine medio coniungimus, ordinem temporum secuti, quo vitae digeruntur amorum ita comparatae, ut communes annos aliquot habuerint, Amphilochei senectute concurrente cum Zosimae adolescentia.

Non erit abs re, hic ad extremum admonere, Ioannem Moschum, libri celebri jam olim et a sexta generali Synodo laudati, cui *Pratum spirituale* titulus est, auctorem, haec sine dubio Zosimae Alloquia vidisse. Nam cap. CCXI ex iis decimum describit, verbis inde fere totidem referens historiam monachi, qui ex pillari cellam suam a vicino monacho cum clare vidisset, patientissime tolerans, etiam postquam audivit improbissimum illum furem ob id facinus delatum ad iudicem

clausum carcere teneri, primum corrogatos cibos ad eum in custodiam detulit, deinde a iudice liberationem eius impetravit. Id solum discrimen est, quod, cum Zosimas dicat, senem corrogasse ova et cathara, quae ad furem vinctum deferret, Moschus pro iis ponit, aliqua *esculenta*, vitans forte necessitatem exponendi quid essent cathara. Quam vocem neque in ullis glossariis declaratam reperi, et cum de ea Graecos in Italia monachos interrogarem, fatentes audivi nescire se prorsus quid ea signaret, unde ipsum vocabulum latinis expressum literis in mea interpretatione sum coactus relinquere. Moschus idem cap. CCXII exscribit ex Alloquio XIII duo exempla senum sanctorum ultro latronibus offerentium sua omnia, ea sola differentia, quod vocem *scaldion* interpretatur *marsupium pendens*, praeterquam minus perite, eum vetus Theocriti scholiastes ad Idyllium X vocabulum *scalis* explicet *instrumentum agriculturae*, unde sarculum sum interpretatus, sed etiam improbabiliter numerans inter mobilia cellae monasticae *marsupium*, praesertim quod addit *pendens*, quod statim latrones vidissent, nec opus habuissent abeuntes a sancto sene admoneri, ut quod non advertentes relinquebant tollerent. Est praeterea caput CCXVI Prati ex Alloquio Zosimae sexto descriptum. Caput vero CCXVIII ex undecimo. Denique caput CCXIX ex tertio decimo. Sed de his iam satis.

XIII. Zosimae Isaac Syrum Opusculi XII auctorem proxime adnotum subiungimus, quoniam hunc Posevinus, ex Gennadio referens, ponit imperatorum Martiani ac Leonis temporum aequalem. Quem et ait, praeter multa contra haereticos, etiam ascetica scripsisse. Supra Opusc. IX pag. 247 fit mentio cuiusdam Isaac, qui fuerit discipulus Magni Arsenii. Idem is sane cum hoc nostro esse potuit. Dubium quidem mihi non est, quin, quae infra Opusc. XVII Nicephori monachi ex Isaac Syro describuntur, eiusdem huius nostri sint. Memini alias in Bibliotheca Vaticana vidisse me multa et praeclara Isaac | Syri opera, quae multum profutura, si prodirent, interpretis et editoris operam implorant. Theodorum Studitam Isaac Syro continuo, quod illum inter plerosque sequentium auctores Opusculorum certae et notae aetatis video esse. Vixit octavo saeculo. Multa, quae de eo dicenda sunt, cumulate congeret vir doctissimus omnium eius operum plenam et luculentam editionem adornans.

Abbatis Isaiae quartum decimum est Opusculum. Hunc alii Esaiam appellant, ego Ecclesiae latinae usum receptum in Isaiae vocabulo efferendo tenui, securus scripturae Graecorum in verbo Hebraicae originis. Bellarminus in libro De scriptoribus ecclesiasticis de eo ait, se, quo tempore vixerit, invenire nequivisse. Vide etiam de illo Possevinum. Huius quoque honorifice meminit infra Nicephorus monachus Opusc. XVII.

Sermo S. Philothei de mandatis Christi Opusculum

XV conficit. Quod non ponerem hoc loco ante tria sequentia, si crederem, eius auctorem, quod aliqui autumant, esse illum, cuius meminit Spondanus Tom. I Contin. ad annos 1330, 1354, 1355 et 1362. His ne assentiar, tria retrahunt: I. quod titulo sanctitatis huic in nostro codice tributo parum congruant hominis mores, qui se schismaticum actis et scriptis acrem praebuerit, quique Constantinopolitanum patriarchatum, scelere partum, iusta poena perdidit; II. quia nihil videtur causae, cur non compareret in titulo episcopatus Heracleensis et patriarchatus Constantinopolitanus, quibus duabus successive insignitus infulus ille Philotheus dicitur; III. quoniam scriptor saeculi XIV non potest credi auctor operis in codice descripti, cuius manus et charta aetatem praefereunt annorum, ut supra dixi, quingentorum, praesertim cum ibi post illud alia ponantur aetatis manifeste senioris. Scripserit ergo hunc sermonem multo antiquior quidam et sanctior e plurimis omni aevo insignitis Philothei vocabulo monachis.

De Theodoro archiepiscopo Edesseno Opusculi XVI auctore non constat quis fuerit, unde oriundus, ubi vitam, quod apparet, monasticam ante archiepiscopatum exercuerit, quando et qua occasione coenobio ad Edessenam cathedram fuerit promotus. Tom. XXII Bibliothecae Patrum editionis novissimae Lugdunensis quinquaginta ex eius capitulis, hoc est non totum dimidium libri eius [quem integrum damus], idque mere latine exhibentur, deque eo in generali indice Tom. I dicitur floruisse illum XII saeculo. Sane serius non potuit Theodorus noster, quam istius saeculi initio vivere. Testatur enim Eugenius III summus Pontifex literis ad Ludovicum regem Francorum scriptis, quas recitat Baronius Tom. XII num. XXXI anni 1145, captam a Saracenis eo anno Edessam, occiso ab iis archiepiscopo pluribusque aliis. Ex quo tempore vacasse illam sedem apparet, quoad erepta Saracenis per Francos Edessa est, qui deinceps, quamdiu Hierosolymis regnarunt, archiepiscopos ei latinos dederunt. Nec videtur verisimile, archiepiscopum a Saracenis interfectum hunc ipsum fuisse Theodorum. Martyr enim fuisset dictus, qui in Turrianeo codice duntaxat *Sanctus pater noster* inscribitur. Obiisse ergo illum naturali morte ante annum 1145 credibile est, imo forte aliquanto submotiore re- | tro aetate, ut, quem Saraceni Edessae expugnatores occiderunt, successor illius non immediatus, sed secundus, tertius, quartusve fuerit.

Paris cum Theodoro Edesseno aetatis Nicephorum monachum opinari licet Opusculi XVII, libri valde utilis, auctorem, cum certiori rerum et actorum eius testimonio careamus.

Hoc forte antiquior fuerit auctor XVIII ultimi Opusculi, anonymus monachus coenobii graeci ordinis S. Basilii in agro Tusculano, a S. Nilo juniore circa finem saeculi X fundati, cuius amplificator insignis exstitit unus e Nili discipulis, eiusdem-

que successor tertius, S. Bartholomaeus, cum quo se virisse qui hanc eius vitam conscripsit significat. Certo autem caractere S. Bartholomaei abbatis Cryptoferratensis aetas consignatur in hoc scripto, dum dicitur, Pontificem, qui tunc Romanam regerat Ecclesiam, iuvenem ob grave delictum clam patratum morsu adactum conscientiae Bartholomaeum consuluisse, a quo cum audisset, quod in hac Vita legitur: *Non licet tibi sacro fungi sacerdotio; opus est redigere te in ordinem, et privatim animae tuae remedio vacare, ac divinum placere numen, cuius iram peccando provocasti; obsequens ille statim, ut ibidem additur, throno relicto, privatus apparuit.* Fuit hic sine dubio Pontifex, quem alii

Benedictum VIII, alii IX numerant, anno Christi 1033 creatus ambitu et factione cognatorum Tusculanorum comitum adolescentulus vixdum puer. Qui duodecim annis Romanam vexavit et conspurcavit Ecclesiam, anno tandem 1045 deiectus. Vide de his Ciaconium edit. novissimae Romanae Tom. I a col. 775 ad 779. Ultimam huic sedem Opusculo decrevi, quod non, ut alia, didacticum dogmaticumque sit, doctrinae asceticae praecipua tradens, verum eius praxim in exemplo illustri ascetae clarissimi demonstrans. His iam nimis multis etsi quae adjungerem se offerant, verbum non addam, ne in librum exerescat praefatio. Vale, lector, et fave.

Facultas provincialis Soc. Jesu et communicatio privilegii regii.

Ego Petrus Allemand, provincialis Societatis Jesu in provincia Tolosana, juxta privilegium concessum a Regibus Christianissimis Henrico III 10 Maii 1583, Henrico IV 20 Decemb. 1605, Ludovico XIII 14 Febr. 1612 et Ludovico XIV nunc regnante 23 Decembr. 1650, quo prohibetur omnibus librariis et typographis, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque permissu superiorum imprimant, permitto Guillelmo Bosc, ut librum cui titulus est *Thesaurus asceticus* etc, ab aliquot Societatis nostrae theologis probatum, excudere et vendere possit. Datum Tolosae die 21 Aprilis anno 1682. Petrus Allemand.

SERIES OPUSCULORUM.

Opusculum I	Sancti Ioannis Chrysostomi Epistola ad monachos.	4
Opusc. II	S. Macarii Magni de custodia cordis liber.	19
Opusc. III	Eiusdem de perfectione in spiritu liber.	47
Opusc. IV	Eiusdem de oratione liber.	63
Opusc. V	de patientia et discretionem liber.	81
Opusc. VI	de elevatione mentis liber.	115
Opusc. VII	de caritate liber.	141
Opusc. VIII	de libertate mentis liber.	185
Opusc. IX	Aphorismata Patrum.	228
Opusc. X	S. Amphilochii de non desperando liber.	255
Opusc. XI	B. abbatis Zosimae Alloquia.	279
Opusc. XII	Isaac Syri de cogitationibus libellus.	308
Opusc. XIII	S. Theodori Studitae capitula.	311
Opusc. XIV	Abbatis Isaiae capitula.	315
Opusc. XV	S. Philothei de Mandatis Domini nostri Iesu Christi sermo.	326
Opusc. XVI	S. Theodori archiepisc. Edessae capitula CII.	345
Opusc. XVII	Nicephori monachi de custodia cordis liber.	404
Opusc. XVIII	Vita S. Bartholomaei abb. Cryptoferratensis.	429

[Sequuntur Opuscula pagg. 1-435, tum Index rerum.]

Libri a Possino editi censuram hanc, quae exstat in *Actis eruditorum Lips.* [liber prohibitus decr. ab a. 1685 ad a. 1757] a. 1685 mens. Novemb. pagg. 488-491, adicere lubet.

Thesaurus asceticus sive syntagma opusculorum octodecim a Graecis olim Patribus de re ascetica scriptorum. Ea nunc primum prodeunt e vetustissimis Mss. codicibus eruta. Collectore atque interprete Petro Possino Soc. Iesu.

Parisiis apud Ant. Dezallier. 1684 in-8.

Cum, qui Scriptorum gentilium fragmenta colligant atque typis publicis exscribi curant, non leve operae pretium fecisse putantur, tum maius illi laboris meruisse censendi sunt, qui sanctorum virorum fragmenta pietati excitandae idonea typorum opera vindicant ab interitu. Fecit id laudabili sane industria eruditissimo Possinus. Nam *Thesaurus* hoc ascetico duodeviginti Opuscula complectitur; quorum sedecim ex antiquissimo volumine Ms. graeco triginta lucubrationes de re ascetica continente et a Francisco Turriano in domo professa Romae anno 1566 deposito, cum Societatis Iesu ille membrum fieret, descripsit. Reliqua duo, nempe *S. Theodori Studitae Capitula*, ex codice Vaticano perantiquo, cui numerus inscriptus 750, et *Vitam S. Bartholomaei abb. Cryptoferratensis*, quod ultimum est in hoc volumine, ex Cryptoferratensi bibliotheca depromsit.

Primum omnium istorum Opusculorum est *S. Ioannis Chrysostomi Epistola ad monachos* in Turriano codice inscripta, quam scripsisse illum putat, cum Antiochiae inter monachos vixerit, antequam episcopus fieret Constantinopolitanus. Septem opuscula quae post laudatam Epistolam collocantur, ut *De custo-*

dia cordis, De perfectione in Spiritu, De oratione, De patientia et discretionem, De elevatione mentis, De caritate, De libertate mentis, Macario Magno, prout in codice Turriano illa hoc titulo signata legerat, ipse tribuit. Qua occasione duos celebres fuisse Macarios observat, unum Aegyptium in Scithi; alterum, et quidem eo iuniorem, Alexandrinum, in Cellis degentem: ambos Antonii anachoretæ discipulos. Ab utroque vero hoc alium Macarium, et illis quidem antiquiorem fuisse, ex Athanasio in S. Antonii, et Hieronymo in Pauli primi Eremitæ Vita comprobatur. Hi enim Magnum Antonium aiunt duos secum habuisse discipulos intimos, comites individuos, Macarium et Amatham, obitus sui testes, qui anno Constantii XIX, Christi CCCLVI contigit. Atqui de Macario Aegyptio, quem passim ponunt Alexandrino fuisse seniore, ex eius actis constat, eum naturæ debitum solvisse anno 391 nonagenarium, post annos sexaginta in Scithica solitudine transactos. Unde sequitur, capessivisse illum solitariam vitam apud Scithin anno Christi 331. Ubi cum ad finem vitæ commoratus fuerit, consequitur, hunc non fuisse Macarium illum Amathæ collegam, Magni Antonii socium indivulsum, quem ille iam ab anno Chr. 344, dum in montem interiorem, reliquæ vitæ illic stadium decursurus secederet, in loco huic vicino, hoc est in monte exteriori, praesto sibi semper ad extremum esse iusserit. Macarium ergo socium Amathæ Possinus auctorem fuisse tum quinquaginta Homiliarum, quæ Macarii nomine inscriptæ prostant, tum septem modo nominatorum Opusculorum statuit. Atque ideo Io. Picum, qui illos a se latine redditos vulgavit, et Macario Aegyptio Scithicæ solitudinis incolæ tribuit, contrario Gennadii Massiliensis testimonio nixus refutat. Deinde, ne quis iuniorem Macarium, vulgo Alexandrinum a civitate, qua natus fuerat, dictum, illarum auctorem putet, negat, hunc quidquam, quod in lucem et famam exierit, scripsisse, quia Sozomenus lib. III cap. 13, Socrates lib. IV cap. 18, et qui ex his de more sua hausit Nicephorus lib. IX cap. 14, ubi de Macario hoc agit, nihil de scriptis eius commemorant; neque alius quisquam seu veterum seu recentiorum scriptorum illi libellos hos tribuerit. Quapropter memoratas Homilias cum hisce VII Opusculis antiquissimo Macario Magni Antonii intimo individuoque ministro vindicat, ita quidem, ut eum non tam illorum auctorem, quam interpretem faciat. Audita enim ab Antonio magistro coptice loquente ipsum Macarium in gratiam monachorum graecæ reddidisse ac perorasse, inde illis Macarii nomen praefixum fuisse ait. Enimvero quod de Macario Alexandrino heic inspergit Possinus, nihil illum scripsisse quod quidem innotuerit erudit, aliter sese habere ex codice Ms. antiquo Bibliothecæ Lipsiensis nostræ Academicæ, quæ Paulina vocatur, novimus. Nam inter varia eius Mss., quorum catalogum singulari industria confectum proxime bibliothecarius noster Academicus, vir clarissimus L. J. Fellerus publicavit, exstat Macarii Alexandrini Ms. hoc titulo insigne: Τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρείας λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἀμαρτωλῶν, τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ τῶς ψυχῆς, id est D. Macarii Alexandrini sermo de egressu animæ iustorum et peccatorum, qua ratione separentur a corpore et quomodo sint. Id quod obiter hic memorare libuit. De cetero recte Possinus naevum Macarii de angelorum et animarum corporeitate, qui in Opusculo Theauri huius sexto p. 121 et in eius Homilia III occurrit, simul notavit. Nonum opusculum Theauri huius sunt Apophthegmata Patrum, a scriptore anonymo collecta. Decimum, De non desperando, S. Amphilochii nomen praefert, ommissa episcopatus Iconiensis cui ille praefuit mentione, quia, ut Possinus arbitratur, commentarius hic ab Amphilochio adhuc monacho scriptus fuerit. Cf. Amphilochii Opera ante hos XII annos Parisiis graeco simul et latine edita p. 94 sqq., ubi oratio De poenitentia, quodque de sua ipsius salute non sit desperandum legitur. Opusculum XI, quod Alloquid quatuordecim B. Abbatis Zosimæ sanctimoniam laude celebris continet, ipse editor magnopere commendat, simul probans, eundem esse hunc Zosimam cum illo celebratissimo viro, qui sanctae poenitentis Mariae Aegyptiacæ cognovit vitam eiusque fanus curavit. Postea Isaaci Syri De cogitationibus libellus sequitur, cuius auctoris multa et praeclara opera nondum edita in bibliotheca Vaticana sese vidisse memorat. Huic S. Theodori Studitæ, qui saeculo octavo vixit, Capitula subiungit, quæ XIII Opusculum faciunt. De quo multa praefari supersedit auctor, quia vir quidam doctissimus omnium eius operum plenam et luculentam editionem adornaret. Exstant alias in nostra Paulina Bibliotheca viri huius ducenti et viginti sermones graeci, una cum Testamento eius graeco ad discipulos, et Naucratis filii Studitæ, qui se ἀμαρτωλῶν μοναχὸν nominat, Epistola graeca ms. ad spirituales Fratres et Patres hinc inde dispersos. In Theauro autem hoc porro Abbatis Isaiae vel Esaiæ Opusculum XIV Capitulum nomen inscriptum habet, qui quo tempore vixerit, Bellarminus De Script. eccl. invenire se non potuisse scribit. Nicephorus tamen monachus infra in Opusculo XVII eiusdem mentionem iniicit. Sermo S. Philothei de mandatis Christi, qui XV Opusculum est, subiungitur; quem alium esse ab illo, cuius Spondanus in Contin. ad ann. 1350, 1354 et 1362 meminit, auctor tribus argumentis evincit. S. Theodori archiepiscopi Edesseni, qui Opusculi sequentis XVI auctor vocatur, aetatem ad initium saeculi XII refert. In Tomo XXII Bibliothecæ Patrum editionis novissimæ Lugdunenensis quinquaginta eius capitula latine exstant. Sed Possinus centum et duo heic graeco et latine exhibet. Paris cum Theodoro Edesseno aetatis Nicephorum Monachum, auctorem Opusculi De custodia cordis, quod est hic penultimum, editor clarissimus facit. Ultimi denique Opusculi De vita S. Bartholomæi auctor anonymus monacho coenobii graeci ordinis S. Basilii in agro Tusculano, a S. Nilo iuniore circa finem saeculi X fundati, celebratur. His octodecim memoratis Opusculis index rerum copiosus satisque accuratus subiungitur.

JO. GEORGH PRITH PRAEFATIO

AD EDITIONEM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

QUAE PRODIT HOC INDICE :

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ ΟΜΙΛΙΑΙ. Sancti Patris Macarii Aegyptii Homiliae. Io. Georgius Prithius textum graecum accurate revideit, et in sectiones dispescuit, latinamque versionem quamplurimis in locis emendatiorem magisque perspicuam reddidit, adnotatis ubique, ad quae provocatur, Scripturae sacrae dictis. Lipsiae, in bibliopoli Grossiano. Anno MDCCXIV.

Viro illustri excellentissimoque Io. Ernesto a Schoenleben, serenissimi principis Anhaltino-Servestiani,

Caroli Guilielmi, cancellario, consiliario intimo et sacri consistorii praesidi, eminentissimo, patrono singulari, Macarium, sanctissimum Patrem, atque seipsum obsequiosissimo cultu et studio offert Jo. Georgius Pritius. |

Vir illustris!

Quum Dei Optimi Maximi singulari nutu, et Serenissimi Caroli Guilielmi summi Principis iussu et auspiciis, Tuis tamen etiam consiliis, Lipsia, e charissima omnium patria, ad Servestanos evocatus abitum meditarer, adducendum insimul existimavi comitem venerandum Macarium illum Aegyptium, inter Patres Ecclesiae Christianae pietatis solidioris laude et viva rerum spiritalium scientia incomparabilem. Quem enim dabimus, qui, nisi divinarum mysteriorum a Spiritu sancti gratia fuerit peculiariter particeps factus, de excellentissima animae praestantia, de lapsu hominis miserrimo, de extrema hominum in peccatis iacentium pravitate, de insidiis hostium infernalium et molitionibus in mentem humanam periculosissimis, de suavissimo divini Spiritus ductu, de gratia Dei, | gratiaque a natura distinctione, universaque salutis nostrae oeconomia solidius scripserit, quam veteranus ille inter Christi Salvatoris ministros Macarius? Tantum virum quod in hospitium deducam, nisi ad Te, vir excellentissime? quippe qui pro inusitata rerum divinarum, qua polles, peritia es unus omnium maxime ad existimandum idoneus, quodnam sit tam eximiis animabus statuendum pretium. Quod qui noverit, quam et cupide calideque olim nostris sacris dederis operam, quam amplas interioris sapientiae divinae possideas facultates, quam et morum praestes singulari integritate, quantoque amore in pietatem sinceram eiusque cultores feraris, iuxta mecum agnoscet libenter et praedicabit. Mihi vero et ista ratio fuit in clientelam Tuam tradendi divinum Macarium nostrum, nostris qualibuscunque vigiliis nunc paulo politius prodeuntem in publicum, ut me quoque hac ratione sisterem Tibi, vir illustris, ad perpetua servitia, ac aliquod exstet grati animi erga Te documentum: cui imprimis refero acceptum, quod apud Servestanos vestros et in ecclesia et in cathedra publica ea tra | dendi concessa mihi sit facultas, quae populo Christiano et studiosae iuventuti possint esse ad vitam Christianam recte ingrediendam atque colendam, ac ad veram eruditionem comparandam necessaria et utilia; quo vitae ego genere maxime omnium iam a multis annis vehementer delector. Recipe igitur, vir illustris, hospitem hunc novum ea fronte, qua ad suavissimam humanitatem, dotem Tibi a natura faventer impertitam, et elegantissima vivendi ratione plurimum auctam, compositus, non doctos tantum, sed praesertim pietatis cultores ad conspectum Tuum benignissime admittis. Recipe et me in favorem, qui enixim in id connitur, ut quibus muneribus Tuo beneficio praeficior, satisfaciam semper, et de cetero quibuscunque possim officiis ad Te, vir eminentissime, ornandum sim paratissimus. Vale. Lipsiae in abita meo Cal. Octobr. A. O. R. clc lcc XCVIII.

| Lectori Benevolo salutem dicit Io. Georgius Pritius, SS. Theologiae Licentiatu et Professor Publicus.

Eulgamus hic, quod Deus faustum esse iubeat, in Ecclesiae veraeque pietatis studiosorum utilitatem Macarii, Patrum antiquissimi, Homiliae, rebus optima frugis divinissimaque mysteria complexis refertissimas. De qua nova editione ut lectori paulo accuratius constet, erunt aliqua, licet brevissimis, praemittenda, antequam ad lectionem libri utilissimi admittatur. Editionem, ut apparet, Francofurtanam, quam Zacharius Palthenius anno saeculi superioris nonagesimo quarto adornaverat, repetivimus quidem; sed ut paulo somtior tamen prodiret elaboravimus. Nam graecum textum accurato studio revisimus, sublatis hinc inde mendis, quae in priorem editionem irrepserant. Ubi quidem in vo | tis nobis fuisset, ut ad manus nobis codex exstitisset manu exaratus, quum alicubi satis esset manifestum, lectionem libri excusi in vitio curbare. Multis id locis posset ostendi, sed unum saltem speciminis loco adferre sufficiat. Homilia X p. 221 editionis Francofurtanae nullo sensu legitur ἐκπεινεί καὶ ἐκδιψῆ ὑπάρχουσι, in quorum verborum locum reposuimus ἐν πείνῃ καὶ δίψῃ ὑπάρχουσι. Quamvis nec minus congruenter legi possit ἐκπεινοὶ καὶ ἐκδιψοί, quae verba paulo post in ipso quoque contextu occurrunt. Ubi ergo et manifestum fuit, verba auctoris esse corrupta, et manifesta quoque emendationis ratio patuit, tentavimus auctorem sibi restituere. Aliquibus vero in locis Cotelerii diligentia nobis inserviit, ex manuscriptis codicibus in Ecclesiae Graecae Monumentis, quae Parisiis lucem adspexerunt, subinde variantes lectiones adnotantis, quas vel in textum recepimus vel ad latus adnotavimus. Latina versio miserrime omnino se habebat, adeo quidem, ut multis in locis foeda stribligine et barbarismis horreret, nec saepissime verum Macarii sensum exprimeret. Deditur igitur operam, tum ut paulo magis Latinus sit interpres, tum ut fidelius, quae senserit ipse auctor, suo sermone exhibeat. Quanquam | nec sic quidem possimus spondere, nihil superesse in versione amplius, quod emendari mereatur, quum sit difficillimum, quae peccata sunt ab aliis, ita plene sustollere, ut nullus amplius naevus appareat. Ac mihi quidem facilius longe videbatur fore, novam concinnare versionem, quam veterem illam tot locis incongruam, et male auctoris menti respondentem corrigere. Textum in sectiones dispeascimus, interpretem germanicum ea in re secuti, ut videlicet, qui germanicum idioma cum graeca auctoris oratione conferre cupiant, quod quae-runt, faciliori negotio invenire possint, nec ceteroquin aliqua oriatur exinde confusio. Quamvis non negetur, si nostra libertate uti hic nobis datum fuisset, aliam nos haud infrequenter distinguendi rationem fuisse secuturos. Argumenta Homiliae ipsi praemissa retinivimus quidem, quamvis non ipsius sint Macarii, sed alterius cuiusdam

auctoris, inepte saepius Macarii mentem in summa proponentis, auctoremque ipsum, non raro a se ne intellectum quidem, intempestiva notantis censura. Non diffitemur interim, Homiliarum summam succinctius multo accuratiusque referri potuisse. Index denique multis in locis auctior redditus et ordinatior factus est. Ut nunc quidem sperare liceat, sanctissimi Patris labores insigni cum fructu a studiosorum manibus teri posse. Quae vero ad ipsius Macarii patriam, genus, vitae rationem, scribendi modum, summamque, quanta cogitari potest, rerum divinarum intelligentiam, aliaque multa pertinent, de iis prolicius tum sumus dissertaturi, quum Macarii Opuscula, a Petro Possino, e societate Jesu viro, ante annos aliquot Tolosae e manuscriptis primum nobis exhibita, Homilias has consequi jubebimus. Interim valeat lector, et quae promisimus iamiam, propediem nos exsoluturos esse certissime sibi persuadeat. Properabam Lipsiae incunibus nundinis auctumnalibus anni reparatae salutis cIo Ioc XCVIII.

| Homiliarum B. Macarii singularum Argumenta.

I	Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem descriptae.	1
II	De regno tenebrarum, hoc est peccato, et hominem solius Dei beneficio liberari ab eo.	22
III	De quieta fratrum inter se conversatione, et proelio interiori.	29
IV	Qua ratione promovendum in vita Christiana.	37
V	Quantum discrepet vita Christianorum a reliquorum hominum vita.	72
VI	De modo precandi.	90
VII	De clementia Christi erga homines; continet etiam responsiones ad quasdam interrogationes forte curiosas.	99
VIII	De his quae contingunt Christianis inter orandum.	106
IX	Promissiones ac prophetias divinas per varios successus et tentationes impleri, et soli Deo adhaerendo liberari nos ab infestationibus daemonum.	115
X	Humilitate et alacritate retineri et augeri dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perdi.	126
XI	Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere instar ignis.	132
XII	De statu Adae post imaginem Dei perditam.	151
XIII	Quem fructum a Christiano Deus exigit.	171
XIV	Qui se dedicant Deo, non sine spe remunerationis id facere.	175
XV	Quam sancte et caste se gerere debeat anima Christiani erga Christum sponsum suum.	181
XVI	Spirituales homines obnoxios esse tentationibus et afflictionibus, quarum origo est primum peccatum.	240
XVII	De Christianorum unctione spirituali et gloria.	257
XVIII	De thesauro Christianorum, qui est Christus et Spiritus sanctus, variis modis exercens eos ad perfectionem assequendam.	274
XIX	Christianus proficere volens ad omne id quod bonum est, se vi compellere debet.	281
XX	Solus Christus sanavit animam, quam ornamento gratiae suae vestivit.	298
XXI	Homini Christiano duplex incumbit bellum, externum et internum.	307
XXII	De duplici statu decedentium.	313
XXIII	Hi soli diadema regium gestare possunt qui sunt e semine regio.	314
XXIV	Christianorum status mercaturae et fermentationi similis est.	318
XXV	Per inobedientiam redacti sumus in servitutem, a qua per mysterium crucis liberamur; item de lacrimarum et ignis divini efficaciam.	325
XXVI	De dignitate, facultate, et operationibus animae; et qua ratione tentetur a diabolo, et ab eo liberetur.	358
XXVII	Dignitatem et statum hominis Christiani prosequitur, eiusque liberum arbitrium, permixtis interim utilibus quaestionibus.	367
XXVIII	Describit ac deplorat calamitatem animae, in qua propter peccatum non habitat Christus.	384
XXIX	Duplici ratione gratiam suam largitur Deus, cujus fructum tandem iusto iudicio repetit.	401
XXX	Ex Spiritu sancio renasci debet anima Dei regnum ingressura, et qui hoc fiat.	411
XXXI	Fidelis animo mutari debet, et in Deum colligere cogitationes omnes, a quibus vere dependet obsequium divinum.	422
XXXII	Gloria Christianorum modo latet in animis eorum, quae resurrectionis tempore emerget, et illustrabit corpora pro suo quaeque modo.	450
XXXIII	Quam attente diligenterque precandum sit.	445
XXXIV	De gloria Christianorum illis non ignota.	447
XXXV	De sabbato antiquo et novo.	453
XXXVI	Diversa est resurgentium gloria.	455
XXXVII	De paradiso et lege spirituali.	457
XXXVIII	Exacto opus est iudicio in discernendis veris Christianis, et quinam sint illi.	470
XXXIX	Ad quid Scriptura divina nobis donata est a Deo.	475
XL	Virtutum inter se colligatio, iidem vitiorum.	477
XLI	Quam profunda sint animae penetrantia, quae paulatim incrementa gratiae aut vitiorum accipit.	485
XLII	Non externa, sed interna promovent aut laedunt hominem veluti Spiritus gratiae aut Spiritus nequitiae.	488
XLIII	De progressu viri Christiani, cuius tota vis dependet a corde, ut hic varie describitur.	491
XLIV	Quantam in homine Christiano mutationem ac renovationem faciat Christus, qui morbos animae sanavit.	502
XLV	Nullis artibus aut operibus huius mundi, sed solo Christi adventu sanatum esse hominem; cuius magnam cum Deo cognationem refert haec homilia.	515
XLVI	De differentia inter verbum Dei et verbum mundi, et inter filios Dei et filios huius mundi.	525

	AD EDITIONEM OPUSC. S. MACARII AEGYPTII.	359
XLVII	<i>Explicatio allegorica quorundam sub lege [bene] factorum.</i>	550
XLVIII	<i>De perfecta fide in Deum.</i>	547
XLIX	<i>Non satis est huius saeculi delicias reliquisse, nisi quis alterius saeculi beatitudinem consequatur.</i>	554
L	<i>Deus est, qui per sanctos suos et creaturas edit miracula.</i>	561

[Sequuntur Homiliae pag. 1-566, dein *Index rerum ac sententiarum in B. Macarii Homiliis contentiarum alphabetico ordine digestus.*]

EIVSDEM PRAEFATIO

AD EDITIONEM OPUSCULORUM S. MACARII AEGYPTII

INSCRIPTAM :

Sancti Patris Macarii Aegyptii Opuscula nonnulla et Apophthegmata. Io. Georgius Pritius collegit, revidit, latinam versionem studiosè emendavit, indicibusque adiectis edidit. Cum Privilegio S. Regiae Majest. Polon. et Elect. Sax. Lipsiae, in bibliopolio Grossiano. Literis Christoph. Fleischeri. Anno clò 1706 IC.

Viro magnifico Adriano Stegero Icto, scabinatus electoralis adessori et civitatis Lipsiensis consuli hoc tempore regenti gravissimo viro de patria splendidissime merito, Haec Macarii monumenta a se revisa et emendata sacra esse iubet tanti nominis perpetuus cultor Io. Georgius Pritius. |

Vir magnifice!

Cum nuper admodum Macarii Homilias studio qualicumque nostro politius prodire faceremus, fidem pariter obstringebamus, fore, ut brevi quoque tempore, quae reliqua essent Macarii, pari ratione a nobis emendata consequerentur. Quam dissolvere nunc, quod boni est debitoris, cum apud animum constituerimus, Tu imprimis, vir amplissima illustris auctoritate, obveniebas animo, cui quicquid id est traderetur in clientelam. Summam Opuscula haec et dicta Macarii spirant ubique pietatem, quae coelestissima virtus tantopere Tibi cordi est et curae, ut haudquaquam Tibi satis fuerit ingenti prudentiae civilis florere laude, et copiosissimas sapientiae omnis possidere opes, nisi et eandem exquisitissimis istis, quibus abundas, bonis adiungeres, quae bona iam esse desinunt, si comitem, vel duces rectius, non habeant pietatem. Memini, nec sine voluptate memini prudentissimi illius sermonis, quem haurire aliquando, cum officii causa Te reverenter salutarem, ex ore Tuo sapientissimo mihi feliciter contigit, cum de pietatis studio recte et non ambitiose excolendo sane quam elegantissime dissereres, ut et fidei puritatem cum cura custodiendam, et vitae tamen insimul sanctitatem fervidius, quam vulgo fieri adsolet, colendam esse, tempestive admodum graviterque moneres. Fateor enimvero, his dictis Tuis in animi proposito de virtutis studio amplectendo, et recto de incidentibus controversiis sensu, me praecclare fuisse confirmatum. Mirabar vero insimul, virum, negotiis civilibus districtum, et in republica quotidie versantem, de rebus pariter divinis tam prompte, tam exquisite, tamque solide posse sermonari. Sed ea magnorum virorum, quos cura felicitatis suae tenet, ratio est, ut levia omnia esse existiment, summis fulgere honoribus, circumfluere, quae in bonis sunt, omnibus, scientiis instructum esse, excellentissimis, nisi et colendi Numinis modum sollicitius investigent, investigatumque haud segnius retineant. Haud ergo ingratum arbitror Tibi fore hoc munusculum, Macariana Opuscula, | cum, si cuiusquam alius ingenii monumenta, res divinissimas bonaeque frugis, in aeternam quoque vitam duraturae, fertilissimas contineant. Cuiusmodi voluminibus haud mihi ignotum est, quantum nunc delecteris, decliviori praesertim aetate ad beatæ hinc demigrationis meditationem Te invitante, ut quandocumque Te evocare placuerit ad felicia illa regna sua Deo, Te inventurus sit omnibus momentis ad ultimum iter ingrediendum paratissimum. Ego vero ex animo opto, ut benignissimum Numen Te, vir nobilissime, inter tota egregia, quibus Lipsia mea ad invidiam efflorescit, decora diu adhuc et corpore et animo validum conservet : ita enim et patriae meae, vel absentis carissimae, prospicietur porro utilitatibus, Tuasque merita magis magisque impense augebuntur. De favore Tuo, toties a Te et universa nobilissima gente Tua mihi demonstrato, iam non amplius dubitare me patitur animi Tui constantissima benevolentia, quam certe et religiosis precibus compensare, et, si qua possum, inserviendi promptitudine nutrire studiosissime semper connitar. Vale. Lipsiae die VI Iduum Martii Anno R. O. clò 1706 IC. |

IO. GEORGII PRITII

SS. THEOLOGIAE LICENTIATI ET PROFESSORIS PUBLICI

AD MACARIANA OPERA PRAEFATIO.

I. Cum Patris sanctissimi nominisque in Ecclesia maximi, magni illius Macarii, monumenta quae reperiri potuerunt omnia, divinissimae sapientiae plenissima, ut collecta a nobis et studio non plane nullo revisa sunt, prodeant nunc in publicum: lectoris interesse putamus, ut non tantum quae ad ipsum Macarium, sed et quae ad illius Opera insignemque illam, quae admirabilis in illo est, docendi rationem, et nostram denique, quam Patri venerando ut orbi literato integer sisteretur, praestitimus operam, pertinere videntur, in hoc veluti vestibulo exhibeantur; id quod nuper admodum, cum Homilias praecedere partem hanc alteram iuberemus, fuimus polliciti.

II. Duos autem hoc insignes imprimis nomine in historia res personasque ecclesiasticas exponente occurrere videas, quorum unum Macarium dicunt Aegyptium, alterum vero Alexandrinum; sed ambo, ut habet Menologium antiquum, *exercitatione monastica, vita, moribus, admirabili abstinentia et miraculis fuere illustres* (1). Nec minus et Socrates, ecclesiasticae historiae conditor, refert, fuisse duos inter monachos eodem tempore viros, Deo amabiles, utrumque Macarii nomine, unum ex Aegypto superiore, alterum Alexandrinum, utrumque multis rebus insignem, et imprimis propter abstinentiam, conversationem, mores, miraculaque, quae eorum manibus (2) perpetrabantur (3).

III. Unum ex iisdem magni illius Antonii, disciplinae monasticae auctoris primarii, fuisse discipulum, antiquorum testimonio perhibent: sed uter illorum is fuerit, Aegyptiusne an Alexandrinus, res, ut videtur, apud auctores nondum confecta est; id quod et in causa fuerit, ut de natali die, utriusque distincte adsignando, certum aliquid pronuntiarum nequeat. Nam Martyrologia antiqua duos quidem fastis suis inseruerunt Macarios, quorum unum beati Antonii fuisse discipulum sane memorant; sed quinam ille ex duobus a nobis memoratis fuerit, non perinde adiungunt. Sic enim Martyrologium Romanum non tantum vetus, sed et Bellini diem II Ianuarii beato Macario simpliciter ita dicto, diem vero XV eiusdem mensis Macario abbati An-

tonii discipulo sacrum esse et sanctum testatur. Quamquam Galesinius et Baronius suis in Martyrologiis priori illi Alexandrini vocabulum adiciunt, ut inde posteriorem Aegyptium esse hariolari liceat. Vicissim tamen Palladius, cum de Macario Aegypto agit, adeo non memorat, eundem Antonii discipulum fuisse, ut id potius de Macario Alexandrino referat (4). Res ergo haec esse videtur in certa, nisi aliquis cum Petro Possino de utroque persuaderi sibi sinat, non falso eosdem Antonii discipulos vocari, quippe qui viderint illum audiverintque, quamvis seniore iuvenes, ac sero tandem et obiter, cum ad ipsum ad brevem venerationem essent profecti, mox iterum ad habitationes suas, quae a statione Antonii plurimum dissitae fuerint, reversuri (5). Nec certe videmus quid obstat, cur, cum eodem tempore cum Antonio vixerint Macarii, cum vitam in solitudine sanctissimis meditationibus deditam consecrati fuerint (6), cuius instituti princeps erat Antonius, credi non possit, ad eundem se recepisse viros istos disciplinae rigidioris studiosissimos, ut a viro sanctitatis opinione claro in eo, quod susceperant, vitae proposito confirmarentur.

IV. Sed praestat singulos intueri distinctius. Macarius igitur, quem Aegyptium et seniore dicunt, e regione Thebaide suam traxit originem (7). Florente iam aetate et cum adhuc esset iuvenis, virtutis studium amplectebatur, tamque austero vitae generi dabat operam, ut *παιδαγωγῶν* a monachis appellaretur. Cum XL iam annos natus esset, in presbyterum consecratus est. LX vero annos exegit in solitudine; demumque cum XC annos vivendo fere explevisset, animam suam, corporeis vinculis liberam, Deo reddidit circa annum CCCXCI. Multis miraculis insignem fuisse produnt omnes, qui de eo faciunt memoriam, Hieronymus imprimis, Palladius ac Sozomenus (8).

V. Solet praeterea frequentissime nomini eius Magni cognomen addi, credo non imitatione tantum magni illius Antonii, quem sine addito Magnum vocare solebant, ut, cum Macarius ipsi in omni laude esset simillimus, eodem quoque cum tanto patre titulo insigniretur; sed imprimis id fieri

NOTAE.

(1) Die xix Jan.

(2) Sic Pritius; leg. quae per eorum manus. [EDITOR.]

(3) Socrat. Hist. Eccles. lib. IV cap. 23.

(4) Pallad. cap. 20.

(5) Petrus Possinus Prolegom. in Thesaur. Ascet.

(6) Vide infra p. 156. 245.

(7) Theodoret. lib. IV cap. 21; Sozom. lib. III cap. 14; Socrat. lib. IV cap. 25.

(8) De Vitis Patrum cap. 28; Pallad. Histor. Lausiac. cap. 19; Sozom. lib. III cap. 15.

patet ob ingentia viri merita et ob singularem plane doctrinae atque sanctimoniae, quibus virtutibus mirum in modum effulsit, praestantiam.

VI. Eremus, in qua divinarum rerum studio et coelestibus cogitationibus vacabat, Scetis erat, quam tamen diversis nominibus et Sceticam, Scetinam, Scetiacam, Scyticam, Scytiacam et Scytioticam nuncupari identidem videas. Aegypti vero solitudo haec fuit, confluxu virorum sanctitati studentium frequentissima. Testis enim Cassiodorus (1) est, in *eremo hac Scyti monachorum probatissimos patres et omnium sanctorum moratam esse perfectionem*. Qua occasione vero istum in locum se receperit, narrat ipsum audire, qui volet, poterit Macarium (2).

VII. Sed de Macario Alexandrino aliquid etiam dicendum est. Hunc *iuniorem* appellant et *politicum*: iuniorem quidem, quoniam Macario illi Aegypto superstes exstitit, mortuus demum, cum C annos vixisset, anno CCCIV. *Politicus* vero dicitur est, quod non in solitudine duntaxat Nitriensi, in quam secesserat, vitam monasticam amplexus versaretur, sed quod etiam in urbem aliquando veniret, qui et magnam vitae partem in luce et oculis hominum transegisset. Anno aetatis XL baptismum suscepisse dicitur, presbyter deinde factus et archimandrita Nitriensis. | Cum vero in eo cum Macario Aegypto conveniret, quod solitudinem amaret, et severiori disciplinae ac vitae sanctioris studio esset addictissimus: tum vero in ea parte ab eodem plurimum discrepabat, quod *hilaris* fronte invisentes ad ipsum exciperet, lepidisque oblectaret sermonibus, iuniores urbanitate quadam ad vitae monasticae cultum alliciens; id quod in Aegypto secus se habebat. Nec minora vero, quam de Aegypto, de eius virtutibus, vivendi genere frugalissimo miraculisque referuntur, quae qui legere descripta cupiat, evolvat Palladium (3).

VIII. Tertium vero aliquem Macarium producit Petrus Possinus, ab utroque illo Macario diversum et ambobus seniore, Antonii discipulum et comitem, Amathae socium, quem magno molimine probat Operum Macarianorum esse auctorem, eo ad hanc rem probandam utens argumento, quod Athanasius in Vita Antonii et Hieronymus in Vita Pauli Antonium memorent duos secum discipulos intimos comitesque individuos habuisse, Macarium et Amatham: non concedere vero temporis rationem, hoc ut in Macarium vel Aegyptium vel Alexandrinum conveniat. Fatemurque, tanti hoc argumentum momenti visum fuisse viro antiquitatum ecclesiasticarum peritissimo Guilielmo Cavo, ut

A ista quoque in sententia se acquiescere scriberet, praesertim cum Oudinum quoque Possino succinere animadvertisset (4). Interim re melius expensa, alia nunc mente praeditus est vir eruditissimus, ut praeter Aegyptium et Alexandrinum tertium Macari | um aliquem admittere haudquaquam velit. Et certe quod observatum et Cavo est, non alios Macarios, qui Antonii discipuli fuerint, sistunt nobis Socrates, Sozomenus, Theodoretus, et qui his ipsis in locis et hoc tempore vixit Palladius, cum tamen diligenter de his rebus fuerint commentati. Nec vero est, cur, quae Possinus allegat, moveri se iisdem aliquis patiatur. Nam quod Athanasium suam in rem citat, fallitur in eo ipse et fallit, cum de Macario apud Athanasium plane nihil exstet. Sic et Hieronymus meminit quidem Macarii et Amathae veluti discipulorum Antonii, qui et Amatham ait. magistrum suum tumulo intulisse; sed de Macario nihil praeterea docet. Et quare ex duobus istis, Macariis, quos exstitisse omnino confessione constat, unus Antonii comes esse non potuerit, nondum possumus perspicere. Incoluerit Macarius Aegyptius per LX annos solitudinem Sceticam: putabimusne, per integrum id tempus uno ipsum loco adfixum aliorum aliquando non migravisse? Atqui vero compertum est, solitariam vitam amantes suas saepe sedes commutavisse. Quid obstat ergo, quod nec ipse Possinus negat, quominus Macarius subinde se ad Antonium contulerit, ex ore ipsius saluberrima praecepta hausturus? quem et, cum mori eum contigisset eo, quo praesens aderat, tempore una cum Amatha sepultura honestaverit? Nec vero Sozomenus Macarium in una Sceti, sed in solitudine LX annos exegisse commemorat. Qualia et de Macario Alexandrino facile possent probari, si vellemus hoc agere. Suas | ergo res Macarius sibi habeat a Possino praeter necessitatem historiaeque fidem productus; nobis vero sufficiant Macarii duo, sub quorum unius nomine haec, quae nunc lucem adspiciunt, circumferuntur Opera.

IX. Sed nunc considerandum erit exactius, utri illorum foetus isti sint adscribendi? Et Homilias quidem Aegypto adscriptas semper fuisse ex inscriptione, quam manu exarati pariter et typis excusi codices prae se ferunt, manifestum est. Sed nec hoc placet Possino, qui eandem Macario a se praeter rem conficto vindicare satagit (5). Ad Gennadii Massiliensis auctoritatem provocat, qui *unam tantum Macarium* aiat ad *iuniores professionis suae scripsisse epistolam* (6). Sed nondum persuaderi possumus, Possino ut adstipulemur; nec verba Gennadii, quod vult Possinus, satis evincunt, cum-

NOTAE.

(1) Leg. *Cassianum*. Pritius Cassiodorus cum Cassiano confundit. Edit.

(2) Socrat. *Hist. lib. IV cap. 18*; Cassiodor. [sic Pritius, leg. Cassian.] *Collat. I cap. 1*; Theodoret. *lib. IV cap. 21*; Sozom. *lib. III cap. 14*; Socrat. *lib. IV cap. 25*.

(3) Pallad. *Hist. Lausiac. cap. 20*. Petrus Possinus in *Proleg. ad Thesaur. Ascet.*

(4) Cave *Hist. Lit. P. I p. 212. P. II p. 76*.

(5) Possinus l. l.

(6) Gennad. *De viris illustr. c. 16*.

eum in sensum possint accipi, quod tantum de literis a Macarii conscriptis agant. Quid si et scripserit aliqua Macarius, a Gennadio, ut multa alia, oculis non usurpata? Unde non opus erit, ut multa comminiscamur, veluti facit Possinus, qua occasione quoque officio Homilias istas Macarius Amathae socius graece a se redditas ex Antonii magistri dictatis protulerit.

X. Quid vero de Opusculis istis dicemus, quae nunc post Possinum in Germania primum a nobis evulgantur, et cui patri liberos istos adseremus? Possinus vero hic iterum suum nobis supponit Macarium, quem tamen in mundo non fuisse, iam, ut arbitramur, monstravimus. Celeberrimus Cavius (1) tribuenda quidem Macariorum nostrorum alterutri Opuscula haec non immerito esse iudicat; sed in eam tamen magis propendet sententiam, quod Alexandrino illi sint adsignanda.

XI. Nobis autem id ante omnia videtur esse certissimum, quod unus auctor fuerit, qui divinissimas nobis dedit Homilias, cum illo, cui debemus isthaec Opuscula. Id enim et res ipsae probant, quae et in Homiliis et Opusculis occurrunt, summa fidei nostrae mysteria, et praecipua Christianae religionis capita, maxime quae ad usum transferenda sunt, exhibentes; et verba quoque modique loquendi, circa quos summa ubique similitudo est; et par orationis forma elocutionisque dignitas. Addi etiam potest, quae desiderari in Macario possent, et qui in elegantissimo hoc corpore naevi observantur, eos utrobique sese nobis offerre. Cum igitur paulo ante Macario Aegypto Homilias assertum iverimus, patet ratio, quare Opuscula ei sint quoque adiudicanda; praesertim cum codices manuscripti in bibliotheca Vindobonensi, ipso docente Cavo, (2) Macario nostro haec et similia opuscula attribuant. In ipso etiam, quo usus Possinus est, codice exserte Macarii nomini *Magni* appellatio, facte editore, est adiuncta, quam non Alexandrino, sed Aegypto Macario addi frequentissime notissimum est. Nam quod Possinus persuadere nobis conatur, personarum hic contigisse confusionem, videlicet suae inservit causae, ut iure aliquo, quae Macario Aegypto debeatur, novo suo et antiquis incognito Macario adscribere posset. Quamquam interim refragari nolimus, fuisse, qui ex ore di | centis saltem Macarii haec exceperit; unde et esse putamus, cur tam frequenter in Graeco vox Ἐπὶ occurrat, in versione ut plurimum ommissa; ut adeo omnium quidem, quae traduntur, auctor fuerit Macarius, quanquam ipse illa non scripserit.

XII. Pertineant ergo foetus isti per nos ad Macarium Aegyptium. Nunc qua ratione ex tenebris, quibus circumsepti per aliquot saecula fuerant, emergerint, aegedum videamus. Homiliae primum

A spirituales illae graece seorsim prodierunt Parisiis anno superioris saeculi LIX elegantissimis typis excusae: separatim vero et latina versio lucem adspexit, a Ioanne Pico, nisi fallimur, concinnata. Successit postmodum Zachariae Palthenii diligentia, qui anno XCIV eiusdem saeculi et graecum sermonem, et latinam versionem, a se non exiguis laboribus exornatam, coniunctim edidit, typis, quales et nostri sunt, paulo minutioribus. Opuscula vero reliqua diutius obscuritati suae immersa delituerunt, usquedum felici Petri Possini, e Societate Jesu viri, opera in *Thesaur*, quem vocat, *Ascetica*, cuius partem faciunt primariam, in lucem publicam sunt exposita. Unde tantum ipse habuerit thesaurum, non equidem dissimulat. Franciscum enim B Turrianum, notissimi nominis Iesuitam, cum anno 1610 LXVI societatem illam Romae ingrederetur, inter volumina refert graeca plurima, quae antiquae manus prae se ferant vestigia, quaeque in domo antiqua professa Romana deposuerit, unum quoque auctorum ferme triginta de re ascetica continens lucubrationes, annis abhinc plus quingentis a manu transmarina exaratum, bibliothecae Patrum societatis intulisse; et inde Possinum, cum Romae degeret, praeter alia, isthaec Macariana descripsisse.

XIII. Cum vero Homiliae illae Palthenianae nostris in bibliopoliis non amplius exstarent, Opuscula autem reliqua a Possino edita rarissime apud nos conspicerentur, visum est, e re fore reipublicae literariae, imprimisque iuventutis studiosae, praeter hanc graecae delicias pietati quoque operantis, in corpus unum revocare omnia quae Macarium agnoscunt auctorem, Macarium inquam, quem existimamus esse Aegyptium. Nam quae in bibliotheca Paulina Lipsiensi manuscripta exstat, et a Guilielmo Cavo ac Iacobo Tollio in latinum simul conversa prodita est *De animae iustorum peccatorumque exitu Oratio* (3), et in titulo Alexandrino Macario adscribitur, et aniles ineptasque fabulas complectitur, ut recentioris cuiusdam graeculi videatur esse commentum, nec proinde hic locum invenire potuerit.

XIV. Quae vero circa Homilias a nobis sint praestita, de iis in praefatione ad eandem actum sunt. Nunc vero quid circa Opuscula, quae sequuntur, quidque circa Apophthegmata egerimus, breviter indicandum est. In Opusculis autem illis VII Possini editionem, cum manuscriptis destitueremur, secuti sumus, sublatis tamen, quae in editione Possiniana apparebant frequentissime, sphalmatibus typographicis. Longe plura circa versionem latinam agenda invenimus. Possinus enim genus interpretandi liberius secutus, mirifice non raro evagatur, ut commentatoris potius, quam interpretis partes suscepisse videri possit; quae instituti ratio licet

NOTAE.

(1) Cave *Hist. Lit. P. II* p. 76.(2) Id. *Hist. Lit. P. II* p. 75.(3) Id. *Hist. Lit. P. I* p. 708. Tollius *Insign. Ital.* p. 199.

cum aliqua lectoris utilitate coniuncta sit, eius tamen, qui sermonem alicuius in aliud idioma convertere instituit, limites egreditur, cum sine dubio hoc sit optimum interpretandi genus, cum simplicissime verbis auctoris inhaeretur, mente eius sine ambiguitate hinc inde excursionibus repraesentata. Possinus vero et excurrit creberrime, et praeterea genus loquendi sequitur fastuosius, ac altius verbis adsurgit, quam interpretem decere videbatur. Nos itaque superflua resecurimus, et quae pomposius dicuntur, tumoreque aliquo inflata sunt, ad modestiam redeamus, id ubique sedulo navantes operam, ut Macarii cogitata verbis in latino sermone perspicuis, planis et sponte fluentibus lectoribus exhibeantur. Qua in re quidem haud exiguae tolerandae nobis fuerunt molestiae, cum longe minus sit difficile, sua potius proferre, indolique suae accommodata, quam in aliorum laboribus emendandis occupatum esse. Neque tamen censeat lector velim, nihil in versione restare amplius, quod luxuriam Possini sapiat, aut alias in melius restitui non potuisset; satis nobis fuit, tantum hac vice praestare, quantum praestitimus, reliqua lectorum iudicio permittentes. Apophthegmata vero viro eruditissimo Io. Baptistae Cotelero, linguae graecae in academia Parisina Professori regio debemus, quae ipse, cum in bibliotheca Regia manuscripta inveniret, Tomo I Monumentorum Ecclesiae Graecae, Lutetiae Parisiorum anno MDCLXXVII prodeuntium, inserta edidit. Eiusdem quoque versionem retinimus, cum ipse auctorum verbis insistat pressius, et genus scribendi sequatur simplex, liquidum, et ab omni tumore ornatuque anxie conquisito alienum. Adiecta denique a nobis sunt fragmenta Macariana adhuc alia, quae auctores hinc inde evolutionibus se nobis obtulerunt.

XV. Nunc ad ipsum propius intuendum Macarium accedamus. Constare autem vel ex prima Operum eius inspectione poterit omnibus, virum fuisse Macarium ut sanctitatis studiosissimum, ita in rebus divinis et spiritualibus, si ullum alium, longe expertissimum, et admirandis gratiae divinae dotibus cumulate exornatum; quales qui sunt, illi vero maxime omnium existunt idonei, qui, qua luce divina illustrantur, alios perfundant. Si quis ergo est, qui, nucleo insuper habito, externo cortice delectatur, qui verborum flosculis ducitur, rebus contemptis, qui mente terrae affixa coelestia in minimis habet, cui nauseam creat, quidquid de carne cruci defigenda, et de perpetua mentis ad Deum elevatione dicitur, et qui denique, quidquid ad veram solidamque cum devotione pietatem attinet, in extremis curat: eum certum esse iubeo, nequaquam se, quod iuvare eius possit animum, hic reperiendum esse. Nam qui hac mente non est praeditus, ut posthabitis rebus sub adspectum cadentibus, immoto animi proposito desideris suis, et omnibus animae viribus in spiritualia divinaque feratur; et contra vel gloriae saltem suae inservit,

A vel vitae delicias et com | moda cupide consectatur: eidem non possunt non vel ingrata esse penitus et fastidio, vel plane non intelligibilia, quae ab animabus, totas se sublimioribus cogitationibus dudentibus, et a divino Spiritu copiosius illustratis, de salutis humanae negotio Deique in animas operatione praeclare disserunt. Sed qui impulsu divini excitationis sibi iam attendere incipit, et id ea cum cura, quam negotii exposcit sublimitas; qui quam nihil ad veram hominis constantemque et aeternam conferant felicitatem omnia, quae lapsa in peccatum perditaeque tam magni aestimat natura humana edoctus, iam ad Deum, beatitudinis omnis fontem, et ad Dei propiorem coniunctionem sollicite aspirat, et de obtinenda animae suae salute decenter satagit: ille demum in Macario offendet, unde abundantissime ipse sitim suam restinguat.

XVI. Quid enim in iisdem occurrit aliud quam sanissima illa saluberrimaque in omnem Christianismi partem dogmata? Lapsu humanum genus in peccatum miserrime esse corruptum et deformatum, ut aversae iam a Deo mentes hominum ab adversaria maligni spiritus potestate in omni generis grandia peccata abripiantur. Inde divina gratia esse opus, ut tam male se habens ex peccato mortalium genus convalescat. Hanc vero nunquam non in animam hominis potenter operari, ut ipsa erepta adversario suo in libertatem adseratur; desperandum esse homini de suis viribus, nisi ipsi a Spiritu coelesti gratiose subveniatur. Christum a Deo hominibus destinatum re | demptorem et omnes homines profuso sanguine expiasse, et in omnium salutem hominum solerter incumbere. Quod tam frequenter, tamque dilucide inculcat Macarius, ut Io. Gerhardus Vossius, vir in evolvenda antiquitate diligentissimus, in doctissimo Historiae Pelagianae opere, cum id probare debet, Macarium in doctrinae tam salutaris testem creberrime excitet. Quam porro docet egregie, quantis insidiis satanas animas hominum circumveniat, quamque constanter hominum salutem evertere studeat. Quanta certamina homini salutem acquisituro, quam vehementia, quamque difficilia per omne vitae tempus sint sustinenda. Quanta cum devotione et quam ardentem semper preces ad Deum sint fundendae. Quam diligenter ad res divinas omnes animi cupiditates sint alligandae. Et denique, ut breviter complectar omnia, quid natura sit et gratia, quibus signis utraque dignoscatur: quo certe in capite summam sapientiae consistere apud Christianos omnium est certissimum. Et profecto vix videre ex veteribus contigit ullum, unde tam luculenter divinae gratiae operationes et indolem licuit addiscere.

XVII. In pulcherrimo vero hoc corpore si quidam deprehendantur naevi: quid mirum est, si et Macarius fuerit homo errandi facilitati expositus? Nec ex omni antiquitate sisti possit ullus, qui labia omnis et erroris fuerit expertus! Statuerit ergo Maca-

rius, angelis quoque esse corpus quoddam tenue (1): A condonemus ipsi qualemcumque hunc errorem, cum Patres Ecclesiae venerandi nominis, vel | uti Basilius, Ephrem, Cyrillus Alexandrinus, Tertullianus, Augustinus, Hilarius, Fulgentius, Arnobius, Cassianus, aliique plures, adnotante etiam Possino, eundem erraverint. Si quae et porro sunt in dogmatibus fidem attinentibus, in quibus minus recte sensisse videtur, ea in ipsum utamur animi aequitate, quam reliquis Patribus graviter aliquando hallucinantibus haudquaquam invidemus. Nam id et charitas Christiana exposcit, et sine summo Chri-

stianae religionis detrimento omitti nequit. Cum enim in palmariis et capitalibus fidei sanctissimae capitibus rectas aliquis fovet opiniones, si propter quaedam minus bene dicta condemnetur statim, censentur reliqua quoque eius esse erronea et condemnanda. Quo casu saepe contingere videas, ut, quae admirandae in religionem Christianam utilitatis esse, et rem pietatis strenue adjuvare poterant, cum ipsa pietate flocci fiant et proscribantur.

XVIII. Restat ut testimonia aliqua de Macario subiiciamus.

Suidas in Macario.

Duo fuerunt Macarii eiusdem nominis atque de- B cantati propter exercitia studiorum, vitam, mores atque disciplinam. Alter quidem Aegyptius, qui miracula edebat, ac religiosa cautione in eos, | qui se conveniebant, erat severus. Alter Alexandrinus per omnia similis Aegypto et humanus : adeo humanus erat erga eos, qui se conveniebant, ut lepida urbanitate utendo juvenes ad exercitia provocaret. Horum Evagrius discipulus factus, factis philosophiam exercuit, qui prius verbis duntaxat philosophabatur. Qui Constantinopoli a Gregorio Theologo in diaconorum adscitus est ordinem, quin etiam in Aegyptum profectus, in praedictos incidit viros, atque illorum vitam aemulatus est. Ab hoc libri valde graves et serii conscripti sunt, quorum unus *Monachus* sive de vita activa inscriptus est; alter *Gnosticus* sive de iis qui cognitionis munere donati sunt; capita vero eius libri sunt quinquaginta; tertius *Antirrheticus* adversus tentantes daemones octo distinctus partibus, secundum numerum octo cogitationum. Item sexcenta Prognostica Problemata, et Elementaria duo, unum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viventes, alterum ad virginum coetum. Atque haec sunt eius verba: *Necesse est, ut vias eorum, qui praecesserunt, monachorum sedulo indagemus, et ad eorum normam dirigamur. Multa ab iis et dicta et facta sunt certe, inter quae et hoc quispiam dixit, aridiorem et asperam vivendi rationem cum charitate copulatam celerius perducere monachum ad adfectionum vacuitatem.*

JO. TRITHEMIUS DE SCRIPTORIBUS ECCLESIAE.

Macarius Monachus Aegyptius, et beati Patris | Antonii quondam discipulus, vir devotus et sanctissimae conversationis, de quo multa miracula narrantur, quomodo etiam mortuorum voces de sepulcris pro fidei confirmatione impetravit. Claruit multa sanctitate sub Constantino et Constantio Principibus anno Domini 350. Cuius gesta habentur in Vitis Patrum.

MYSTER. INIQUITAT. AUCTORE M. B. F. B. pag. 209.

B. *Macarius scriptor religiosissimus, et de quo B. Arndus mihi confirmavit, fuisse, cum illum verbotenus posset libro seposito recitare.*

Δύο ἐγένοντο Μακάριοι ὁμώνυμοι καὶ περιβόητοι δι' ἀσκησίν, διὰ βίον, διὰ τρόπον, διὰ τὰ μαθήματα. ὁ μὲν Αἰγύπτιος θαυματουργὸς ἦν, καὶ μετὰ τοῦ εὐλαβοῦς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀσσηρὸς ὁ δὲ Ἀλεξανδρεὺς κατὰ πάντα ὢν παραπλήσιος τῷ Αἰγυπτίῳ καὶ Ἰακρός. οὕτως Ἰακρός ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἤγε πρὸς αὐτὸν σκησίν. τούτων Εὐάγριος γενόμενος μαθητὴς τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτίσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὢν ὃς ἐν Κωνσταντινίου πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου εἰς τὴν τοῦ διακόνου προεχειρίσθη τάξιν· ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν Αἰγύπτου καταλθὼν, καὶ τοὺς προλεχθεῖσιν ἐντυχῶν ἀνδράσι, τὸν ἐκείνων βίον ἐξήλωσε· τοῦτ' αὖ βιβλία ἔγαν σπουδαία συγγέγραπται· ὧν τὸ μὲν *Μοναχός* ἢ περὶ πρακτικῆς ἐπιτελεῖται· τὸ δὲ *Γνωστικός* ἢ περὶ τῶν καταξιοθέντων γνώσεως· κεφάλαια δὲ αὐτοῦ πενήκοντα· τὸ δὲ *Ἀντιρρητικός*, πρὸς τοὺς πειράζοντας δαίμονας, ἐν ἑκτῷ διηρημένον μέρει, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτώ λογισμῶν· καὶ ἑξακόσια προγνωστικὰ προβλήματα· καὶ στιχηρὰ β', ἐν πρὸς τοὺς ἐν κοινωβίοις ἢ συνοδίας μοναχοὺς, καὶ ἐν πρὸς τὴν παρθενίαν· καὶ φησι κατὰ λέξιν· οὕτως ἀγακταῖον τὰς ὁδοὺς τῶν προοδυσάντων μοναχῶν ὀρθῶς διερωτῶν, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι· πολλὰ γάρ ἐστιν ὅσα αὐτῶν τὰ βηθέντα καὶ πραχθέντα καλῶς, ἐν οἷς καὶ τοῦτό τις ἔφησε, τὴν ξηροτέραν καὶ ἀνώμαλον διαίταν, ἀγάπη συζηυχθεῖσαν, ὅσῳ διαίτῳ τὸν μοναχὸν εἰς ἀπάθειαν.

D PETRUS POIRET DE ERUDITIONE SUPERFICIARIA p. m. 202.

Macarii Aegyptiaci admirabiles et divina prorsus sapientia abundantes Homiliae.

XIX. Nihil nunc restat amplius, quam ut lectorem benevolum rogemus, aegre ne ferat, si menda typographica forte alicubi occurrant. Neque enim adesse licuit speciminum emendationi. Si quae vero relegendi Macarium se obtulerunt, ea in calcem libri adnotavimus; quae tollantur licet, antequam ad librum legendum fiat accessio. Deum vero oramus supplicibus precibus, ut libri huius lectoribus

NOTAE.

(1) *Macar. Homil. IV § 9 p. 47, 48, De elevat. mentis cap. VI p. 115. Petavius Tom. III Dogm.*

Theol. lib. I de Angel. cap. II. Dallaeus de usu Potrum p. m. 268.

sui spiritus impertiat gratiam, et, quo usus est in- A tatem, nullis temporum periodis terminandam viam.
strumento ad demonstrandas exuberantes suas divi- dignetur dirigere. Scripsimus Lipsiae in urbe pa-
tias spirituales, Macario, eius divinissimis scriptis tria die IX Martii Anno recuperatae salutis cō-
multas ad se allicere, et in rectam, quae ducit ad felici- loc Ic. |

| SERIES eorum, quae in hoc libro de Macario continentur.

I	<i>De Custodia Cordis.</i>	1
II	<i>De Perfectione in Spiritu.</i>	33
III	<i>De Oratione.</i>	50
IV	<i>De Patientia et Discretionē.</i>	70
V	<i>De Elevatione Mentis.</i>	108
VI	<i>De Charitate.</i>	136
VII	<i>De Libertate Mentis.</i>	181
VIII	<i>Apophthegmata Macarii a Petro Possino edita.</i>	251
IX	<i>Apophthegmata Macarii a Io. Baptista Cotelerio edita.</i>	235
X	<i>De Macario Relatio ex Hieronymo.</i>	270
XI	<i>De Macario Relatio ex Palladio.</i>	273
XII	<i>De Macario Excerpta ex Cassiodoro.</i>	279

[Sequuntur Opuscula pag. 1-283, tam « Index rerum et verborum » et « Index locorum Scripturae quae in his Opusculis obiter explicantur. »]

* Leg. Cassiano. Cassiodorum cum Cassiano confundit Pritius. Edit.

ANDREAE GALLANDII PRESBYTERI CONGREGATIONIS ORATORII

PROLEGOMENA

IN VITAS ET SCRIPTA SS. MACARIORUM AEGYPTII ET ALEXANDRINI.

(Bibl. veterum Patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum T. VII. p. III-VI.)

[Pag. III] *De S. Macario Aegyptio.*

I. *Macarius senior genere Aegyptius, et Magni cognomentum adeptus* (1), florente adhuc aetate monasticum institutum amplexus est. Quo quidem tempore virtutibus atque austero vivendi genere adeo enituit, ut *μακαριοτέπων*, id est *puersenes*, a monachis vocaretur (2), quoniam citius quam pro aetate in monasticae disciplinae studiis profecerat. Deinceps vero in intimam solitudinem secedens, in Sceti sedem posuit (3). Ubi egregiis religiosae vitae certaminibus inclutus, pluribusque gratiae donis divinitus cumulatus, annos natus quadraginta ad sacerdotium evectus est. Magno Athanasio aequalis, Magno quoque Antonio familiaris (4), ex hac vita migravit nonagenarius, postquam ipsos annos sexaginta solitariam vitam egisset, Palladio teste, qui et praecara eius facinora pluribus edisserit (5). « Quid ego narrem, » inquit Hieronymus (6), « *Macarios, Arsenios, Serapionas et reliqua columnarum Christi nomina?* » Eius memoria in Ecclesiae Latinae fastis die XV Januarii recolitur.

II. Non solum autem vitae sanctioris institutis eximius existit *Macarius Aegyptius*, sed etiam doctrina praestans sacrarumque literarum scientia apprime excultus fuisse comperitur. Sub eius nomine circumferuntur Homiliae quinquaginta *de integritate quae decet Christianos*, spiritualis succi plenae. Has primus ex codice Bibliothecae Regiae graecae latineque edidit Parisiis Joannes Picus, in senatu Parisiensi classium inquisitoriarum vices; eademque editio cum Gregorii Thaumaturgi et Basilii Seleuciensis operibus ibidem iterum prodijt anno 1621. Antea vero, anno scilicet 1594, ex versione Zachariae Palthenii Friedbergensis Francofurti fuerant eadem Homiliae secundo evulgatae. Atque hanc posteriorem editionem, graeco textu ex mss. codicibus, quos in suis *Ecclesiae Graecae Monumentis* excitavit Cotelerius, potissimum recensito, ac versione Paltheniana subinde castigata, rursus prelo commisit Lipsiae anno 1698 Joannes

NOTAE.

(1) Pallad. Hist. Laus. cap. 20 p. 924; Apophthegmata Patrum ap. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 537.

(2) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14.

(3) Pallad. l. l. cap. 49 p. 924.

(4) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 530 sq.;

Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 806 Not. IV sur S. Macaire.

(5) Pallad. l. l. cap. 49.

(6) S. Hieron. Ep. CVIII al. XXVII ad Eustoch. § 14, S. Hieron. Opp. ed. Veron. T. I p. 698 [Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 890].

Georgius Pritius additis praeterea septem opusculis asceticis, a Petro Possino in *Thesaurō Ascetico* primum in lucem eductis, subiectisque simul eiusdem sancti abbatis Apophthegmatis cum Possinianis tum Cotelorianis, nec non excerptis, quae de nostro Macario in Vitis Patrum et apud Palladium atque Casianum habentur. Quam propterea editionem ceteris auctiorem accuratioremque typis excudendam consignavimus.

III. De Homiliarum porro integritate ut paucis agamus, earum auctorem Macarium Aegyptium agnoscunt non solum impressi codices, verum etiam mss. complures, quos laudant Montfauconius (7) et Fabricius (8). Neque vero hac de re unquam suborta fuerat dubitatio, donec alium ab Aegypto Macarium, Amathae socium et Magni Antonii discipulum, excogitare placuit Petro Possino, eumque sive Homiliarum quinquaginta, sive septem Opusculorum asceticorum ab se editorum parentem statuere (9). Verum viri docti placita non esse omnino admittenda, pluribus evincunt Caveus (10) et Pritius (11), sed maxime Tillemontius (12). Atque hinc etiam respuenda Oudini sententia, qui eiusmodi scripta, de quibus loquimur, ad Marcum Ἀσκητήν seu *Exercitorem*, Macarii iunioris discipulum, spectare arbitratur (13). Quorum quidem virorum cll. iudicium non minimum confirmare videtur Ioannes, patriarcha Antiochenus, in Oratione quam vulgavit Cotelierus. Sic enim ille (14) : « A divinis sanctisque patribus nostris Athanasio, Basilio, Nysseno, aliisque eorum temporum editi sunt ascetici atque a Deo inspirati libri, qui comunitur vendendi et vivendi rationem, omnemque absolutae monachorum vitam et institutionem praestituunt; sed et qui primum in Aegypto compositus fuit maximus liber sanctorum Senum Scetis, Thebaidis et Libyae, complectens ordine alphabetico sacra eorum gesta et dicta. Quia vero per gratiam Christi etiam multi in disciplinis exercitati ac philosophi saeculi, angustam et arctam viam sectati, monachi sanctique evaserunt, conscripserunt illi quoque non paucos libros divinitus inspiratos, qui sic inscribuntur : LIBER..... SANCTI MACARII » cet. Ex quibus intelligas, et *Scetis* solitudinem heic nominari, quam incoluisse Macarium Aegyptium superius ex Palladio didicimus, et *Macarii librum* laudari, quem eidem abbati Aegypto iure adscribas. Alter enim, Alexandrinus, in *Celliis* habitasse traditur, ut mox videbimus.

IV. Idem porro ferendum videtur iudicium de septem Opusculis asceticis a Possino in vulgus emissis : eorum nimirum auctorem unum eundemque cum illo (15) esse, a quo fuere Homiliae conscriptae. Etenim praeterquam quod res ipsae, quae utrobique ferme edisseruntur, unum scriptorem produunt (16), et Macarium quidem Aegyptium cognomento Magnum, accedit in primis ms. codicis fides quo usus est Possinus, ut ipsemet testatur his verbis : « Septem, » [P. IV] inquit, « Opuscula unius sunt auctoris *Macarii Magni*. prout diserte singulorum titulus signabat in codice Turriano. Erant autem ea ibi non uno continue ductu expansa, sed in duo separatim, multis interpositis, divisa systemata *nominis eiusdem*. Priori siquidem hic praefigebatur index : *Macarii Magni de custodia cordis* (17) » cet. At vero non est heic dissimulandum, quod ex Joannis Mariae Brasichellani Expurgatorio Indice in literas retulit Labbeus (18). Sic autem locus se habet : « Illud opportune observamus, quaedam illis [Homiliis] inesse obscura, ambigua et a proprio exactoque more loquendi theologorum quadamtenus aliena, proinde que cum iudicio et circumspecte legenda. Et subest suspicio, ne ab aliquo Pelagiano sint alicubi interpolatae. » Haec ibi. Quem in locum lectorem haud pigeat laudatum subinde Tillemontium adire (19), sed in primis ipsummet Opusculorum editorem Possinum (20).

V. Alia praeterea nonnulla de iisdem Macarii Homiliis observare nostra interest. Ev primum quidem homiliam XXV sub titulo *De libero arbitrio* fuisse olim inter Basilianas recensitam, ut probe intellexit eruditus Bengelius (21). Neque id sane olfecit Combefisius, qui eandem propterea, tanquam integram Basilii Magni foetum existimans, suo Ecclesiastae graeco intexuit (22). Verum Garnierius, doctissimus Basilianorum Operum editor, quamvis legitimum laudatae homiliae parentem Magnum Macarium haud agnoverit, eam tamen sancto Basilio perperam fuisse adscriptam pluribus a contextu ac stilo ductis rationibus demonstravit (23); quam proinde in appendicem reiecit (24). At vero acrem viri

NOTAE.

(7) Montf. Bibliotheca Bibliothecarum manuscriptorum nova Paris. 1739 fol. T. I p. 67 C.

(8) Fabric. Bibl. Graec. T. VII p. 492 [ed. Harles Hamburg. 1802 T. VIII p. 363 not.]

(9) Possin. Prolegom. ad Thesaur. Ascet. § VI.

(10) Cave Hist. Lit. [ed. Basil. 1741] T. I p. 256.

(11) Pritius Praef. ad Macar. Opusc. § VIII sqq.

(12) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 619.

810 Not. X sur S. Macaire.

(13) Oudin de Scriptt. eccl. [Lips. 1722] T. I p. 478.

(14) Joan. Antioch. apud Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 66 § V.

(15) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 610.

Pritius l. 1. § XI.

(16) Possinus l. 1. § VI sub fin.

(17) Ibid. § IV.

(18) Labbe Dissert. hist. de Scriptt. eccl. T. II p. 41.

(19) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 810 Not. X sur S. Macaire.

(20) Possin. l. 1. §§ VI sub fin. VII ac VIII.

(21) Bengel. in not. ad Gregor. Thaum. panegy. in Originem p. 255.

(22) Combefis. Eccl. Graec. P. I p. 455.

(23) Garnier Praef. ad S. Basilii Opp. T. II § VIII p. XXVI-XXVIII.

(24) Id. ibid. p. 613.

critici censuram emollire placet mitiore iudicio, quod post Dupinium tulit cl. Tillemontius his verbis : « Le style en est simple, et l'on voit sans peine que c'est un solitaire qui parle du cœur, sans affectation, sans ornement, et quelquefois aussi sans ordre (25). » Admonendum praeterea, homiliam ex Macarianis XXXVII *De paradiso et lege spirituali* inscriptam prooemio ad Opuscula Marci Eremitae asceptica integram fuisse intextam. Quae quidem hactenus observata, si aevo superiore ac nostro fuissent nonnullis eruditis viris comperta, neque fidenter nimis pronuntiassent, ut arbitror, aliquot nimirum aliorum scriptorum homilias Macarianis insertas deprehendi, neque adeo de legitimo earum auctore Macario Aegypto suspicionem admisissent ingessissentque.

VI. Quod superest, de locis Novi Testamenti a Macario recitatis varia observat Millius (26), quae heic excutere neque vacat, neque libet. (Quae vero sententia de hac ipsa re absque ullo vade a Weststenio profertur (27), loca scilicet sacrae Scripturae in codicibus Macarii editis ad Vulgatam latinam conformata esse vel potius detorta, neque nobis probatur, neque ulli qui recte sapiat admittenda videtur. Quod enim ait, neminem ex Graecis umquam legisse Μαμβρη̄ς ad II. Tim. III, 8, id equidem ab eo dictum nollem. Nam eiusmodi lectionem agnoscunt Constitutiones Apostolorum (28), auctor Synopseos Scripturae sacrae Magno Athanasio tributae (29), atque Antiochus monachus (30), quamvis, ne quid dissimulem idem alibi (31) legat Ταμβρη̄ς, ut omittam interim Origenis interpretem in Matthaeum (32) aliosque veteres, quos apud Cotelierium (33), Fabricium (34) et Wolfium (35) videas. Quid plura? Vel ipsum Weststenium sententiam deinceps mutasse comperimus, quippe qui nostrum Macarium recenseat (36) inter graecos Ecclesiae scriptores, qui ad laudatum Apostoli locum Μαμβρη̄ς legisse noscuntur. At de his satis.

II.

De S. Macario Alexandrino.

I. Macarius iunior, domo Alexandrinus, cum Macario Aegypto aetate coniunctus, sed ipsi superstes, monasticae disciplinae primum sese addixit, Magno Antonio magistro usus; serius vero presbyter ordinatus Celliorum, τῶν λεγομένων Κελλίων, teste Palladio (37); ac demum archimandrita Nitriensis. Celliorum item mentio in Apophthegmatis Patrum (38): ἦν τις γέρων εἰς τὰ Κελλία. Locus nimirum celebris, inquit Cotelierius (39), in Aegypti eremo, a multitudine cellularum nuncupatus Cellia, Cellae, Cellulae. Eundem porro Macarium πολιτικόν, id est *urbicum*, fuisse appellatum produnt veteres Sozomenus (40), collector Apophthegmatum Patrum (41), nec non Philippus Sidetes (42), qui et eum scholae catecheticae Alexandrinae praefuisse ob singularem eius doctrinam tradit. Eo autem sensu πολιτικὸς dictus existimatur, quod non ita eremum incoleret, ut vulgo solebant reliqui ascetae, sed quod partim in solitudine, partim ἐν τῇ πόλει, in *urbe*, videlicet Alexandrina, vitam ageret, catecheseων nimirum doctor. Praeclara eius gesta fuse describit Palladius (43), qui [Pag. V] eum probe noverat; atque alibi praeterea testatur (44), ipsum in iis, quae sunt monachorum praecipua, primas partes egisse. Qui tandem omnibus fere arctioris disciplinae exercitationibus perfunctus, ut verbis utar Sozomeni (45), anno demum Christi CCCXCIV aut CCCXCV ineunte grandaeus supremum diem obiisse videtur (46). Eius dies festus in Ecclesia quidem latina die II Ianuarii, apud Graecos vero XIX eiusdem mensis peragitur (47).

II. Exstat in Codice Regularum a sancto Benedicto Anianensi abbate olim contexto *sancti Macarii Alexandrini abbatis Nitriensis Regula ad monachos* (48). De hac porro nonnullis viris eruditus visus est verba fecisse Gennadius (49), quam tamen Macario seniori Aegypto adscripserit. Aevo autem posteriore duo exstiterent scriptores anonymi, qui Regulae Macarianae meminere. Et alter quidem in Vita sancti Joannis, abbatis Reomaensis, cuius haec sunt verba: *Studuit denuo ipse [Joannes] salubria dogmata sub*

NOTAE.

- (25) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 619.
 (26) Millius Prolegom. ad N. T. Gr. §§ 819-820.
 (27) Wetsten. Prolegom. ad N. T. Gr. ed. Semler p. 186.
 (28) Const. Apost. lib. VIII cap. 1.
 (29) S. Athan. Opp. ed. BB. T. II p. 132 [ed. Bened. Patav. 1777. T. II p. 101].
 (30) Antioch. Hom. XXXII p. 69.
 (31) Id. Hom. LVI p. 103.
 (32) Orig. in Matth. tract. XXVI, XXVII, Opp. ed. Benedict. [Delarue] T. III p. 848. 916.
 (33) Cotelier. ad Const. Apost. l. I.
 (34) Fabric. Cod. pseudoep. Vet. Test. T. I p. 816; Ei. Cod. apocr. N. T. I p. 249. 342.
 (35) Wolf. Cur. crit. et philol. T. V p. 522.
 (36) Wetsten. in not. ad N. T. Gr. T. II p. 362.
 (37) Pallad. Hist. Laus. cap. 20 p. 924.
 (38) Apophth. Patr. apud Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 383 § IV.
 (39) Cotelier. ad l. I. p. 802 B.
 (40) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14.
 (41) Apophth. Patr. l. I. p. 537 § XXI.
 (42) Philip. Sid. apud Dodwell. ad lin. Dissertat. Iren. p. 488.
 (43) Pallad. l. I.
 (44) Pallad. Hist. Laus. cap. 49 p. 920.
 (45) Sozom. l. I.
 (46) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 648.
 (47) Menol. graec. ed. Urbin. 1727 P. II p. 121.
 (48) Holsten. Cod. Reg. p. 43-50.
 (49) Gennadius de viris illustribus cap. 10.

regulari tenore, quem beatus MACARIUS Aegyptiorum indidit monachis, ministrare (50). Alter vero sancti Philiberti, abbatis Gemeticensis et Heriensis I, res gestas literis tradens: *Basilii sancti charismata, inquit, MACARII regulam, Benedicti decreta, Columbani instituta sanctissima lectione frequentabat assidua* (51). Utri autem Macario, Aegyptione an Alexandrino, uterque biographus Regulam eiusmodi tribuat, haud plane liquet; minus enim accurate Macarios distinxisse sequioris aevi scriptores noscuntur. Eos tamen, quorum verba modo protulimus, de Macario potius Alexandrino, quam Aegyptio esse accipiendos, cum Holstenio (52) existimaverim equidem. Constat enim, Aegyptium et seniore altero et multo celebriorem existisse, Magni propterea cognomentum adeptum; Alexandrinum vero *urbici* tantum vocabulo ab alio fuisse discretum: ut proinde seri scriptores, Macarii simpliciter mentionem iniicientes, Alexandrinum magis quam Aegyptium plura laudis insignia consecutum respexerint. Verum, ut ut res se habeat, non est cur demum a vetusti codicis scriptura, quem Benedictus Anianensis abbas descripsit, recedamus, ubi Regula, de qua loquimur, Macario Alexandrino diserte adscribitur. Idem porro dicendum de Epistola monachis inscripta eidemque Regulae adjecta. Et in hanc quidem sententiam plura eruditissimus Tillemontius, qui praeterea Gennadii verba excutiens, eius auctoritatem merito elevare comperitur (53).

III. Sub huius item Macarii Alexandrini nomine habetur *Sermo de excessu iustorum et peccatorum, quorum scilicet eorum animae e corpore demigrent et quomodo se habeant*. Hunc vero sermonem primus in lucem extulit Guilielmus Caveus ex ms. codice Bibliothecae Paulinae Lipsiensis, Henrico Warthono interprete usus (54). Postmodum vero ex eodem ms. Lipsiensi, cum duobus codicibus Viennensibus collato, iterum velut adhuc ineditum vertit evulgavitque Jacobus Tollius (55), quam quidem posteriorem editionem altera exactiorem secuti sumus. Licet autem codices cum Lipsiensis tum unus ex Viennensibus Macario Alexandrino huiusmodi opusculum adserant, alter tamen eiusdem Bibliothecae Caesareae codex membranaceus Macarii Alexandrini discipulo illud vindicat. Sic enim ibi: *Τοῦ ἀγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρείως ὁ μαθητῆς διήγησατο, ὅτι πρὸς κ. τ. λ.* Ceterum de visione in eo sermone relata sinistrum editoris utriusque iudicium satis corripit atque emendat par Magni Antonii διήγημα, quod legas apud Palladium (56), ut opportune advertit Fabricius (57). Neque deesse complura huic assinia in Vitis et Apophthegmatis Patrum, iam norunt eruditi.

IV. His porro hactenus recensitis Opusculis subiicitur *sanctorum patrum, Serapionis, MACARII, Paphnutii et alterius MACARII abbatum Regula ad monachos*, cui aliae duae praeterea accessere; quae quidem ex codice Regularum Holsteniano desumpsimus. Consentant autem merito ac iure, ut videtur, viri eruditissimi (58), duos Macarios hoc loci memoratos illos esse celeberrimos anachoretas, de quibus superius verba fecimus, Aegyptium videlicet atque Alexandrinum. Rufinus: « Per idem tempus, » inquit « patres monachorum vitae et sanctitatis merito, *Macarius* et Isidorus, aliusque *Macarius* atque Heraclides et Pambus, Antonii discipuli, per Aegyptum et maxime in Nitriae deserti partibus habebantur; viri qui consortium vitae et actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis angelis habere credebantur (59). » Et infra: « Florebat igitur Aegyptus ea tempestate non solum eruditis in Christiana philosophia viris, verum etiam his, qui per vastam eremum commanentes, signa et prodigia Apostolica simplicitate vitae et cordis sinceritate faciebant. Ex quibus interim, quos ipsi vidimus et quorum benedicti manibus meruimus, hi sunt: *Macarius* de superiori eremo, alius *Macarius* de inferiori (60) cet. » At vero Serapion, qui primum in Regulae inscriptione locum obtinet, vel ipso Macario Aegyptio antiquior in solitudine fuerit, dictus propterea Palladio (61) et Sozomeno (62): *Σεραπίων ὁ μέγας, magnus ille Serapion*. Paphnutius autem eidem Palladio plurimum commendatur (63).

V. Huiusmodi syllogen claudit *Regula orientalis ex Patrum orientalium Regulis collecta a Vigilio diacono*. De opusculo eiusque auctore Gennadius haec habet: « *Vigilius* diaconus composuit ex traditione « patrum *Monachorum Regulam*, quae in coenobio ad profectum fratrum in conventu legitur, breviate « et aperto sermone totius monasticae professionis in se tenentem disciplinam » (64). Ad quem locum non exstare hanc opellam adnotat Fabricius, quod sane mirari subit. Eandem quoque Regulam memorant praeter Honorium Augustodunensem (65) et Trithemium (66), Annales Trevirenses (67). Neque

NOTAE.

(50) Mabillon AA. SS. O. S. Bened. Saec. I p. 614 § VIII.

(51) Ibid. Saec. II p. 785 § V.

(52) Holsten. Cod. Reg. p. 45.

(53) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 618. 809. Not. VIII sur S. Macaire.

(54) Cave Hist. Lit. T. I p. 258.

(55) Jacobi Tollii Insignia Itiner. Ital. p. 192-199.

(56) Pallad. Hist. Laus. c. 27 p. 941.

(57) Fabric. Bibl. Graec. T. VII p. 495 [ed. Harles l. T. VIII p. 366]; Ei. Cod. apocr. N. T. T. II p. 949 not. (1).

(58) Bulteau Hist. de l'Ordre de S. Benoît p. 130. Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 618.

(59) Rufn. Hist. Eccl. lib. II cap. 4.

(60) Id. ibid. cap. 8.

(61) Pallad. Hist. Laus. cap. 147.

(62) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14.

(63) Pallad. l. I.

(64) Gennadius de viris illustribus cap. 51.

(65) Honor. Aug. de scriptoribus eccl. lib. II cap. 50.

(66) Trithemius de scriptoribus eccl. cap. 138.

(67) Annal. Trev. P. II cap. 1.

illam ignorarunt sanctus Benedictus [Pag. VI] Anianensis et Smaragdus abbas, qui et superiorem *Macarii Alexandrini*, et alteram pariter *sanctorum Patrum* non solum saepius laudarunt, sed multa etiam inde capita, ille quidem in concordiam Regularum, hic vero in expositionem Regulae sancti Benedicti, transulisse perhibentur, ut monet Holstenius (68).

NOTAE.

(68) Holsten. Cod. Reg. p. 25. 45. 156,

CASIMIRUS OUDINUS

DE SS. MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

[Casimiri Oudini Commentarius de scriptoribus Ecclesiae antiquis illorumque scriptis Francof. ad Moenam 1722 fol. T. I p. 474-480.]

Macarii tres monachi. Hos simul iungimus, cum disiungi vix possint, atque ad distinctionem a se mutuo magis perspicuam simul iconiungi conveniat. Vixerunt hi tres eodem tempore, atque magistri eiusdem Antonii discipuli pariter exstiterunt. De quorum primis duobus hic inserendis loquuntur Socrates *Hist. Eccl.* lib. IV cap. 23, Sozomenus lib. III cap. 14, Theodoretus lib. IV cap. 21, Palladius *Hist. Laus.* capp. 19 et 20. Horum primus Macarius, gente Aegyptius, monachus Scetensis, Magni Antonii discipulus claruit ab anno 350. Qui in iuventute adhuc constitutus ita virtutibus monasticis et austero vivendi genere excelluit, sibi semper praesens et gravis, ut a fratribus *παραπολιτῶν* vocaretur. Annos natus quadraginta ad presbyterii gradum evectus est. Miraculis et prophetia clarus tot sanavit aegros, tot a daemone obsessos liberasse dicitur, ut Socrate teste miracula ab eo patrata speciale opus exigent. Nihil mirum vero, tam celebrem inter monachos [Pag. 475] virum fuisse etiam inter Scriptores ecclesiasticos successu temporis recensitum. Illos enim insignes homines monachi sequiorum temporum pro viribus inter doctos etiam suppositis Operibus allegerunt. Hunc Macarium inter Scriptores non omisisset Hieronymus, si tempore suo aliquid sub Macarii nomine exstisset. Annis circiter centum post Hieronymi aetatem Gennadius Massiliensis presbyter retulit hunc Macarium inter Scriptores ecclesiasticos libro *De viris illustribus* cap. 10, cui unicum duntaxat attribuit Epistolam, quippe cum tunc temporis haec tantum sub Macarii celeberrimi nomine prostaret. Socrates, qui illorum Macariorum virtutes *Hist. Eccl.* lib. IV cap. 23 magnifice extollit, de scriptis silet, quamvis ibidem Evagrii illorum discipuli Opera positive recenseat. Nihil ergo sub Macariorum nomine tempore Socratis exstabat scriptum, quod sane dicere tam praeclara occasione data non omisisset; quorum et Apophthegmata illic refert, sicut et Palladius l. 1. Audacior sane Graecia ac monachismus recentior, qui erubisset, si nihil sub Macariorum nomine scriptum exstisset. Sub falso igitur *S. Macarii Senioris et Aegyptii*, quem unicum duntaxat scripsisse Epistolam voluit l. 1. Gennadius, productae *Homiliae spirituales quinquaginta de integritate quae Christianos decet.* Exstant graece et latine Parisiis 1559 in-8, deinde cura Zach. Palthenii Francofurti 1594 in-8, denique cum Operibus Gregorii Thaumaturgi Parisiis in fol. anno 1622. Quas cum Caveus, si recte sensisset, ceu supposititias nulloque antiquitatis testimonio fultas proscribere debuisset, ab aliquo forsitan sequioris saeculi interpolatas dixisse satis habuit. Illas Petrus Possinus e Soc. J. in *Prolegomenis* ad Thesaurum Asceticum graece et latine impressum in-4 anno 1684 Tolosae apud Guilielmum Bosch, censet pertinere ad Macarium iuniorem Aegyptium eodem tempore illustrem: quae contentio modici momenti est, cum uterque et senior et iunior tempore eodem vixerint. Ego ob veterum de his Operibus silentium utrique Macario Homilias istas opinor suppositas a monachis graecis ad maiorem Macariorum nominis famam. Omisso veterum de his Operibus silentio dico tum *Epistolam* illam, de qua loquitur Gennadius, tum has *Quinquaginta Homilias*, de quibus supra egimus, non posse esse Macarii illius Aegyptii, sive senioris, sive iunioris, qui seniori synchronus erat atque aetate duntaxat iunior. Rationem optimam affero Pelagianismum subtilissimum atque purissimum, quo et *Epistola* et *Homiliae* plenae sunt, ut attente legenti constabit. Erant autem hi tres Macarii mortui omnes ante Pelagianam ortam haeresim, unde scripta illa ad Macarios istos pertinere nullatenus possunt. De *Epistola*, quae interiit, expressum est Gennadii qui legerat testimonium ex libro *De viris illustribus* cap. 10 his conceptum verbis: « Macarius monachus ille Aegyptius, [Pag. 476] signis et virtutibus clarus, unam tantum ad iuniores professionis suae scripsit Epistolam, in qua docet, illum perfecte posse Deo servire, qui conditionem creationis suae cognoscens ad omnes semetipsum inclinaverit labores, et luctando atque Dei adversum omne quod in hac vita suave est auxilium implorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam velut naturae debitum munus obtinuerit. » Continentiam enim esse munus naturae debitum, non gratiae, doctrina Pelagiana praesus est contra Salomonem *Sap. VIII, 2* et *X, 2*,— Apostolum *Gal. V, 23*: *Fructus autem*

Spiritus est cet. fides, modestia, continentia, castitas. Quod etiam hae *Quinquaginta Homiliae* ad Macarium istum, atque alios eiusdem temporis duos nullatenus spectent, his duobus affirmo argumentis :

Primum. Homiliae istae non sunt proprie homiliae ad populum habitae, sed tantum farrago quaedam ab aliquo archimandrita collecta ac privatim composita, quae interdum quidem homilias continet, interdum vero Quaestiones varias et Responsiones nullam homiliarum speciem habentes, quas consarcinator pro captu, absque connexionem simul collegit. Ex inspectione et lectione illarum res constare potest, quod non diffitetur Elias du Pin *Nov. Biblioth. Scriptt. Eccles.* Tom. II Saec. IV pag. mihi 70. Nam ad finem homiliae VI *de oratione* movet duas Quaestiones *de incarnatione Jesu Christi* cum totidem Responsionibus, quae ad argumentum Orationis nihil faciunt. Homiliae VII et VIII constant quoque variis Quaestionibus et Responsionibus. Unde liquet sole clarius, non esse Homilias ad populum dictas, sed *collectaneum Quaestionum*, quas ad archimandritam aliquem monachi accedentes proposuisse finguntur. Homilia XII continet Quaestiones et Responsiones vel nullatenus vel parum utiles. Homilia XV nullam habet speciale argumentum, sed varias Quaestiones *de resurrectione et concupiscentia* continet, quae nullam inter se connexionem habent. Homilia XXVI continet plures Quaestiones et Responsiones *de tentationibus diaboli et gratiae effectibus.* Homilia XXVII respondet quoque Quaestionibus multis *de gratiae effectibus.* Homilia XXXVII habetur verbotenus inter Opuscula Marci Exercitatoris. Homilia XL tres adhuc Quaestiones proponit, quas Responsionibus totidem solvit. Non ergo collectaneum istud Homiliarum proprie est, sed farrago variorum indiscriminatim, ut collectori allubuit.

Secundo. Quisquis istius farraginis auctor, is post ortam Pelagianam haeresim scripsit, quam subtiliter et caute docet passim. Quod et agnovit Ellias du Pin l. 1., dum inquit Homilias istas, de quibus agimus, esse conformes quoad doctrinam *Epistolae* sub Macarii nomine, quam depingit Gennadius in libro *de viris illustribus* cap. 10. At Epistola ista Pelagiana est, idemque dicendum de Homiliis istis. Nam Homilia XV vult *concupiscentiam* esse quandam ignis [Pag. 477] in homine accensi speciem, omnes, ut ita dictum sit, ipsius partes accendentem, cui resistere potest, si assidue invigilet sibi atque pugnet : *Eos autem, qui passionibus resistunt, sanctum Spiritum atque Christi gratias recipere.* Quod Pelagianum omnino est, quasi ante gratiam Christi perceptam concupiscentiae ac passionibus accensis ex naturae viribus resistere valeamus. Homilia XVI inquit hominem debere semper timere, eo quod semper tentationibus expositus sit; itaque qui gratiam nondum habent, debere semper et bonum agere et malum fugere ex motibus naturalibus; qui vero gratiam acceperint, non indigere motibus his naturalibus atque interioribus. Supponit ergo, hominem etiam, antequam gratiam habeat, posse et bonum facere et malum fugere ex instinctibus naturalibus; quod Pelagianum est, quasi his naturae laboribus et conatibus gratiam Dei ad nos trahamus. Homilia XXVI tota quoque Pelagiana est, ut attente legenti constabit, atque ex iis, quae affert l. 1. Ellias du Pin, cognosci abunde potest. Miror tamen, cur pagina mihi 72 Aethiopem dealbare conetur intendatque, auctorem hunc nihil aliud velle quam conciliare gratiae necessitatem cum liberi arbitrii nostri cooperatione. Aliud sane vult Pelagianus ille; initium nempe salutis nostrae esse a nobis per opera naturae incipientibus, quibus accedente divina gratia salus iam ad perfectionem adducatur. Unde quamvis saepius dicat gratiam esse necessariam vel ad iustitiam perfectam, vel vitam aeternam, ut Homilia XXIV, vel ad evitandas omnes peccati occasiones, vel ad omnibus tentationibus resistendum, ut Homilia XXV, nunquam tamen asseruit, illam esse necessariam ad omne et quodlibet in singulari opus bonum, opinatus nempe iuxta Pelagium et Pelagianos, initium salutis esse a nobis ex natura operantibus.

Convenit maxime hic auctor quoad doctrinam cum Marco *ἀσκητῆ* seu Exercitatore, qui olim Macarii huius discipulus fuit, nec difficile fuit, ut scripta discipuli magistro postmodum ex quadam maioris auctoritatis affectatione vel etiam malitia attribuerentur. Plura de his Homiliis seu etiam Quaestionibus non postea in Marco Asceta, cui adiudicandas ob doctrinae et styli similitudinem censemus.

Exstant autem hae S. Macarii Aegyptii Homiliae MSS. graece in Bodleiano Oxonii in Anglic. Bibliotheca codice 215 in MSS. Baroccianis. Atque in hoc codice exstant *Homiliae* LVII, quarum quae in editis postrema est, in MS. isto auctior est quam in impressis.

Eiusdem Homilia LI ad Symeonem Ascetam pag. 202, b : *Μακάριος τοῖς ἀσκητοῖς.*

Eiusdem Homilia LII in Natali Christi pag. 208 : *ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἔργον τῆς ἀληθείας.*

Homilia LIII de longanimitate et tolerantia in afflictionibus pag. 215 : *ὁ βουλόμενος Θεῷ ἐνδραστεῖσθαι.* [Pag. 478] Homilia LIV de beneplacito Dei et permissione divina : *Πάντα τὰ γινόμενα.*

Homilia LV contra inanem gloriam captantes in concionibus ad populum pag. 230, b : *Ἰστέον δεῖ τινέσιν εἶναι ψεύτεροι.*

Homilia LVI de nomine et officio monachi pag. 234, b : *Τί ἐστι μονάζων.*

Homilia LVII de variis Spiritus sancti operationibus pag. 238, b : *Τὸ πνεῦμα δὲν θέλει, πνεῖ.*

Quae eandem cum impressis methodum, eandem doctrinam asceticam continent, atque in aliis Homiliarum eiusmodi MSS. exemplaribus non reperiuntur.

Adducor autem maxime ut credam, has omnes *Homilias et Quaestiones asceticas* spectare ad Marcum

Ascetam seu Exercitorem, qui inter monachos Nitrienses solitariam vitam duxit, atque Macarii Aegyptii iunioris discipulus fuit, clarus anno 400 sqq. usque ad annum circiter 440 vel ultra; de quo Sozomenus lib. VI cap. 29, Palladius *Hist. Laus.* capp. 20 et 21, Nicephorus *Hist. Eccl.* lib. XIV cap. 54. Vixit enim post Pelagianam haeresim multis annis, perveniens ad decrepitam usque aetatem, obiitque centenario maior. Nec mihi rationes seu coniecturae desunt: I. Ipsa doctrina Pelagiana, quam eandem cum Marco Exercitatore prorsus habet. II. Homilia XXXVII *De paradiso et lege spirituali* habetur verbotenus inter Opuscula Marci Exercitatoris, unde non leve indicium est, omnem hanc Homiliarum collectionem ad eum pertinere, maxime cum Macarius Aegyptius abbas etiam iunior ad tempora Pelagianae haereseos non pervenerit, sed Marcus Exercitator, qui eam ubique operum sparsit. III. Stylus Homiliarum istarum apprime convenit cum stylo Marci Exercitatoris, de quo loquitur Photius in *Bibliotheca* cod. 200. IV. Hae Homiliae S. Macarii Aegyptii L possunt convenire cum iis, quae Marco Exercitatori I. I. Nicephorus Callistus asserit, ex *Marci Exercitatoris operibus ad aetatem suam pervenisse libros octo universalium affectionum numerum aequantes, et alios triginta duos de re ascetica*. Possunt enim hae Homiliae L sub nomine S. Macarii Aegyptii complecti Opuscula illa XL, quae Marco Exercitatori a veteribus tribuuntur. Nam plurimi Marcum consulabant quaestionibus asceticis, quibus ille responsiones dabat, ut constat ex *Epistola Nicolai cuiusdam*, qua gratias Marco agit ob praecepta eius salutaria sibi nuncupata. Cum autem plures quam XL sint, hoc nihil facit contra Marcum Exercitorem, quia omnia ipsius opera Nicephorus non assecutus fuerat. Huic Macario Aegyptio seniori Opuscula omnia Macariis diversis attributa adscribit imperite omnino Joannes Georgius Pritius, qui ea collecta simul edenda graece et latine curavit Lipsiae a. 1698 et 1699 tomis duobus in-8, itemque a. 1709 cum Prolegomenis. Denique Macarius hic senior exactis in solitudine sexaginta [Pag. 479] annis obiit nonagenarius, ut volunt, a. 391 die II Januarii.

Macarius alter, iunior passim dictus, Alexandriae ortum duxit, in qua iunioribus annis bellaria vendendo quaestum quaerebat, cum superiore Macario eiusdem Antonii discipulus. Nam urbe simul Alexandrina et arte renuntiatis, in eremum Nitriensem secedens, vitam monasticam amplexus est. Anno quadagesimo aetatis baptismum suscepit, deinde successu temporum presbyter factus et archimandrita Nitriensis. Arctiorem vitae monasticae disciplinam tanto studio sectatus est, ut ex nimia cutis ariditate pili barbae ei non succreverint, inquit Sozomenus *Hist. Eccl.* lib. III cap. 14. Macarius vero Alexandrinus, inquit Socrates *Hist. Eccl.* lib. IV cap. 23, cum usquequaque similis esset Aegyptio, in hoc uno discrepabat, quod hilaris esset erga eos qui ad ipsum accesserant, et urbanitate quadam iuniores ad disciplinam monasticam alliceret. Mira de eius virtutibus, abstinentia, miraculis patris et daemonibus per illum expulsis narrat Palladius *Hist. Laus.* cap. 20, de quibus plurimum ambigo, quamvis eo familiariter uteretur qui recenset. Hic quoque cum Macario Aegyptio virtutibus et miraculis inferior non esset, inter ecclesiasticos quoque Scriptores recenseri a monachis graecis recentioribus debuit, ne doctrina alteri cederet. Habetur ergo adscripta illi latine *Regula monastica*, XXX capitulis comprehensa, quam primus edidit Petrus Roverius Jesuita in *Historia monasterii Reomacensis* pag. 24. Eandemque edidit Lucas Holstenius in *Codice Regularum* Paris. a. 1663 in-4° apud Ludovicum Billaine. Sed cum Regulae istae nullo testimonio veterum nixae sint, fragmenta recentiorum monachorum Graeciae a viris prudentibus censentur. Edidit et Caveus sub eiusdem Macarii Alexandrini nomine Sermonem ex MS. codice Paulinae Lipsiensis Bibliothecae absurdissimum, graece et latine, in *Hist. Lit. Scriptt. Eccl.* ad a. 373 pag. 208. Eundem sermonem etiam graece et latine iterum ex eodem MS. codice edidit Jacobus Tollius a. 1696 in-4° Traiecti ad Rhenum apud Franciscum Halmam in *Insignibus Itinerarii Italici* pag. 192, collatum ad MSS. codices Bibliothecae Caesareae [Pag. 480] Vindobonensis ac variantibus lectionibus ditatum. Cuius ex lectione in promptu est intelligere impudentiam atque ignorantiam eorum, qui tales naenias recentiorum temporum antiquis Ecclesiae Patribus obtrudunt. Mortuus dicitur Macarius Alexandrinus circa a. 404, annos aetatis centam habens, cuius memoria in Martyrologio Romano die XV mensis Januarii agitur.

Tertius Macarius, etiam S. Antonii Magni discipulus, amborum praecedentium aequalis, Amathae socius, ab aliis duobus, altero Aegyptio, altero Alexandrino distinctus. De hoc Macario tertio abunde Possinus in *Prolegomenis* ad Thesaurum asceticum num. V. VI sqq., ubi recte tres Macarios, S. Patris Antonii discipulos, distinguit, nempe Aegyptium, qui Scythi sedem habuit, Alexandrinum, qui in Celliis quae in Libya sunt, locis longe distantibus a Thebaide, ubi Antonius degebat. Itaque in Thebaide erat mons interior, ubi solus plerumque residebat Antonius, et mons exterior, in quem subinde excurrerat, ut habitantes in eo suos monachos inviseret. In eo hic tertius Macarius habitavit, sub cuius nomine Opuscula septem, nempe *de custodia cordis* pag. 19, *de perfectione in spiritu* pag. 47, *de oratione* pag. 63, *de patientia et discretionem* pag. 81, *de elevatione mentis* pag. 115, *de caritate* pag. 141, *de libertate mentis* pag. 183 edidit Petrus Possinus in *Thesauro Ascetico* graece et latine impresso Tolosae in-4° a. 1684 apud Guilielmum Bosch. Plurima illic in Prolegomenis de isto Macario tertio, quem Aegyptium quoque cum primo facit, et cui etiam *Homilias quinquaginta*, quae tamen vulgo Aegyptio seniori inscribuntur, huic iuniori quidem et tertio attribuit. Claruit eodem tempore quo Antonius abbas, cui a. 357 morienti adfuit.

Incerta igitur omnia Opuscula, quae tribus his Macariis hoc saeculo a doctis viris adscripta sunt, quorum nullus veterum mentionem fecit. De his tribus agit Macariis Petrus Possinus in *Prolegomenis* ad Thesaurum Asceticum, Guillelmus Caveus in *Hist. Lit. Saec IV* ad a. 375 pag. 207, 208 et 212, Acta Eruditorum Lipsiae a. 1685 mense Novembri pag. 488 latissime ad 491.

GUILIELMUS CAVEUS

DE SS. MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

[Guilielmi Cave Scriptorum ecclesiasticorum Historia Literaria Ed. Basil. 1741 fol. T. I p. 236-260.]

MACARIUS senior (1), cognomine Magnus, gente Aegyptius, ex Thebaide provincia oriundus, monachus Scetensis, Magni Antonii discipulus, claruit circa a. 373. [Socr. lib. IV cap. 23; Soz. lib. III cap. 14; Theodoret. lib. IV cap. 21.] In juventute adhuc constitutus virtutibus ac philosophico et austero vivendi genere ita enituit, ut παιδαριωγέρων a monachis vocaretur. Annos natus quadraginta ad presbyterii gradum evectus est, et exactis in solitudine annis sexaginta obiit nonagenarius anno, ut voluit, 391. Moribus erat reverendus pariter ac severus erga illos qui ipsum adibant. Miraculis et prophetia clarus tot sanavit aegros, tot obsessos a daemonibus liberavit, ut teste Socrate miracula ab eo patrata peculiare opus exigent. De iis fuse agit Palladius Hist. Laus. cap. 19.

Scripsit *Homilias spirituales* I de integritate quae decet Christianos, quae ab aliquo forsitan sequioris saeculi interpolatae exstant gr. Paris. 1559, 8°; deinde cura Zach. Palthenii *Francofurt.* 1594 in 8°; denique cum Operibus Gregorii Thaumaturgi Paris. 1622 fol. Ejus etiam sunt Opuscula VII videlicet de Custodia cordis, de Perfectione in spiritu, de Oratione, de Patientia et Discretionem, de Elevatione mentis, de Charitate, de Libertate mentis. Haec eundem cum Homiliarum auctore parentem habere, idem stylus et dicendi character, idem ingenium, eadem dogmata satis arguunt. Opuscula haec graece et latine in Thesaurum suo Ascetico Petrus Possinus Soc. Jes. edidit Tolosae 1684, 4°. Tandem omnia Macarii opera, tum Homilias, tum Opuscula ascetica et Apophthegmata collegit et graece simul ac latine edidit, textum graecum revidit, versionem emendavit, et excerpta ex Palladio et Cassiano addidit Jo. Georg. Pritius Lipsiensis Lips. 1698, 8° (2). Sed praeter scripta, quae ei vulgo tribui solent, habentur graece MSS. in Bibliotheca Vindobonensi sub ejus nomine Opuscula varia, nempe *Capita ascetica* 170, metaphrasi illustrata a Simeone Logotheta; Cod. theol. 104. *Parenaesis ascetica* Cod. 140 num. 3, *Capita ascetica* 100 Cod. 179 num. 8. *De Custodia cordis* Capita 30 Cod. 192 num. 15, *Capita 170 de Perfectione spirituali* Cod. 192 num. 16. Verum haec omnia nihil fere aliud continent quam VII illa Opuscula ascetica, quae in Thesaurum suo edidit P. Possinus Paris. 1684, quaeque tertio cuidam Macario tribuenda esse contendit; certe vel nostro, vel Macario Alexandrino vindicanda, uti mox ostendemus.

MACARIUS junior (3), et Ηοτριχός dictus, domo Alexandrinus, ubi aetate prima bellaria vendendo quaestum exercebat, Antonii discipulus, alterius Macarii σύγγραφος eique superstes, urbe simul ac arte renunciata, in eremum Nitriensem secedens, vitam monasticam amplexus est. [Socrat. l. IV c. 25; Sozom. l. III c. 14; Theodoret. l. IV c. 21]. Anno aetatis quadragesimo baptismum suscepit, dein presbyter factus et archimandrita Nitriensis. Obiit centenarius circa a. 404. Arciorem vitae monasticae disciplinam tanto studio excoluit, ut ex nimia cutis ariditate pili barbae ei non succreverint. Interim in hoc uno ab altero Macario discrepabat, quod hilari fronte ad ipsum advenientes exceperit et lepido sermone oblectarit, urbanitate quadam juniores ad disciplinam monasticam alliciens. Mira de ejus virtutibus, abstinentia, miraculis patris et daemonibus ab eo fugatis narrat Palladius, qui eo familiariter utebatur, Hist. Laus. c. 20. Quod vero *politicus* dicebatur, inde factum est, quod non modo in solitudine inter monachos versaretur, sed et εν τη πόλει, i. e. in urbe Alexandria natus, magnam vitae partem in publica hominum luce transiegit. Fuisse scholae catechesew Alexandrinae praefectum testatur Philippus Sidetes. Quod vero cum Petro martyri in hoc munere successisse scribit, vereor ut ne illud cum temporis ratione stare possit. Demus enim, Petrum scholam una cum episcopatu ad vitae usque finem tenuisse, quod tamen non constat, neque satis probabile videtur, cum certum sit, Petrum maximam episcopatus sui partem sub persecutione et in carcere

NOTAE.

(1) Cf. Oudin Tom. I p. 474. *Du Pin* Hist. eccl. Vol. II p. 55 sq.; *Fabr. Bibl. Graec.* lib. V cap. 12 § 4 Vol. VII p. 492. [Ed. Harles. Vol. VIII p. 257]; *Tillemont Mémoires eccl.* Vol. VIII ad vit. *Macar.*; *Long. Bibl. sacr.* p. 839.

(2) *Denuo Lips.* 1714. 8.

(3) Cf. *Tillemont Mémoires eccl.* Vol. VIII ad vit. *Macar.*; *Fabr. Bibl. Gr. lib. V cap. 12 § 2* Vol. VII p. 494. [Ed. Harles. l. 1.]; item *Bibl. Eccles. ad Gennad.* c. 10.

egisse; ut sit, obit is martyrio coronatus anno 302. Quo tempore Macarium nostrum verfuissa juniorem ac pene puerum necesse est. Quem Historiae Ecclesiasticae conditores Magni Antonii discipulum [Pag. 257] faciunt, et Constantii temporibus claruisse volunt; imo quocum, exeunte hoc saeculo, per triennium in solitudine vixit Palladius [Hist. Lausiac. c. 20 p. 924]. Aut igitur juvenis admodum munus hoc scholasticum inuit, aut post Petri martyrium schola vacaverit, aut, quod potius suspicari licet, alius quis scholae magister intervenerit a Philippo praeteritus. Nullos enim alios a Petri morte, praeter Macarium Didymum, per integrum saeculum hoc saeculum hujus scholae praeceptores exhibet. Erat et alter Macarius Aegyptius, Senior dictus, de quo nos alibi. Quin et tertium, Antonii etiam discipulum et comitem, Amathae socium, nobis exsculpsit Petrus Possinus [Proleg. in Thes. Ascet.], cui etiam *L. homiliae a Pico* primum editas, et VII Opuscula a se in lucem emissa, adjudicanda censet. Et in hac quidem sententia me olim fuisse fateor. Verum re melius perpensa aegre a me impetrare possum ut credam, praeter Aegyptium et Alexandrinum tertium etiam fingendum esse Macarium, Antonii discipulum, Amathae collegam, Operum *Macarianorum* auctorem. Certe non alios Macarios Antonii discipulos nobis exhibent Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Nicephorus, et qui hoc ipso tempore, his ipsis locis vixit deque iis prolixè agit, ipse Palladius. Ut Macarium suum probet Possinus, Athanasium in *vita Antonii* et Hieronymum in *vita Pauli* testes citat. Athanasius vero de *Macario* ne verbum quidem habet. Hieronymus Macarii et Amathae Antonii discipulorum meminit, et Amatham quidem magistrum suum sepeliisse docet; de Macario nihil habet. Quaero igitur a Possino, cur ex nostris unus, Antonii discipulus, Amathae collega, Opusculorum patet censi non possit? Non Aegyptius, inquit, cum sexaginta annis in Scythica solitudine transegisse dicitur. Quid vero? An Stylitae ad instar totis sexaginta annis in cella sua immobilis perstitit? Quid solitariis illis familiaris quam ἀσκήσεως suae sedes subinde mutare? Ut adeo loca quaedam Antonio vicina inhabitare facile potuerit Macarius, eique data occasione, praesertim vergente ad finem vita, praesto esse, et defuncti corpus una cum Amatha sepelire. Nec enim plus de hac re testatur Cronius presbyter apud Palladium cap. 25. Neque dicit Sozomenus, Macarium in sola *Sceti*, sed et ἐν ταῖς ἐρήμοις LX suos annos exegisse. Multo minus id Alexandrino nostro negari potest, quem diversas habuisse cellas diserte testatur Palladius: unam quidem in *Sceti* quae est interior in solitudine, unam in Libya in Celliis, et unam in monte Nitriae, ut Antonio adesse eique ministrare facile possit. Nec validiora sunt argumenta, quibus praedicta Opuscula horum neutri adscribenda esse probare nititur Possinus. Non Aegyptio, quia refert Gennadius [de Script. Eccl. c. 10.], ipsum unam tantum ad juniores professionis suae scripsisse epistolam. Quid si vero Gennadius de solis Macarii epistolis loquitur? Quid si alia scripserit Macarius, quae Gennadii diligentiam fugerint, cum non pauca scripta sint, quae frustra apud Gennadium quaeri possunt? Non denique Alexandrino nostro, quia scilicet inter multa, quae de eo habent Sozomenus, Socrates et Nicephorus, nihil prorsus referant, unde scripsisse quidquam eum, quod in lucem ac famam exierit, possit intelligi. Imbelle prorsus et plane ficulneum argumentum! Quis enim nescit, non id sibi voluisse Socratem et Sozomenum, de scriptoribus ecclesiasticis ex professo agere? Viros quidem eruditione claros enumerare solent, scripta raro aut nunquam recensere; adeo ut nihil obstat, nequicquam renitente Possino, quominus praedicta Opuscula Macariorum nostrorum alterutri, et forsitan Alexandrino nostro, non immerito tribuenda sint. Exstat graece MS. sub Macarii nostri Alexandrini nomine fragmentum ex *Quaestionibus ad Magnum Eusebium episcopum Alexandrinum* Bibl. Vindob. Cod. Theol. 84, quo anonymi cujusdam *Loci communes ascetici de caractere veri Christianismi* ex variis SS. Patrum operibus collecti continentur. Quis vero fuerit hic *Magnus Eusebius*, hoc circiter tempore episcopus Alexandrinus, ad quem hae quaestiones scriptae sunt, fateor me nec divinando assequi posse.

Habetur latine ei inscripta *Regula monastica* XXX capitulis comprehensa, quam primus edidit Petrus Roverius Jesuita in *Historia monasterii Reomaensis* pag. 24. Verum an revera Macarii nostri sit, mihi nondum constat. Immo plane videtur potius compendium regularum ex Macarii aliorumque ἀσκητῶν scriptis compilatum. Exstat penes me Macarii Alexandrini, ita enim habet titulus, *Sermo de exitu statuque animarum post hanc vitam*, ex bibliothecae Paulinae Lipsiensis MS. codice descriptus. Plures quidem laetas et aniles fabulas continet, et recentioris cujusdam Graeculi commentum mihi videtur, qui quae haec de re somniavit, ad dialogi formam Macarium inter et angelos redegit. Quoniam vero ἀνέχδοτος sit, et nitem novitate sua se lectori commendabit, versione latina ornatum hic subjiciam. [Pag. 258.]

τῷ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἀμαρτωλῶν, τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν.

Ποτὲ διοδεύοντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, εἶδον δύο ἄγγελους συνακολουθούοντας τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ. Ἐνα ἐξ ἑαυτῶν, καὶ ἕνα ἐξ ἐμῶν ἡμῶν· καὶ ἐν τῷ συμπο-

S. Macarii Alexandrini sermo de exitu animae iustorum et peccatorum, quomodo separantur a corpore, et in quo statu manent.

Nobis quondam in eremo iter facientibus vidi duos angelos S. Macarium stipantes, alterum a dextra, a sinistra alterum; cumque una progredere-

remur, repertum est cadaver jacens et foetidum. A Foetorem persentiens S. Macarius nares sibi manu obstruxit, donec transivisset. Similiter fecerunt et angeli. Id videns senex dixit illis : An et vos etiam mundi foetorem suboletis? Responderunt illi : Nequaquam; te vero nares occludentem videntes, fecimus et nos similiter; nos enim foetorem mundanum minime sentimus, solum autem animarum peccatricum foetorem subolfacimus; pari modo ac tu cadaveris istius foetorem aversaris. Dicit illis senex : Notum mihi facite, quaeso, utrum in hac vita vel post mortem foetidam peccatorum animam sentiatis? Et quomodo inter peccatorum animas illas, quae in Dominum crediderunt, ab impiis non credentibus dignoscatis? Id mihi dicite, si gratiam apud vos consecutus fuerim. Dixerunt angeli : Ausculta, electe Dei Macari. Peccatrix anima dum adhuc in corpore manet, malarum actionum foetorem emittit quandam, post mortem vero majorem multo. Actiones enim suae animam manifeste prementes, tenebras illi nigramque inducunt dicam. Anima enim ex natura sua lucida et pura est, immortalis quippe lucis spiramen; in corpore autem posita, si illud bene non gubernet, a peccato quodammodo polluitur, ista quidem magis, illa vero minus. Quomodo autem animae e corporibus tam fideliam quam infidelium liberantur, audi, et terrestria seu vulgaria coelestibus omnino minora esse putes, Macari. Quemadmodum enim a terreno rege missi satellites ad apprehendendum aliquem supervenientes vel invitum constringunt; iste vero timore tremit, ipsamque militum ad iter vi trahentium praesentiam exhorrescit; pari modo, cum mittuntur angeli animam seu justis seu injustis accepturi, timore tremit ista, ipsamque terribilium et inclementium angelorum praesentiam exhorrescit. Tunc facile enim sentit anima inanem esse, debilem ac inutilem omnino divitiarum, cognatorum, et sine amicorum copiam; adstantium lachrymas ac lacrimas videt: ipsa vero ne verbum mutire potest, cum nunquam antea eiusmodi evocationem experta fuerit; quin et infinitam vitae longitudinem, diversamque vitae instituendae rationem metuit. Contristatur etiam praesentium, quorum [Pag. 259] est in potestate, angelorum inclementia. Omnibus quin etiam compatitur, ipsique corporis infortunio. Hujusce separationem dolet, ab eo quippe, cui jamdiu consuevit, disjuncta, cum unicam ac solam consolationem, quae ex propria exoritur conscientia, habere non possit, nisi bonas actiones coluisse sibi conscia fuerit. Talis anima etiam antequam sistatur judici, a conscientia sua indesinenter judicatur. Dicit iterum abbas Macarius : Itane vero? Domini mei, id mihi etiam explicatum detis oro. Quandoquidem ex patribus traditam est, ter-

ρεύσθαι ἡμᾶς, εὐρέθη θνησημαῖον κείμενον καὶ ὄζον. καὶ αἰσθανόμενος ὁ ἅγιος Μακάριος τῆς δυσωδίας, συνέκλεισε μετὰ τῆς ἰδίας χειρὸς τοὺς ταυτοῦ μυκτῆρας, ἕως οὗ παρήλθεν· ἐποίησαν δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι οὕτως. καὶ ἰδὼν ὁ γέρων εἶπεν αὐτοῖς· καὶ ὑμεῖς οὕτως ὁσφραίνεσθε τὴν δυσωδίαν τοῦ κόσμου; οἱ δὲ εἶπον· οὐχί, ἀλλὰ σὲ ἰδόντες ἐποίησαμεν καὶ ἡμεῖς οὕτως· ἡμεῖς γάρ τῆς δυσωδίας τοῦ κόσμου οὐκ αἰσθανόμεθα, ἀλλὰ τῆς ὀζομενίας τῶν ψυχῶν τῶν ἁμαρτωλῶν ὁσφραίνόμεθα μόνον, ὃν τρόπον σὺ τὴν δυσωδίαν τοῦ θνησημαίου τούτου ἀποστρέφῃ. καὶ ὁ γέρων λέγει αὐτοῖς· γνωρίζατέ μοι, παρακαλῶ, τοῦτο τῆς δυσωδίας ψυχῆς τῶν ἁμαρτωλῶν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ αἰσθάνεσθε, ἢ μετὰ θάνατον; καὶ πῶς τὰς ψυχὰς τῶν ἁμαρτωλῶν, πῶς δὲ τῶ κυρίῳ πεπιστευκότων, τῶν ἀσεδῶν, τῶν μὴ πεπιστευκότων [δηέρετε (1)]; εἶπατέ μοι, εἰ εὗρον χάριν ἐνώπιον ὑμῶν. καὶ οἱ ἄγγελοι εἶπον· ἀκουσον, ἐκλεκτὲ τοῦ Θεοῦ Μακάριε. ἡ ἁμαρτωλὸς ψυχὴ καὶ ἐστὶ οὕσα ἐν τῷ σώματι τὴν τῶν κακῶν πράξεων ὄζωδιαν ἀποδίδωσι, μετὰ δὲ θάνατον πολὺ πλέον. τῶν γὰρ πράξεων φανερώς ἐπιχειμένων αὐτῇ σκοτοῦσι καὶ μελανίαν δίκην αὐτῇ περισφραίνουσι· ἢ γὰρ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν φωτεινὴ καὶ καθαρὰ ἐστίν, ὡς τοῦ ἀθανάτου φωτὸς ἐμφύσημα· ἀλλὰ ἐν τῷ σώματι γινομένη, καὶ μὴ καλῶς αὐτὸ κυβερνώσα, μολύνεται κατὰ μέρος ἐκ τῆς ἁμαρτίας, ἢ μὲν πλέον, ἢ δὲ λιγότερον. τὸ δὲ πῶς αἱ ψυχὰς ἐκ τῶν σωμάτων λαμβάνονται πιστῶν τε καὶ ἀπίστων, ἀκουσον, καὶ πάντων ἐπίγεια ἢ κοινὰ ἐλαχίστων (2) τῶν ἐπουρανίων νόμιμα εἶναι, Μακάριε. ὡσπερ γὰρ ἐκ τοῦ ἐπιγείου βασιλείας ἀποστελλόμενοι στρατιῶται ἐπὶ τῷ παραστῆσαι τινα, ἐλθόντες συνέχουσιν αὐτὸν καὶ μὴ θέλοντα· ὁ δὲ καταπίπτει μὲν τῷ φόβῳ, τρέμει δὲ καὶ τὴν παρουσίαν τῶν ἀσυμπαθῶς πρὸς τὴν ὀδοιπορίαν ἐκκινῶν οὕτω καὶ ὅταν ἀποσταλῶσιν ἄγγελοι παραλαβεῖν τὴν ψυχὴν, εἴτε δικαίου, εἴτε ἁμαρτωλοῦ, καταπίπτει τῷ φόβῳ, καὶ τρέμει τὴν παρουσίαν τῶν φοβερῶν καὶ ἀποτόμων ἀγγέλων. καθορᾷ γὰρ τότε ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῆς καὶ ἀσθενῆ καὶ ἀνωφελῆ πάντοθεν τὴν τοῦ σώματος καὶ συγγενῶν καὶ φίλων παρουσίαν, τὰ δάκρυα καὶ τοὺς θρήνους τῶν περιστάσεων αἰσθάνεται, καὶ λαίψασαι ἢ ἀφίεναί φωνὴν οὐ δύναται, μηδέποτε περισθεῖσα τοιαύτῃ κλήσει, δέδοικε δὲ καὶ τὸ ἀπειρον τῆς ὁδοῦ καὶ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς διαγωγῆς. συνέχεται δὲ καὶ τῇ τῶν ὀρωμένων ἀρχόντων ἀσυμπαθείᾳ· προσπάσχει δὲ καὶ πρὸς πάντας (3), καὶ τῇ τοῦ σώματος συμδιώσει· καὶ θρηνητὴ τὴν τοῦτου ἀπόζευξιν, ὡς τῶν ἐν συνηθείᾳ χωριζομένη· μίαν καὶ μόνην παρουσίαν μὴ δυναμένη ἔχειν ἐκ τοῦ οἰκείου συνεδέσθαι εἰ μὴ ἐὰν καλῶν ἔργων πρᾶξιν ἑαυτῇ σύνουδεν. τοιαύτῃ ψυχῇ καὶ πρὸ τῆς ἀποφάσεως τοῦ κριτοῦ ἀπὸ τοῦ συνεδέστος ἀδιαλείπτως κρίνεται. καὶ ὁ ἅγιος Μακάριος λέγει πάλιν· τί οὖν; κύριοι μου, ἴσατε ὑμῶν, καὶ τοῦτο ἐρμηνεύσατε· ἐπειδὴ ἐκ τῶν πατέρων παραδέδοται ἐν τῇ γ' ἡμέρᾳ καὶ τῇ θ' καὶ

NOTAE.

(1) Vox haec in MS. aegre legi potest. Forte legendum διακρίνεσθε. [Leg. διακρίτε. EDITOR].

(2) Forte legendum πάντως ἐπίγεια καὶ κοινὰ

ἐλάττωρα vel ἐλαχιστότερα.

(3) Lege πρὸς πάντα.

μ' προσφέρεσθαι τῷ Θεῷ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσφορὰν ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος, τί τὸ ὄφελος ἐκ τούτου τῇ μεταστάσει (4) ψυχῇ γίνεται; καὶ ὁ ἄγγελος ἔφη· οὐδὲν ἀκέρως (5) οὐδὲ ἀνωφελῶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς γίνεσθαι, ἀλλὰ τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ ἐπίγεια αὐτοῦ μυστήρια ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς γίνεσθαι καὶ ἐκέλευσε τελεῖσθαι· ἐν γὰρ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γιγνομένης προσφορᾶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, παραμυθίαν τῆς θλίψεως, ἣ ἀπεχωρίσθη τοῦ σώματος, δέχεται ἡ ψυχὴ μὲν θαυῶσα παρὰ τοῦ συνέχοντος αὐτὴν ἀγγέλου, ὅτι εὐλόγησις καὶ προσφορὰ ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ προσκεκόμισται, καὶ εὐελπίς γίνεται ἐν τούτῳ. τὰς γὰρ δύο ἡμέρας συγχωρεῖται ἡ ψυχὴ ἅμα τοῖς συνούσιον αὐτῇ ἀγγέλοις πορεύεσθαι, ἔνθα βούλεται, ἐπὶ τῆς γῆς· ἡ οὖν φιλοσώματος ψυχὴ ἀπέρχεται ποτὲ μὲν περὶ τὸν οἶκον, ἔνθα ἀπεξεύχθη, ποτὲ δὲ περὶ τὸ μνήμα, ὅπου κατετέθη τὸ σῶμα, καὶ οὕτως ἐκτελεῖ τὰς δύο ἡμέρας ζητοῦσα ὡσπερ ὄρνειον (6) τὴν νοσίου (7) αὐτῆς· ἡ δὲ ἐνάρετος ψυχὴ ἀπέρχεται εἰς τόπους, ὅπου εἶχε συνήθειαν ἐργάζεσθαι τὴν δικαιοσύνην. τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ [ἀνυψοῦσθαι (8)] καλεῖται πάσῃ ψυχῇ Χριστιανῶν εἰς οὐρανοὺς ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ Χριστὸς ὁ πάντων Θεός, κατὰ μίμησιν τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως, εἰς προσκύνησιν τοῦ Θεοῦ τῶν ἀπάντων. καλῶς οὖν κατέχει ἡ ἐκκλησία τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ προσφορὰν καὶ εὐχὴν ποιῆσθαι ὑπὲρ τῆς ψυχῆς. μετὰ οὖν τὸ προσκύνησι (9) τὸν Θεὸν γίνεται κέλευσις παρ' αὐτοῦ, ὥστε ἐπιδειχθῆναι αὐτῇ τὰς διαφορὰς καὶ τερπνὰς σκηνὰς τῶν ἁγίων καὶ τὴν τοῦ παραδείσου ὠραιότητα. καὶ ταῦτα πάντα καταμανθάνει ἡ ψυχὴ ἕξ ἡμέραις θαυμάζουσα καὶ δοξάζουσα τὸν εὐτρεπιστὴν τούτων Θεόν· καὶ ταῦτα πάντα θεωροῦσα ἡ ψυχὴ μεταβάλλεται καὶ ἐπιλαυνθάνεται τῆς θλίψεως, ἥσπερ εἶχεν ἐν τῷ σώματι οὔσα. ἐὰν δὲ ἐστὶ ἐν ἀμαρτίαις ὑπεύθυως, θεωροῦσα τὰς ἀπολαύσεις τῶν ἁγίων ἀρχεται λυκεῖσθαι καὶ καταγινώσκειν ἑαυτὴν, λέγουσα· Οἱ μοι, πῶς ἐματαιώθην ἐν τῷ κόσμῳ ἐκείνῳ, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ βίου ἀσχοληθεῖσα. τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἔδαπάνησα ἐν ἀμελείᾳ, καὶ οὐκ ἐδοῦλευσα τῷ Θεῷ κατὰ τὸ πρέπον. ὅπως καγὼ ἠξιώθην τῆς χάριτος καὶ τῆς δόξης ταύτης. οἱ μοι τῇ ἀθλίᾳ, εἴ μοι συμβάλλονται αἱ φροντίδες καὶ ὁ ἀκερὸς (10) περισπασμὸς ὃν εἶχον ἐν τῷ κόσμῳ. ποῦ δὲ μοι χρησιμεύουσι οἱ ἀμπελώνες, οὓς ἐφύτευσα, καὶ οἱ ἐλαιῶνες; πόταν δὲ μοι ὠφελίαν παρέξεται, ὃν ἐκτησάμην ἀγρόν; τί δὲ μοι ὠφελὲς τὸ [ἐθνῶ] ἐκεῖ χρυσίον; πόταν δὲ μοι ὄφελος παρέχει ὁ πλοῦτος ἐκεῖσε; τί δὲ μοι ἔδωκεν πᾶν τερπνὸν τοῦ βίου καὶ τοῦ κόσμου ἐκείνου; οἱ μοι, εἰς μάτην ἐκοπίασα· οἱ μοι, ὅτι ἀπρόνωος ἐδίωσα· οἱ μοι, τὴν ἐν ὀλίγῳ καιρῷ δόξαν ἠγάπησα, τὴν αἰωνίαν πτωχίαν ἐκτησάμην· οἱ μοι

tia et nona et quadragesima die oblationem pro mortuo in ecclesia Deo reddi, quid utilitatis exinde animae in exitu redundat? Dixit angelus: Nil inopportune neque inutiliter in ecclesia sua fieri concessit Deus, coelestia vero et terrena ipsius mysteria in ecclesia sua fieri concessit Deus et celebrari jussit. Tertio enim die facta in ecclesia oblatione levamen doloris, quem a corpore separata subiit, ab angelo ipsam apprehendente accipit anima defuncta, quoniam gratiarum actio et oblatio pro ipsa in ecclesia Dei apparata est; et exinde bonam spem concipit anima. Per duos enim dies permittitur animae, ab angelis sui satellitibus stipatae, in terra, ubicunque velit, obambulare. Quae corporis igitur amori mancipata est anima, aliquando domum, a qua separata est, circumvagatur, nonnunquam sepulchrum, in quo reconditum est corpus; et ad hunc modum biduum exigit, portus ad instar cadaver suum quaerens. Pia vero anima ad locos, in quibus iustitiam operari consuevit, abit. Tertio autem die omnes Christianorum animas ad coelos adduci jubet, qui die tertio e mortuis resurrexit, Christus omnium Deus, ut resurrectionem ipsius imitatae Deum omnium creaturarum adorent. Bene igitur morem istum retinet ecclesia, ut oblationem et orationem die tertio pro anima faciat. Post adoratum igitur Deum ab illo mandatur, ut diversa amoenaque sanctorum habitacula et paradisi pulchritudo animae ostendantur. Ista omnia perdiscit anima sex integris diebus Deum omnium conditorem admirans et collaudans. Illa omnia videns anima derepente mutatur et doloris sui, quem in corpore posita patiebatur, obliviscitur. Sin vero peccatis obnoxia sit, cum sanctorum voluptates videt, contristari seipsamque condemnare incipit huiusmodi fere verbis usa: Hei mihi! quanta in illo mundo laboravi stultitia, in cupiditatibus vitae occupata. Maximam vitae partem oscitanter decoxi, neque Deo, uti par erat, servivi, ut et ipsa gratiam gloriamque istam consequerer. Vae mihi miserae; adhuc animo meo insident curae et [Pag. 260] intempestiva sollicitudo, quibus illo in mundo distinebar. Quid mihi jam prosunt vineta, quae plantavi, et oliveta? qualem vero mihi utilitatem conferet, quem possedi, ager? Quid demum hic mihi proderit auri pondus? aut quale mihi commodum hoc in loco dabunt divitiae? Aut quamnam mihi utilitatem afferunt omnes vitae et mundi illius jucunditates? Hei mihi! frustra laboravi; hei mihi! quod stulte vixerim. Hei mihi! exigui temporis gloriam amavi, aeternam paupertatem obtinui. Hei mihi! quid passa sum? Vae mihi! quomodo obtenebrata sum? Non novi sane. Vae mihi! Nullus mihi

NOTAE.

(4) *Lege ἐν τῇ μεταστάσει.* [f. μεταστάση. EDIT.](5) *Lege ἀκέρως.*(6) *Forsan ὄρνειον.*(7) *Forsan νοσίου.* Si legas ὄρνειον τὴν νοσίου, veritas sicut avis nidum quaerens.

(8) Vox haec in MS. vix legi potest; forsā ἀνορούσθαι legenda est. [Leg ἀνυψοῦσθαι EDITOR.]

(9) *Lege προσκυνῆσαι.*(10) *Lege ἀκαιρῶς.*

auxilium ferre potest, ut et ego etiam misera Domini gloriam consequar. Postquam totum justorum gaudium sex diebus anima inspectaverit, rursus ab angelis ad adorandum Deum adducitur. Bene igitur ecclesia die nona liturgias pro defuncto offert et oblationem celebrat. Post secundam autem adorationem rursus ab omnium rerum Domino mandatur, ut in infernum deducatur anima, et poenarum loca ibi posita, diversaque inferorum claustra, et diversae illi ostendantur impiorum poenae, quibus assidentes peccatorum animae assiduo lugent ac dentes stridunt. Per hasce poenarum diversitates circumfertur anima dies triginta, contremiscens, ne et ipsa forsitan in illo loco incarcerari condemnatur. Die quadragesimo sursum iterum ad adorandum Deum reducitur; et tunc secundum opera illius locum illi, ubi in aeternum asservetur, indicit judex. Bene igitur in ecclesia celebratur in defunctorum et baptizatorum memoriam. De animabus vero, quae sacrum baptismum nunquam receperunt, res sese pari modo non habet, sed in eo casu angeli inclementes animas non baptizadas e corpore accipiunt, verberantes illas et dicentes: Ades dum, impia anima; quis Dominus tuus omniumque Deus, quem scire noluisti, in mundo secura degens? Nunc vero eum agnosce aeternis addicta poenis. Dein ad primum usque coelum illam adducentes, eam sistunt, illique e longinquo ostendunt angelorum omniumque coelestium potestatum gloriam dicentes: Istorum omnium Dominus est Jesus Christus Dei vivi filius, quem agnoscere et adorare noluisti. Apage abhinc vero ad tui similes impios eorumque principem diabolum abducta in aeternum ignem apparatus diabolo atque angelis ejus, quos in vivis adhuc posita tanquam Deos adorasti. Postquam ista dixissent angeli, servum Dei Macarium amplexi e conspectu nostro evanuerunt. Vos vero gloriam reddamus Patri et Filio et Spiritui sancto nunc et in saecula saeculorum. Amen. vonτο ἀφ' ἡμῶν. Ἡμεῖς δὲ δόξαν ἀναπέμφωμεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

τί πέπονθα; οὐαὶ μοι, πῶς ἐσκοτίσθη; οὐκ οἶδα οὐαὶ μοι, οὐδεὶς δυνήσεται νῦν βοηθῆσαι μοι, ὅπως κἀγὼ ἢ ἀθλία τύχω τῆς δόξης τοῦ κυρίου. μετὰ δὲ τὸ θεωρῆσαι πᾶσαν τὴν γαράν τῶν δικαίων ἐν ταῖς ἕξ ἡμέραις, πάλιν ἀναφέρεται ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς προσκύνησιν τοῦ Θεοῦ. καλῶς οὖν προσφέρει ἐν τῇ ἡμέρᾳ λειτουργίας καὶ προσφορὰν ἐκτελοῦσα ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος. μετὰ δὲ τὴν δευτέραν προσκύνησιν πάλιν γίνεται κέλευσις παρὰ τοῦ πάντων δεσπότη, καταγαγεῖν αὐτὴν ἐν τῷ ἔθῃ καὶ δεῖξαι αὐτῇ τὰ ἐκεῖσε κολαστήρια καὶ διάφορα ταμίια τοῦ ἔθου, καὶ τὰς τῶν ἀσεβῶν διαφορὰς κολάσεις, εἰς ἃς παρακαθεζόμεναί αἱ ψυχαὶ τῶν ἀμαρτωλῶν διηγεκῶς θρηνοῦσι καὶ βρῦχοῦσι τοὺς ὀδόντας. καὶ ἐν ταῖς τοιαύταις διαφοραῖς τῶν κολάσεων περιφέρεται ἡ ψυχὴ ἡμέρᾳ (11-12) ἄτρεμουσα, μήπως ἄρα καὶ αὐτὴ ἐν τῷ τοιοῦτῳ τόπῳ κατακριθῆ φυλάττεσθαι. καὶ τῇ μ' ἡμέρᾳ ἀναφέρεται πάλιν προσκυνῆσαι τῷ κυρίῳ, καὶ τότε λοιπὸν πρὸς τὰ ἔργα αὐτῆς κελεύει ὁ κριτὴς τὸν τόπον τῆς παραφυλακῆς. καλῶς ἐκτελεῖται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταῖς μνηαῖς τῶν μεθισταμένων καὶ περτισμένων. ἐπὶ δὲ τῶν ψυχῶν τῶν μὴ ἔχουσῶν βάπτισμα τὸ ἅγιον, οὐχ οὕτως. ἀλλὰ [ἀπονοῖς (13)] ἄγγελοι ἀπότομοι (14) λαμβάνουσι τὰς ἀφωτιστοὺς ψυχὰς ἀπὸ τοῦ σώματος, τύπτοντες καὶ λέγοντες: δεῦρο, ἀσεβῆς ψυχῆ, εἰς ὃ δεσπότης σου καὶ πάντων κύριος, ὃν οὐκ ἐθέλησας γινῶναι, ἐν ἀνέσει διάγουσα ἐν τῷ κόσμῳ; νῦν γινῶθι τιμωρουμένη αἰωνίως. καὶ μέχρι τοῦ πρώτου οὐρανοῦ ἀνάγοντες ἰσθᾶσι καὶ δεικνύουσιν αὐτῇ ἐκ μήκοθεν τὴν δόξαν τῶν ἀγγέλων καὶ πάντων τῶν οὐρανίων δυνάμεων, λέγοντες: πῶτων ἀπάντων κύριός ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὃν οὐκ ἠθέλησας γινῶναι καὶ προσκυνῆσαι· ἀλλ' ἀπαχθεῖσα πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀσεβεῖς καὶ τὸν τοῦτων ἄρχοντα τὸν διάβολον εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, οὗς ἐν τῷ βίῳ σου ὡς θεὸς προσεκύνησας. ταῦτα εἰπόντες οἱ ἄγγελοι καὶ ἀπεισάμενοι τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ Μακάριον, ἀφανεῖς ἐγίνοντο.

NOTAE.

(11-12) *Lege ἡμέρας.*(13) *Vox forte corrupta. [Leg. ἀπηρῶς. Edit.].*(14) *Forsan legendum ἀλλὰ ἄγγελοι ἀπηρῶς καὶ ἀπότομοι.*

IOANNES ALBERTUS FABRICIUS

DE

SS. MACARIORUM AEGYPTII ET ALEXANDRINI VITIS ET SCRIPTIS

Cum notis Gottlieb. Christophori Harles.[Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca sive notitia scriptorum veterum graecorum. Editio nova cura Gottl. Christophori Harles. Hamb. 1802, 4^o Vol. VIII p. 361—366.]

I Macarius Magnus, Aegyptius monachus et presbyter, S. Antonii discipulus (1), magister Evagrii Pontici, obiit in deserto Scithi, in quo ab a. C. 321 versatus est, nonagenarius circa a. C. 391. De quo Socre-

NOTAE.

(1) Cf. *Lambec. Comm. T. VIII pag. 722 sqq. HARL.*

tes IV, 25, Palladius Lausiaca. cap. 19, Joannes Hagiopolita in laudatione Macarii Aegyptii, Menaeis Graecorum inserta 15. Januar., quae incipit μικροῦ Μακάριος διέφυγε ὁ Αἰγύπτιος, e recentioribus praeter interpretes et editores Jo. Bollandus 15. Januar. T. I p. 4005 sq., Tillemontius T. VIII Memor. Eccl. FABR. G. Cave Hist. Lit. SS. Eccl. T. I p. 256, Cas. Oudin. Comm. de SS. Eccl. T. I p. 474, ubi trium Macariorum monachorum persequitur vitas, Stollii Nachr. von den Kircheng. p. 440 sqq., qui alios vett. ac recent. memorat VV. DD., D. Ell. du Pin Nouv. bibl. T. II p. 69, R. Ceillier Hist. gén. des Aut. ecclés. T. VI p. 709 sqq., J. G. Walchii Hist. Eccl. N. T. p. 1567, Hamberger Z. N. II p. 857 sqq., Saxii Onom. I p. 397 sq., qui « Macarius » ait, « a. 331 ab Athanasio ad Constantinum Aug. missus est, ut criminationis invidiam ab episcopo depelleret », citatque Pagii Crit. Baron. ad a. C. 333 Nr. III p. 248 sqq. Macarius quum adhuc juvenis esset, tam severo vitae genere virtutibusque monasticis excelluit, ut παιδαριωγέρων h. e. in puerili aetate senex appellaretur a monachis. Hinc per LX annorum spatium vitam consumpsit in solitudine quadam Aegyptiaca, quae diversis nominibus vocatur Scetica, Scetina, Scetiaca, Scytica, Scytiaca et Scytolica. Hic propter vitae sanctitatem ac miraculorum et prophetiae opinionem famamque in summa vixit auctoritate. Quae potiora aut singularia eius fuerint placita, ea enumerat quoque Stollius l. l. HARL.

Exstant sub eius nomine (2) Homiliae quinquaginta piae ac lectu dignae de integritate quae decet Christianos. Prodierunt graece ex Bibl. Regia Paris. apud Guil. Morellium 1559, 8°, [Pag. 362] typis nitidis, et eodem anno separatim latine 8° ex versione Joannis Pici classium inquisitoriarum in senatu Paris. praesidis (3). Eadem versio ibidem 1562 et in Bibliothecis Patrum saepius lucem vidit Parisiis, Coloniae, Luguni. Graece et latine cum versione Zach. Palthenii Friedbergensis Francof. 1594. 1621. 8°. Atque iterum cum Pici versione adiunctae operibus Gregorii Thaumaturgi et Basilii Seleuciensis Zonaraeque in epistolas canonicas Paris. 1622 fol. [a. 1621 in cat. Bibl. Leid. p. 45 et supra Vol. VII p. 260]. Denique sectionibus distinctae ex recensione D. Jo. Georgii Pritii, senioris Francofurtensis, cum versione Palthenii ab ipso castigata Lips. 1698, 8°. Germanice Godfrido Arnoldo interprete Lips. 1696, 8°. Goslar. 1702. 1716. 8°. belgice Antwerp. 1580, 8° interprete Cornelio Kiel. In nova versione Anglicana, quam singulari studio adnotata Londini 1721, 8° edidit Thomas Haywood, ex codice Bodleiana Bibl. Barocciano (4) multa loca mendata, suppletatae lacunae, sublata homiliae XIII et XIV confusio, et quinquagesima homilia auctoris negrae paginae accessione. Ex eodem codice Bodleiano apographum homiliarum septem adhuc inedita cum Hudsonus misit ad laudatum Pritium, ut Haywoodus p. 86 introductionis testatur (5). Exstant etiam

NOTAE.

2) Petrus Possitius in Prolegg. ad Thesaur. Asceticum gr. et lat. Tolos. 1684, 4° contendit, Homiliae las et septem quae primus iste vulgavit Opuscula auctorem agnoscere antiquiorem quemdam Macarium, Antonii itidem discipulum, ex quo cooptice puerne pleraque graeco stylo exceperit, eiusque a. C. 341 indivisum cum Amatha comitem et a. 3 obitus testem. Sed non opus esse, diversum ne ab altero illo statuere Aegyptio, docent doctissimi viri Guil. Caveus in Hist. Lit. Scriptt. Eccl. T. II altera et Io. Georgius Pritius sua ad Macarium Praefatione. FABR. Oudin l. l. contra Possitium, du Pin et Caveum contendit multisque fundamentis suam argumentis, et epistolam [Pag. 362] illam, quam unicam Gennadius, Massiliensis episcopus, tribuit Macario, et quinquaginta Homiliae esse supposititias, atque propter veterum de iis scriptum et quia Pelagianismum subtilissimum ac insimul redoleant, haud habere auctorem Macarium Aegyptium, neque seniore neque iuniore, sed Macariis omnibus ante ortam sectam Pelagianam vita defunctis. Enimvero iam ante Pelagianismum Pelagianismi sparsa erant; v. J. G. Walch. p. 1369, et G. J. Voss. Histor. de controversiis Pelagii eiusque reliquiae moverunt, Oudin. 1655. 4° lib. I cap. 3 p. 4 sqq. Denique Ascetae, Macarii iunioris quondam discipulo, a. 400 et sqq. usque ad a. circit. 440 vel ultra, inter monachos Nitrienses vitam duxit solitudo. Omnes Homiliae et asceticae quaestiones ob hanc et styli similitudinem adiudicandas esse Oudinus pluribus rationibus adductis. Idem Pritii sententiam, eumque affirmat imperscripsisse Macario Aegyptio seniori omnia illa Macariis diversis attributa. Sed J. G. Walch. p. 1368 sq. neque agnoscit tertium Macarium Oudini rationes iudiciumque probat et

A vero refutat. HARL.

3) In fine Praefationis Lutetiae Kal. Maii 1559 scriptae editor: « Has ipsas, » ait, « impressas graece latineque vobis piis Christi et Ecclesiae S. cultoribus animo grato suscepturis mittimus, si quid melius allatura sit temporum tranquillitas, protinus emissuri. » HARL.

4) De illa versione v. Acta erudit. a. 1724 p. 86, et Bruggemann View etc. p. 402, a quo insuper memorantur The forty—fifth Homily of S. Macarius, done out of Greek. 4. s. a. et l. et A Homily of Macar. versa ab Henr. Guil. Ludolf in Reliquiis Ludolfianis Lond. 1712. 12. Nr. VI. HARL.

5) In cod. Barocc. memor. est et Homilia quinquagesima auctoris quam in editis, et quae septem praeterea in illo tantum cod. servantur Homiliae, eas referunt confector catal. codd. Angliae etc. I pag. 30, atque Oudin. l. l., qui eas quoque animadvertit eandem cum editis methodum eandemque doctrinam asceticam continere. In catal. codd. Angliae etc. in indice quidem Vol. I et interdum in aliis quoque catalogis confusi videntur Macarii. Nam tribuuntur Macario Alexandrino seniori, Aegyptio, qui itidem dicatur Abbas Nitriensis, qui tamen est iunior, cum Homiliae iam laudatae, tum alia, quae brevitate studio hic simul paucis ex illo aliisque catalogis repetam. Reperiri igitur dicuntur in cod. Barocc. CXLVII Macarii eremitae visio animarum; in cod. Oliveri Cromwelli CCLXXVII Nr. 5 ex Palladii Lausiaca Hist. de Macario Alex. ἀξέφαλος; ibid. Nr. CCXC, 28 ex Macario fragmentum exiguum; inter codd. Digbaei Nr. MDCXXXIV, et inter codd. Bodlei. Nr. MMCCXI, 22 ac Nr. MMDLXXII, 8 Macarii epistola ad alios; inter codd. Bodlei. Nr. MMCCXXIX, 43, et Cantabrigiae inter codd. domus S. Petri [Pag. 363] Nr. MDCGLXXVI, 45 Macarii epistola ad mo-

MSS. [Pag. 363] *Macarii Aegyptii Homiliae* in aliis bibliothecis, ut Leidensi et ex Is. Vossii suppellectile [Pag. 364] et Venetiis inter libros Julii Justiniani, procuratoris S. Marci, sed quos eo defuncto in manus ignotas devenisse testatur *Montfauconus* in Diario Italico p. 433 sq.

Opuscula septem Aetetica I. περί φυλαχῆς καρδίας, de custodia cordis II. περί τελειότητος ἐν πνεύματι, de perfectione in spiritu III. περί προσευχῆς, de oratione IV. περί ὁπομονῆς καὶ διακρίσεως, de patientia et discretionem V. περί ὑψώσεως τοῦ νοῦς, de elevatione mentis VI. περί ἀγάπης, de caritate VII. περί ἐλευθερίας νοῦς, de libertate mentis. Haec una cum *Apophthegmatis* quibusdam *Macarii* p. 243 ex cod. *Francisci Tertianus* primus edidit et latinam versionem suam addidit *Petrus Possinus* S. J. in Thesauro ascetico (6) Paris. 1684, 4°. Deinde graece et latine una cum *Macarii* Homiliis recudi curavit, aliaque *Apophthegmata* a *Jo. Baptista Cotelerio* (7) pridem vulgata, et quae de *Macario* Hieronymus, Palladius et Cassianus, sublimiter laudatus D. *Jo. Georgius Pritius* Lips. 1699, 8° (8). Germanice vertit edita a *Possino* *Opuscula* et *Apoph-*

NOTAE.

nachos; denique Nr. MMDLXXI *Macarii* itinerarium usque ad paradisum terrestrem seu de vita et consuetudine eius per Theophilum, Sergium et Chium monachos. Secundum Vol. II catalogi inter codd. Eccl. cathedr. *Sarisburyensis* Nr. MXLII *Macarii* epistolae; inter codd. Vossianos Nr. MMCIL *Macarii* Homiliae, [in cat. bibl. Leidens. p. 594 Nr. LXVII inter codd. Voss. sic citantur: *Macarii Aegyptii* Homiliae de perfectione christiana numero VII περί τῶν ἀπογοιμένων h. e. mortuorum; τοῦ αὐτοῦ κατηχητικός.]; *Dublino* inter codd. *Narcissi* archiep. Nr. MCCLIV liber theologic. (forsan *Macarii*, iudice confectore cat.) directiones complectens et preces christianas. *Mediolani* in Bibl. Ambros. *Macarii* cuiusdam monachi Epistola ad *Macarium*; item *Macarii* abbatis dialogus de baptismo, et *Macarii* martyris vita ac miracula, nec non *Macarii* martyris et sociorum vita, teste *Montfauconus* in Bibl. Biblioth. MSS. Tom. I p. 504 B. C. E. Eodem teste sunt in codd. *Vaticanis*. *Macarii abbatis* sermones ad monachos; ad filios Dei; et epistola; et *Macarii Aegyptii* Homiliae in IV codd. (Tom. I p. 67 C.); *Florentinae* in Bibl. *Camaldulensium* b. *Mariae* etc. *Macarii Aegyptii* abbatis epistola (ib. p. 413 C, et iterum p. 430 D, ubi epistolae in illo cod. inesse dicuntur); inter codd. monasterii S. *Audoeni Rothomagensis* *Macarii* epist. ad monachos (ib. II p. 4238 D); *Venetis* in Bibl. *Marc.* *Macarii monachi* flores ex diversis auctoribus (ib. I p. 474 B, sed in catal. codd. gr. *Marc.* desideratur illius indicium); inter codd. *Escorial.* *Hisp.* *Macarii* aliorumque Patrum preceptiones monach. (ib. I p. 624 C.); in Bibl. *Pilieri* etc. deest illius cod. notitia); in Bibl. *Basileensi* *Macarii* sermo contra *Arianos* (ib. I p. 613 C.). *Venetis* in Bibl. S. *Michaelis* prope *Marian.* *Macarii* excerpta in *Evangel.* S. *Matthaei* in catena gr. teste *Mittarellio* in cat. codd. illius Bibl. p. 698. Attamen comment. ac fragm. in catenis Patrum ad *Macar.* *Chrysocephalus* saepe pertinere videntur. *Taurini* in cod. *LXXX gallico* ep. *Macarii* ad monachos, v. cat. codd. *Taurin.* Vol. II p. 482. *Parisiis* in Bibl. publ. sunt secundum cat. codd. Tom. III in tribus codd. *Mac. sermo* ad monachos latine (v. indic.), graece autem secundum Tom. II *Macarii Aegyptii* Homiliae L in codd. DLXXXVII, MCLVII et duae in cod. MCCCLXXII Nr. 36 et 37; *Macarii* cum angelo colloquium in cod. CMXXIX Nr. 12; capita ascetica in epitomen redacta in cod. CMXVIII Nr. 2 et in cod. MDXCVIII Nr. 6, in cat. p. 370 sic citantur: *Macarii abbatis* capita ascetica sive additamenta ad librum I Patrum; Opusc. de anima in cod. MMDXCV Nr. 2 ex cod. quodam vet. anglicano a *Baluzio* a. 1584 descripto; epistola *Macarii* abbatis ad *Esaiam* abbatem in codd. CMXVI, et al. in cod. CMLXXV. In eadem Bibl. inter codd. *Syriac.* in cod. CXLV Nr. 5 sententiae selectae e sermonibus *Macarii magni* et aliorum, et Nr. 7 *Mac. Sermones* IV et Opusc. quaedam ascetica. In pluribus codd. Bibl. *Coislinianae* nomen, loca scriptaque *Macariorum* occurrunt, notante *Montfauconus* in Bibl.

A *Coislin.* in codd. XXXVII, CXVII, CXXII, CCXXXII in collectionib. locorum etc. (p. 444. 494. ex eius vita 198. 294.); inter scholia ad Io. Climaci scilicet am (p. 306); in cod. CCLXXXII ex *Historia* *Lausiaca* vita trium *Macariorum*, n. *iuenioris Aegyptii* et *politici* utpote diversorum, memoratur (p. 399); in cod. LXXXIII in *historia* monachorum *Aegyptiorum*, *Hieronymus* perperam adscripto, duo *Macariorum* vitae, n. *Aegyptii* et *politici*, describuntur (p. 138 sq.); in cod. CXIII ex *Macarii Scetiota* quaedam (ib. 246). In *Bibl. Laurent. Med.* *Florentinae* citantur *Macarii* loca in expositione error. praeceptorum in cod. IV plut. 6, et cod. XVII plut. 9 (*Bandin.* cat. codd. gr. Tom. I p. 99 et 436); in collect. capp. asceticorum cod. XXXI plut. 10 (*Bandin.* l. I p. 495); vita *Macarii* in cod. II plut. 6 (*Bandin.* I p. 100). *Taurini* in *Bibl. Reg.* cod. CXCXV ex S. *Macario* de perfectione spirituali capitula L. v. cat. codd. gr. *Taurin.* p. 296. *Vindobonae* in *Bibl. Caesar.* in cod. XLII *Macarii abba Aegyptii* citatur in catena Patrum in *Lucam* decemte *Lambecio* in *Comment.* Tom. III p. 166; in cod. LXXVI Nr. 12 *Macarii* precatio, v. *Lambec.* ib. p. 379; in cod. CLVI Nr. 8 *Macarii* capp. ascetica centum, is vocatur in hoc cod. *Mac. magnus* quaedam de eo [Pag. 364] tradit et plures de *Macario* laudat scriptores *Lambec.* Tom. IV p. 325 sqq.; in cod. CLXXXIX Nr. 3 *Macarii abba* paraenesis, in collect. Opusculor. asceticorum a in cod. CLXXXVII Nr. 7 eiusdem narrationis *Macariorum* visionum suarum de sanctis angelis (*Lambec.* Tom. IV p. 418 sqq. et p. 442) add. *Kollar.* in *Lambecii* comm. Tom. I p. 771 ex catal. italicis in cod. *Naniano* *Venet.* CXIII tribuitur id *Opusc.* de suis visionibus etc. *Macario Aegyptio*, v. cat. codd. gr. *Nan.* p. 230. In cod. CCXLI Nr. 1 citatur *Macarius* in lo. patriarchae *Antiochei* canonicis legibus asceticis (*Lambec.* Tom. V p. 222 sqq. et nota *Kollarii*). *HARL.*

6) Alia, quae in Thesauro illo ascetico continetur, refert D. *Thomas Ittigius* libro de Bibliothecis catenis Patrum p. 360 sq. Vide et *Acta eruditiorum* a. 1685 p. 488 sqq. *FABR.* Et de codd. v. notam superiorem. *HARL.*

7) Tom. I *Mon. Eccl. Graec.* Paris. 1677, 4° p. 300
8) Inscriptio est: *Macarii* etc. *Opuscula* nulla et *Apophthegmata* *Io. Georg. Pritius* collectavit, revidit, latinam versionem studiose emendavit, indicibusque adiectis edidit Lips. ap. her. *Gr.* 1699, 8°. Haec et superior *Homiliarum* editio, utraque coniunctim denuoque typis repetita videntur, novam accepit epigraphen *Macarii Homiliarum* *Opuscula* Lips. 1714, 8°. Sed *Macarii* *Opuscula* sculapium suum et meliorem scripturae curam huc expectare, pluribus exemplis docuit multum *Opusculorum* asceticorum loca haud imperite exiit explicuitque *Io. Salom. Semler* in specul. animadversionum in aliquot *Opuscula* graeca *Macarii*, *Halae Salicae* 1746, 4°. Idem ibidem 1747 edidit Specimen examinis critici operum.

thegmata et Homiliis Macarii sublunxit *Godfridus Arnoldus*, addiditque Gregorii Naz. orationem I sive apologeticum de fuga sua, Zenonis Veronensis sermonem de fide, S. Ephraemi sermones quatuor, S. Nili librum asceticum, et capita paraenetica 229, Sextique sententias 430, Emanuelis Phile Hymnum ad Spiritum sanctum, et Christi dicta, quae in evangelistis non reperiuntur.

[Pag. 365] Nonnulla Macarii fragmenta ex *Catenis Patrum*, ut Corderiana in Matthaeum, etc., et orationes nonnullas latine *Franciscus Combesius* Bibliothecae suae concionatoriae inseruit, qui, *de his disputare*, inquit, *et an vere Macarii senioris illae Homiliae sint nihilque Pelagiani surfuris inspersum habeant, nec eius quicquam laboret ἀπάθεια* [et quod angelos animosque corporeae naturae esse Homil. 3. et libro de caritate statuit], *alterius otii sit, fereque occupavit Brasichellani diligentia in Romano indice expurgatorio, emendati quandoque a Labbeo non male, plerisque locis modeste laudati, quicquid in Labbeum invehatur Raynaudus.*

Capita ascetica CLXX metaphrasi illustrata a *Simeone Logotheta* exstant MSS. in Bibl. Caesarea teste *Lambecio* lib. V p. 101 (9). Evolvere etiam illa se testatur *Allatius* de Simeonum scriptis p. 132. Incertum, qualis liber Macarii inter alia Ascetarum scripta commendetur a *Joanne Antiocheno* apud *Cotelierum* T. I Mon. Eccl. Graec. p. 167.

II. *Macarius junior, Alexandrinus*, discipulus et ipse *Magni Antonii*, monachus, presbyter et abbas Nitriensis, qui circa a. C. 404 centenarius obiit. De eo *J. Bollandus* 2 Januar. T. I p. 84 sq., et *Tillemontius* T. VII Memor. Hist. eccl. *Palladius* cap. 20 Lausiac. πολιτικόν (10) dictum fuisse testatur, ab urbe nempe Alexandria, ut notat *H. Dodwellus* ad fragmentum *Philippi Sidetae* p. 512 (11), a quo inter *διδασκάλους* sive catechetas Alexandrinos loco undecimo nominatur *Μακάριος ὁ πολιτικός*. Exstat sub eius nomine *Regula monastica* (12) triginta capitulis comprehensa, quam ex codice MS. Beccensi primus latine edidit illustravitque *Petrus Roverius* S. J. in Hist. monasterii Reomaensis in tractu [Pag. 366] *Lingonensi* Paris. 1637, 4°, p. 24, et post *Roverium* *Lucas Holstenius* in codice Regularum (13) Rom. 1637, 4°. *Fabr.* *Regula Macarii abbatis* latine in cod. MDLXIV Nr. 2 Bibl. publ. *Parisiinae*. In cod. regio Taurin. gr. CLXXVII fol. 29 *Canon S. metropolitae dom. Macarii iunioris, qui propriam sedem reliquit humilitatis causa, ignorantiam simulans, atque asceticae vitae se dedit in partibus Cretae, multaque praeclara miracula ubique fecit, etc.* v. *Cat. codd. gr. Taur.* p. 262. Num vero noster *Macarius*, an *Ancyranus metropolitae*, an alius sit intelligendus, ii qui codicem possunt comparare, decernant, sed *Regulam* illam *monasticam* aequae ac sermonem de exitu animae iustorum, etc. *J. G. Walch.* H. E. p. 1373 cum aliis adnumerat monumentis suppositis. HARL.

Alia *Regula Serapionis, Macarii, Paphnutii, iunioris Macarii* et aliorum 34 ex codice *Affligemenensi* primum edita ab *Henrico Cuicquio*, episcopo postea *Ruremondensi*, ad calcem *Cassiani Antverp.* 1578, 8°, et deinde in codice Regularum *Holsteniano* recusa.

Λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἀμαρτωλῶν τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν, *Sermo de exitu animae iustorum et peccatorum, quomodo separantur a corpore et in quo statu manent, sub*

NOTAE.

circumferuntur, *Macarii. Phil. Labbe* editioni suae *Glycae* annalium (inter *Scriptores Hist. Byzantinae*) praemisit syllabum auctorum sive editorum a *Glyca* memoratorum. Inter ineditos citatur *Macarius abbas, ὁ μέγας Μακάριος ἐν ἐπιστολαῖς*, a *Glyca* p. 81 laudatus. *Censor Scriptor. Hist. Byzant.* in *Baumgartenii* opere: *Nachrichten von einer hallischen Bibl. Tom. V* p. 420, Not. docet, intelligenda esse *Opuscula ascetica*, et locum a *Glyca* citatum convenire cum capite II *Opusculi quarti*, et opinatur, nomen *Epistolarum* aptius videri, quam vulgatum *Opusculorum* atque *Homiliarum*. *Opusculum I de custodia cordis* est in *Cod. Caes. Vindob.* CCXXXIV Nr. 15, v. *Lambec. Comm. Tom. V* p. 151, notamque *Kollarii*. HARL.

9) [Pag. 365] Sive p. 214 sqq. ed. *Kollar.* de *cod. CCXL*. Eadem *Macarii* capita, sed sine mentione *Simeonis Metaphrastae*, exstant etiam in *cod. Caesar.* CCXXXIV Nr. 16, v. *Lambec. Tom. V* p. 151, atque *Kollar.* adnotat, *Opusc.* esse adhuc ineditum, et illud, quod *Possinus* in *Thes. ascet.* p. 47 praemissa epigrapha *Περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι* protulisset, nihil aliud esse ac brevem huius *Opusculi* epitomen. HARL.

10) *Macarii πολιτικοῦ* vita gr. in *cod. CMXIV* Nr. 15 *Bibl. publ. Paris.* *Macarii* et *Aegyptii* et *politici* vita ex *Hist. Lausiaca* in *cod. Coisl.* CCLXXII. Utriusque *Macarii* dicta in collectione quadam asceticorum in *cod. Coisl.* CCXXXI, v. *Montfauc.*

A Bibl. Coisl. p. 399 et 295. Utriusque vita in *Hist. monachorum Aegyptior.* in *cod. Coisl.* LXXXIII, v. *Montfauc.* l. l. p. 138 sq. Idem p. 114 recenset *cod. XXXVII* s. *Niconis* collectionem locorum SS. et *Scriptor. Ecclesiasticor.*, inter quos occurrit *Macarius Alexandrinus ad magnum Eusebium Alexandrinum*, de quo cf. supra in *Vol. VIII* p. 295 a *Fabricio* et *cel. Keilio* adnotata. *Add. indic. Montfauc.* ad *Bibl. Coisl. vocc. Macarius* etc. HARL.

11) Est quoque translatum in *I. A. Fabr.* librum de salutari luce *Evangelii* cap. IX p. 188. cf. *Caevum* *Tom. I* p. 256. HARL.

12) Hanc regulam videtur intelligere *Gennadius* cap. 10 de *Script. Eccl.*, eamque tribuere *Macario Aegyptio*, signis et virtutibus claro, quem ait *unam ad iuniores professionis suae scripsisse epistolam, in qua docet illum perfecte posse servire Deo, qui conditionem creationis suae cognoscens, ad omnes semetipsum inclinaverit labores, et luctando atque Dei auxilium adversus omne, quod in hac vita suave est, implorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam veluti naturale debitum munus obtinuerit.* *Fabr.* Illam autem epistolam, cuius meminit *Gennadius*, potuisse *Homilias* continere suspicatur *J. G. Walch.* H. E. p. 1369. *Add. V. D.* iudicium paulo ante ex *Baumgartenii* *Nachrichten* etc. allatum. HARL.

[Pag. 366] 13) Alia in codice regularum *Holsteniano* contenta vide *B. Ittigii* libro p. 652 sq.

huius Macarii nomine editus est ex codice MS. Bibl. Paulinae Lipsiensis a *Guilermo Caveo* (14) interpretatione *Henrici Warthoni*. Postea veluti ineditum ex eodem Lipsiensi et duobus Viennensibus codicibus (15) cum versione sua vulgavit *Jacobus Tollius* (16) in *Insignibus Itineris Italici* p. 192 Ultraiect. 1696, 4°. In alio MS., quod memorat *Lambecius* lib. VI p. 303 (17), tribuitur *Alexandro Ascetae*, Macarii scilicet discipulo. Nam in alio, quem Tollius etiam inspexit, praemittuntur verba τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως - ὁ μαθητὴς διηγῆσατο ὅτι ποτὲ etc. Cf. similem licet breviorē διήγησιν τοῦ μακαρίου Ἀγτωνίου apud *Palladium* in *Lausiaca Historia* p. 69 Edit. Meursii.

Fragmentum ex τῶν ἐρωτήσεων πρὸς τὸν μέγαν Εὐσέβιον Ἀλεξανδρείας in MSS. Anonymi locis communibus asceticis, de quibus *Lambecius* lib. V p. 154 sq. [in cod. CCLI v. p. 326 Ed. Kollar. et de Eusebio Alexandrino ad init. huius II sectionis. HARL].

—
IDEM

Sub indice a Sanctorum elogia et vitae »

DE HISDEM.

Ibid. Vol. X p. 271.

Macarii cognomento πολιτικοῦ Paris. in cod. CMXIV N° 15 et Nr. 16 narratio de duabus mulieribus et abbate Macario. In Bibl. publica. HARL.

Macarii Aegyptii. Μικροῦ Μακάριος διέφυγεν ὁ Αἰγύπτιος. Auctor Joannes Hagiopolita sive Hierosol. FABR. In cod. Naniano CXXXVI Nr. 24, in quo auctor dicitur Hagiopolita, v. cat. codd. gr. Nan. p. 316. HARL.

Macarii eremitae. Παρακαλοῦμεν οἱ ταπεινοί. Cod. Barocc. CXLVII.

Macariorum duorum Aegyptii et Alexandrini Marcique monachi, auctore Palladio episcopo Macedoniae. *Illa quae de praedicabilibus et beatis referuntur viris*. Latine apud Surium 2 Januar. ex Palladii Hist. Lausiaca. FABR. Cf. AA. SS. Januar. Tom. I. p. 1005 sqq. vita ex Ms. graec. cum comment. notisque Bollandi, et ibid. p. 1012 et seqq. vita ex Palladii Hist. Lausiaca, ex Rufino et Vitis Patrum, cum Bollandi notis. Vita Macarii abbatis Alexandrini ex Vitis Patrum collecta cum comment. et notis ibid. p. 84 sqq. HARL.

NOTAE.

14) In Hist. Lit. Scriptt. Eccl. ad a. C. 373 Lond. 688, fol.; Genev. 1694. 1705. 1720 fol.; Basil. 1741, fol.

15) Scilicet cod. CCX Nr. 12. Inscriptio autem et initium est: τοῦ Ἀ66ᾶ Μακαρίου πῶς χωρίζεται ἡ ψυχὴ ἐκ τοῦ σώματος, etc., v. *Lambec.* Comment. Tom. V p. 49, ibique Kollarii not. In cod. CCXXXVIII Nr. 13 est anonymi narratio de statu animarum post hanc vitam et de S. Macario Alexandrino. *Lambecius* l. l. p. 208 observat *Joannem Sambucum* sua manu in margine cod. adnotasse auctorem istius narrationis esse *S. Isaacum Syrum, abbatem et anachoretam*. Cf. supra notitiam codicum init. huius

cap. HARL.

16) Alia, quae in illo Tollii volumine occurrunt, vide recensita ab *Ittigio* p. 710 sq., et in *Actis Erud.* a. 1696 p. 297.

17) In priore *Lambecii* edit. cod. mem. recensio haerebat in appendice libri VI, sed in edit. Kollarii numeratur in Vol. V p. 628 (ubi v. not. Kollar.) cod. CCCXXXVII, in quo est Nr. 2 sub nomine *Alexandri eremitae*: inc. τοῦ ἁγίου Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀσκητοῦ λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς. Ποτὲ διοδεύόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἴδον δύο ἀγγέλους συνακολουθεῖν τῷ Ἀ66ᾶ Μακαρίῳ etc. Add. *Fabric.* infra lib. V cap. 45 Vol. X p. 473. HARL.

S. MACARII AEGYPTII

EPISTOLAE, PRECES.

PRAEMONENDA.

Qui Gennadii (de viris illustribus cap. 10) verba haec legit : « Macarius monachus ille Aegyptius signis et virtutibus clarus unam tantum ad iuniores professionis suae scripsit epistolam, in qua docet illum perfecte posse servire Deo, qui conditionem creationis suae cognoscens ad omnes semetipsum inclinaverit labores, et luctando atque Dei adversum omne, quod in hac vita suave est, auxilium implorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam velut naturae debitum munus obtinuerit », ei fieri non potest quin suboriatur suspicio, Macarium Aegyptium doctrinae Pelagianae, e qua continentia naturae, non gratiae donum est, quasi facem praetulisse. Unde Oudinus in Commentariis de scriptoribus et scriptis ecclesiasticis v. *Macarii tres monachi*, aliique, inter quos Petittidierius in libro qui inscribitur : *Remarqués sur la bibliothèque des auteurs ecclésiastiques de M. Du Pin Paris. 1692 T. II p. 198 sqq.*, homilias quoque, quae Macarii Aegyptii nomine feruntur, puro puto Pelagianismo infectas esse probare sunt conati. Verum epistola a Petittidierio l. l. p. 220 e codice ms. abbatiae S. Vitoni (S. Vauve) prolata ab ea, quam Gennadius commemorat, et argumento et universo tenore ita distat, ut eadem cum illa nullo modo haberi possit. Quam ipsissimam me in codice ms. olim Treverensi, quem Dr. Binterim v. cl. pretio emptum antehos quatuordecim annos Bollandistis in Belgia dono dedit, detexisse eo magis gaudeo, quod eam ne levissima quidem eiusmodi haereseos macula conspersam esse statim mihi persuasi. Eam igitur epistolam, quae quin Macarii Aegyptii sit dubitari nequit, ad fidem trium codicum primo loco edidimus. Huic alteram graecam subiunximus e codice Berolinensi erutam, in quo eidem Macario Aegyptio diserte tribuitur. Quae cum Macarii Aegyptii homiliis ita convenit, ut ab eodem auctore profecta esse arguatur. Tertia porro epistola adscribitur cuidam Macario, quem ab Aegyptio diversum esse et stylus et sententiarum discrepantia prodere videntur. Quartam denique epistolam addidimus illam, quam Petittidierius publici iuris fecit, a nobis ad fidem duorum codicum recognitam. Quam quidem epistolam e prima et tertia compilatam esse, si inter se comparaveris illas, facile intelliges. Reliquum est, ut codices describamus.

Primae epistolae codices tres quos contulimus sunt *Vaticanus* bibliothecae Christinae 588 membranaceus, saec. XIII, in fol., in quo epistola legitur fol. 112-114, *Treverensis* olim bibliothecae S. Maximini qui nunc apud Bollandistas in Belgia asservatur, membranaceus, saec. XV, in fol., et *Confluentinus* bibliothecae gymnasii 23, chartaceus, saec. XV, in fol., ubi fol. 125, 2-127 exstat. In codice autem Vaticano epistolam excipiunt novem historiae de mortuo a Macario Aegyptio resuscitato, de eodem Macario, postquam fatigatus oravit, elevato et trans flumen demisso, de cranio sacerdotis gentilis eidem poenas infernorum enarrante, de duobus monachis quos in insula eremi nudos invenerat, de eiusdem doctrina, cur acceptarum ab hominibus iniuriarum reminiscendo vim memoriae laedamus, malorum vero a daemionibus inflictorum recordatione non laedamus, de Macario Aegyptio e sepulchro mortuum quendam, qui depositum quoddam ubi posuerit indicet, evocante, eiusdem responsum Theodoro abbati datum de paupertate pulchris actionibus praeferenda, eiusdem ad monachos, ut multiloquium fugiant, exhortatio, denique sententia eiusdem Macarii, verum monachum nunquam ad iracundiam moveri, sed semper se vincere. His aliisque similibus Patrum creni historiis plenus est codex ille. Codex alter olim Treverensis hunc praec se fert indicem : *Istz*

continentur in isto volumine per ordinem requirenda. Liber primus vitarum patrum. Liber secundus. Vita Sancti Frontini abbatis habetur post librum secundum. Liber tertius vitarum Patrum. Vita-sancte Martine virginis que in monasterio virorum debebat. Vita Sancti Pachomii quem Angelus Domini crudivit. Liber quartus vitarum patrum. Vita Sancti Abrahe viri dei post quartum librum habetur. Epistola beati Macharii abbatis ad filios suos dilectos. Sermo beati athanasii Alexandrine civitatis episcopi ad monachos. Profectus Religiosorum moralis a beato Bernhardo metricè compositus. Omilia beati Bernhardi super evangelium Ecce non etc. in die Benedicti. Constitutiones Benedicti papae duodecimi de ordine nigrorum monachorum. Sermones beati Bernhardi super Psalmum Qui habitat. Tractatus beati Anselmi Cantuarensis episcopi Unde supra. Omilia Sancti Bernhardi super evangelium de decem virginibus. Tempus vero, quo scriptus sit codex, notula haec indicat : Anno domini 1461 sub venerabili patre et domino Anthonio abbate scriptus est liber iste per fratrem Ludovicum Rathingen professum. Orate pro eo. Tertius denique codex, Confluentinus, satis bene exaratus, constat foliis 242, et foliis 21 quae vacant scriptura. Folia chartacea antecedit unum pergamenum cum indice rerum. In tegumenti parte interiore legis : *Iste liber est. mihi. de Merle.* In hoc autem codice haec continentur : fol. 1-33,2 liber secundus vitarum Patrum, a Rosweido editus Antv. 1628 p. 448 sqq., fol. 34,1-125,1 liber quintus et sextus vitarum Patrum [Rosw. p. 562 sqq., 644 sqq.], fol. 125,2-127,1 Sancti Macarii epistola ad filios a nobis primum in lucem prolata, fol. 127,1-138,1 « Excerpta utilia » e libro septimo vitarum Patrum [Rosw. p. 665], fol. 138,1-141,2 vita S. Pauli [Rosw. p. 17 sqq.], fol. 142,1-168,2 vita S. Antonii abbatis [Rosw. p. 35 sqq.], fol. 168,2-178,2 vita S. Hilarionis monachi [Rosw. p. 75 sqq.], fol. 178,2-183,1 vita S. Simonis Stylitae [Rosw. p. 170 sqq.], fol. 183,1-185,2 vita S. Malchi captivi monachi [Rosw. p. 93], fol. 185,2-188,2 vita S. Frontonii abbatis [Rosw. p. 238 sqq.], fol. 188,2-190,1 vita S. Marinae virginis [Rosw. p. 393 sq.], fol. 190,1-194,1 S. Athanasii sermo ad monachos : « Et si quid gloriari—et Deus pacis erit vobiscum », qui exstat in S. Athanasii Opp. ed. Bened. Patavii 1777 T. II p. 642, fol. 194,1-198,1 vita S. Pelagiae meretricis [Rosw. p. 376 sqq.], fol. 198,1-210,1 vita SS. Epicteti presbyteri et Astionis monachi [Rosw. p. 211 sqq.], fol. 210,1-218,2 vita S. Abrahae eremitae [Rosw. p. 144 sqq.] et vita S. Mariae meretricis neptis Abrahae eremitae [Rosw. p. 368 sqq.], fol. 218,2-222,2 vita S. Euphrosynae virginis [Rosw. p. 363 sqq.], fol. 222,2-231,1 vita S. Mariae Aegyptiacae [Rosw. p. 382 sqq.], fol. 231,1-242,1 Palladii Historia Lausiaca usque ad verba : « de periculis liberare et cognoscamus earum apud dominum potentiam » [Rosw. p. 964-999.2]. Explicit codex : Et sic est finis huius opusculi.

Penna fuit vilis et palma [fuit] puerilis;
Dentur pro penna scriptori caelica regna.

Epistolam secundam graecam e cod. ms. gr. N° 16 Bibl. Reg. Berolinensis bombycino optimae notae in fol., ubi duodecim ultimis foliis exstat sub titulo : τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μακαρίου ἐπιστολὴ μεγάλη καὶ πάνυ ὠφελιμὴς, descripsi. Antecedunt inde ab initio codicis τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ αἰγυπτίου ἐπιτομὴ πνευματικῆ, πάνυ πολλῆς ὠφελείας πεπληρωμένη, περὶ τῆς ὑπεροχῆς καὶ σπουδαζομένης χριστιανοῖς τελειότητος; unde epistolam hanc eiusdem esse Macarii manifestum est. De hoc codice plura invenies infra nostrae editioni S. Macarii Aegyptii Homiliarum praemissa. Versionem epistolae latinam nostram addidimus.

Ad tertiam epistolam quod attinet, bibliothecae Burgundicae Bruxellensis codicem chartaceum, saec. XV, in fol., N° 15010, ubi exstat fol. 67, 2, quin cum textu Holstenii Cod. Reg. T. I p. 21 Bruxellis versans conferrem, impeditus sum. Titulum solum et clausulam ex hoc codice descripsi et suo loco recepi. Ceterum Macarii Alexandrini esse epistolam haud temere suspicari mihi videor.

Quartae denique epistolae a nescio quo consarcinatae codices duo, quos contuli, sunt Vindobonensis bibliothecae Caesareae 4800, olim cod. theol. 361, membranac., saec. XIV, ubi exstat fol. 146, 2, et Bruxellensis bibliothecae Burgundicae chartaceus saec. XV in fol. N° 15011, ubi legitur fol. 68,1. Codicem priorem descripsit Denis Catal. Vol. II T. I, p. 802.

Reliquum est ut moneam S. Macarii Aegyptii epistolarum etiam alios codices mss. nondum collatos in bibliothecis delitescere. Sic teste *Catalogo codd. Angliae* Vol. I et II exstat in codd. Digbaei N° 1634 et in codd. Bodlei. N° 2211,22 ac N° 2572,8 *Macarii epistola ad filios*, in codd. Bodlei. N° 2229,13 et Cantabrigiae in cod. domus S. Petri N° 1776,15 *Macarii epistola ad monachos*, in codd. eccl. cathedr. Sarisburiensis N° 1042 *Macarii epistolae*. Teste Montfauconio exstat Mediolani in codd. graecis Bibl. Ambrosianae *Macarii cuiusdam monachi epistola ad Macarium* (Bibl. bibliothec. mss. T. I p. 501), Florentiae in bibliotheca Camaldulensium B. Mariae de Angelis *S. Macarii abbatis Aegyptii epistolae* (ibid. p. 413. 430), in codd. monasterii S. Audoeni Rothomagensis, nunc Bibl. publ. Rothomagensis N° 508 membranac., *epistola Macarii data ad monachos* (ibid. T. II p. 1238; Haenel Catalogi librorum mss. p. 423). Taurini in cod. 80 est *epistola S. Macharii ad monachos* in gallicum sermonem conversa, cuius initium: « Si ung homme cognoist bien que il est et que est son Createur et il se veult repentir de ses peches cet. (Mss. codd. Bibl. Reg. Taurinensis Taurinae 1749 T. II p. 482). Parisiis in Bibl. publ. cod. 916 exstat *epistola S. Macarii abbatis ad Esaiam abbatem*; item in cod. 975 *S. Macarii epistola*.

Porro Assemannio auctore arabice exstant in codice a. Chr. 1055 scripto *S. Macarii abbatis epistolae et sermones ad monachos XXVI*, et in alio codice arabico scripto a. Chr. 885 *S. Macarii sermo de Oratione atque epistola ad monachos* (Bibl. Orient. T. II p. 511). Syriace autem in cod. Nitriensi 18 exarato a. Ch. 769 leguntur *Macarii Magni Aegyptii discipuli S. Antonii sermones III et epistolae VIII*, et *Macarii Alexandrini sermones III et epistolae VII* (ibid. T. I p. 567). Item in cod. Beroensi scripto a. 1578 inveniuntur *Macarii Aegyptii sermones III et epistolae VIII* et *Macarii Alexandrini sermones II et epistolae IX* (ibid. p. 586); item in codice syriaco 6, exarato a. 1223, *S. Macarii Aegyptii sermones III et epistolae X*, et *Macarii Alexandrini sermones V et epistola ad sanctimoniam quandam* (ibid. p. 610).

S. Macarii Preces e Bibliothecae Vindobonensis codice ms. theol. graec. 231, olim 76, chartaceo, antiquo, in 4°, proferimus, ubi fol. 61, 1 sqq. leguntur, sequentibus canticis ad S. Antonium et S. Onufrium. Quare Macarii Aegyptii illas esse verisimile nobis visum est. Codicem Lambecius Commentar. T. III ed. altera p. 372 sqq., de Nessel Catal. T. I p. 327 sqq. descripserunt.

I.

EPISTOLA SANCTI MACARII AEGYPTII.

Cod. ms. Vat. Bibl. Christinae 588 membranac. Saec. XIII fol. A
Cod. ms. olim Bibl. S. Maximini Treverensis, nunc Bollandistarum Bruxellis, membranac. Saec. XV fol. B
Cod. ms. Confluentinus, Bibl. Gymnasii 23 chartac. Saec. XV fol. C

Exstat haec epistola cod. A fol. 112-114, cod. B fere medio, et cod. C fol. 125, 2-127. De codicibus et de epistola praemonuimus supra col. 401-404.

Incipit epistola sancti Macharii ad filios Dei ¹⁾.

In primis quidem si ²⁾ coeperit ³⁾ homo semetipsum agnoscere, cur creatus sit, et factorem suum deum, tunc incipiet poenitere ⁴⁾ super hiis, que commisit in ⁵⁾ tempore negligencie suae. Sic demum benignus deus dat illi tristitiam pro peccatis, et post hec iterum per suam benignitatem donat illi afflictionem ⁶⁾ corporis in ieiuniis et ⁷⁾ vigiliis, et oracionis instantiam, et contemptum mundi, et ut libens illa-

tas sibi iniurias sufferat, et ut odio habeat omne refrigerium corporale, et ut diligat planctum magis quam risum. Post hec tribuet illi desiderium fluctuum planctumque et humilitatem et humiliacionem cordis, et ut trabem oculi sui consideret, non alterius festucam nitatur eruere, et dicat semper, quoniam iniquitatem meam ego agnosco et peccatum meum contra me est semper, et ut diem exitus sui ⁸⁾ in mente habeat, et quomodo in conspectu dei oc-

VARIAE LECTIONES.

¹⁾ Dei om. BC. — ²⁾ B siquidem si. — ³⁾ BC ceperit. — ⁴⁾ BC poenitere, et sic ubique scribitur. — ⁵⁾ in om. B. — ⁶⁾ C afflictionem, et sic ubique. — ⁷⁾ et om. C. — ⁸⁾ C male sue.

cursum sit, sed et iudicia et penas describat in conspectu mentis suae, nec non etiam meritos honores qui dandi sunt sanctis. Si igitur [192] viderit, quoniam haec illi suavia sunt, temptat eum, si abrenuntiat voluptatibus, et resistit¹⁰) adversus impugnantes¹¹) huius mundi principes¹²), qui vixerunt eum prius, sed et escarum varie delectaciones, que emolliiri faciunt cor, ut¹³) rursus¹⁴) propemodum¹⁵) vinci queat e¹⁶) lassitudine corporis et longinquitate, dicentibus illi cogitationibus suis: quanto temporis spacio hunc laborem sufferre poteris, et quia ardui laboris sit, ut mereatur quis inhabitatorem habere deum, presertim tu, qui multa peccasti, et quanta tibi possunt remitti peccata a deo! Si autem cognoverit, quia cor illius firmum est in timore dei et non dimittit locum suum, sed fortiter resistit et pugnat¹⁷), tunc venient illi sub occasione iusticie dicentes: Peccasti quidem, sed penitenciam egisti, iam sanctus es; et faciunt illum¹⁸) recordari quorundam hominum peccata, qui non egerunt penitenciam, superseminantes illi in corde vanam gloriam. Non solum vero haec, sed etiam faciunt quosdam homines laudare eum subdole, et provocare eum ad opera, que ferre non potest, immittentes illi cogitaciones non vescendi et non bibendi, nec non et vigiliarum, et multa alia, que longum est dicere, et facilitatem illi ad haec perficienda tribuunt, si¹⁹) quo modo eum ad haec illiciant²⁰), precavente scriptura et dicente: ne declinaveris ad dextram neque ad sinistram, sed rectum iter ingredi. Si autem benignus deus perspexerit, quia nulli eorum acquievit cor ipsius, dicente david et de huiusmodi temptacionibus²¹) significante: probasti cor meum et visitasti nocte²²), igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Et hoc perspicendum, cur nocte²³) dixerit et non die²⁴); videlicet quia circumvenciones inimici nox sunt, sicut²⁵) beatus paulus dixit²⁶), [193] non esse nos filios tenebrarum²⁷), sed lucis, quia filius dei dies est²⁸), diabolus²⁹) vero nocti assimilatur. Si vero haec omnia bella supergressa fuerit anima, tunc incipiunt illi immittere adversarios³⁰) cogitaciones, fornicacionis desiderium et nefandum³¹) stuprum. In hiis³²) igitur omnibus infirmatur anima et cor tabescit, ut impossibile³³) sibi credat esse custodiam castitatis, subiungentes illi, ut dixi, temporis proximitatem, virtutum arduum³⁴) laborem, et quia grande sit onus ipsarum et importabile³⁵), subiungentes illi infirmitatem corporis et fragilitatem na-

ture. Si autem ad has impugnaciones non lassaverit, tunc benignus et misericors deus mittit illi virtutem suam, et confirmat cor ipsius, et dat illi letificiam et refrigerium et possibilitatem, ut fortior inimicis inveniatur, ut illorum adversus illum³⁶) pugna³⁷) non prevaleat, timentibusque prestat virtutem³⁸), sicut et sanctus paulus dicit: contendite, et accipietis virtutem. Haec quippe³⁹) est virtus, quam beatus petrus loquitur dicens: hereditatem incorruptam et immarcessibilem conservatam in celis in vobis, qui in virtute⁴⁰) dei custodimini per fidem. Tunc benignus et clemens deus, si viderit, quia⁴¹) cor ipsius corroboratum est super inimicos suos, tunc paulatim subtrahit virtutem, que illi⁴²) opitulabatur, et concedit inimicis impugnare⁴³) eum variis concupiscenciis carnis, nec non et vane glorie⁴⁴) cupiditate, et superbia, ceterisque⁴⁵), que⁴⁶) ad perditionem trahunt, ut propemodum⁴⁷) assimiletur navi, que sine gubernaculo in scopulis hoc illucque⁴⁸) offendit. Cum autem cor eius⁴⁹) emarcuerit in hiis, et ita⁵⁰) defecerit ad singula temptamenta⁵¹) inimici, tunc hoc [194] minum amator deus, curam habens creature suae, immittit illi sanctam virtutem et confirmat, subiciens cor et animam et corpus ipsius et omnia viscera eius sub iugo paracliti⁵²), ipso dicente: tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Et sic demum benignus deus incipit adaperire⁵³) oculos cordis ipsius⁵⁴), ut intelligat, quoniam ipse est, qui confirmat eum, et tunc vere incipiet nosse homo honorem dare deo cum omni humilitate et actione graciaram, sicut david dicit: sacrificium deo spiritus contribulatus. Ex hoc enim labore prelii humilitas et contribulacio et mansuetudo efficitur⁵⁵). Cum hiis igitur omnibus fuerit probatus, tunc incipiet illi spiritus sanctus revelare occulta⁵⁶), hoc est, que sanctis iure meritoque debentur et hiis, qui sperant super misericordia eius, et tunc reputat secum homo dicens illud apostolicum: quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis, et illud david: quid enim michi est in celo, et a te quid volui super terram? hoc est: o domine, quanta michi paraveras in celo, et ego quid a te querebam⁵⁷) in vita mortali? Et sic etiam incipient illi revelari tormenta, que passuri sunt peccatores, et multa alia, que me tacente sanctus vir intelligit. Post haec vero omnia incipiet paraclitus inire pactum cum puritate cordis ipsius et anime firmitate et

VARIAE LECTIONES.

⁹) C radendo corr. merito. — ¹⁰) B resistat. — ¹¹) AB impugnaciones. — ¹²) B principum. — ¹³) C male et. — ¹⁴) AB prorsus. — ¹⁵) BC prope modum. — ¹⁶) A vincique a. — ¹⁷) et pugnat om. A. — ¹⁸) C eum. — ¹⁹) C male sed. — ²⁰) AB illiciant. — ²¹) A cogitationibus. — ²²) C probasti cor meum et visitasti cor meum et visitasti nocte. — ²³) BC in nocte. — ²⁴) BC in die. — ²⁵) C sicud, et sic ubique. — ²⁶) BC dicit. ²⁷) BC tenebrarum filios. — ²⁸) est om. A. — ²⁹) C Dyabolus. — ³⁰) BC adversarie. — ³¹) BC nefandum. — ³²) hiis om. C. — ³³) A possibilem. — ³⁴) A verum, C vanum. — ³⁵) B inportabile. — ³⁶) C eum. — ³⁷) AC impugnacio. — ³⁸) A timentiumque quae inhabitat in eo virtutem. — ³⁹) quippe om. BC. — ⁴⁰) B per virtutem. — ⁴¹) B quantum. — ⁴²) illi om. BC. — ⁴³) C male pugnare. — ⁴⁴) A vana gloria. — ⁴⁵) BC ceterarumque. — ⁴⁶) que om. C. — ⁴⁷) B prope modum. — ⁴⁸) A atque illuc. — ⁴⁹) A illius. — ⁵⁰) A et ut itu dicam. — ⁵¹) B demptamenta. — ⁵²) A paracliti. — ⁵³) A aperire. — ⁵⁴) BC ipsius cordis. — ⁵⁵) B efficiuntur. — ⁵⁶) A ecclesiam. — ⁵⁷) B quid a te quid querebam.

sanctitate corporis et cum spiritus eius humilitate, **A** et faciet⁵⁸⁾ cum progredi⁵⁹⁾ omnem creaturam, et ut non loquatur os eius opera hominum, et ut recta oculis suis videat, et ut ori suo custodiam ponat, et iter faciat rectum⁶⁰⁾ gressibus suis, et ut iusticiam habeat manuum suarum, hoc est operum, et orationis instanciam, nec non et⁶¹⁾ afflictionem corporis et vigiliarum frequentiam. Et hec disponit cum eo in mensura et discrecione, et non in turbulencia, sed in quiete⁶²⁾. Si vero mens ipsius dispositionem sancti [195] spiritus contempserit, tunc virtus, que in eum⁶³⁾ collata fuerat⁶⁴⁾, discedit, et sic pugne efficiuntur in corde eius et conturbaciones⁶⁵⁾, et conturbant eum⁶⁶⁾ passiones corporis per momenta singula expugnacione inimici. Si autem conversum fuerit cor eius et optinuerit⁶⁷⁾ precepta spiritus sancti, proteccio domini fit super eum. Et tunc homo agnoscet⁶⁸⁾, quia indesinenter adherere deo bonum

est, et quoniam ipse⁶⁹⁾ est vita eius, dicente david : clamavi ad te et sanasti me; et iterum : quia apud te est fons vitae. Igitur secundum meum consilium quidem⁷⁰⁾, nisi homo grandem possederit⁷¹⁾ humilitatem, que virtutum omnium culmen est, et custodiam posuerit ori suo, et cordi timorem dei, et in eo quidem se probat excellere ceteris, non se preferat⁷²⁾ tanquam aliqui boni fecerit, et ut injurias sibi illatas libenter sufferat, et prebeat percutienti se aliam maxillam, et ut ad omne opus bonum violenter erumpat et diripiat, et ut animam suam in manu portet quasi cottidie moriturus, et ut vana ducat omnia, que sub hoc⁷³⁾ sole⁷⁴⁾ cernuntur, et⁷⁵⁾ dicat : cupio dissolvi et esse cum Christo, et : michi vivere Christus est et mori lucrum, non poterit precepta servare spiritus sancti. *Explicit epistola beati Macarii ad filios*⁷⁶⁾.

VARIAE LECTIONES.

⁵⁸⁾ *A facit.* — ⁵⁹⁾ *A supergredi.* — ⁶⁰⁾ *A iter rectum faciat.* — ⁶¹⁾ *et om. C.* — ⁶²⁾ *sed in quiete om. BC.* — ⁶³⁾ *BC in eo.* — ⁶⁴⁾ *B fuit.* — ⁶⁵⁾ *C tribulaciones.* — ⁶⁶⁾ *eum om. C.* — ⁶⁷⁾ *C obtinuerit.* — ⁶⁸⁾ *A cognoscet.* — ⁶⁹⁾ *A ipsum.* — ⁷⁰⁾ *quidem om. BC.* — ⁷¹⁾ *BC possederit grandem.* — ⁷²⁾ *C proferat.* — ⁷³⁾ *hoc om. B.* — ⁷⁴⁾ *C sole hoc.* — ⁷⁵⁾ *et om. C.* — ⁷⁶⁾ *Explicit epistola beati Macarii ad filios om. A.; beati Macarii ad filios om. C.*

II.

EPISTOLA SANCTI MACARII AEGYPTII

CUM VERSIONE EDITORIS.

Cod. ms. graec. Fol. 16 Bibl. Reg. Berolinensis bombyciens Saec. XII vel XIII fol.

Antecedunt epistolam inde ab initio codicis « Τὸν δόσιον Πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου ὁμίλια πνευματικὰ πᾶν πολλῆς ὠφελείας πεπληρωμένα καὶ τῆς ὀφειλομένης καὶ σπουδαζομένης Χριστιανοῖς τελειότητος » : unde epistolam hanc eiusdem Macarii Aegyptii esse apparet. Notandum est, in codicis textu homiliarum verba interdum nonnulla errore librarii excidisse, quod an non etiam in epistolae textu nonnunquam acciderit, dicere haesito. De codice vide PRAEMONENDA ad S. Macarii Aegyptii Homilias infra col. 447-448.

Τὸν αὐτοῦ ἁγίου Μακαρίου ἐπιστολὴ μεγάλη καὶ C Eiusdem sancti Macarii epistola magna et perutilis. πᾶν ὠφέλιμος¹⁾.

Γινώσκεις βούλομαι τὴν σύνεσίν σου, ὅτι χρὴ τὸν τέλειον ἄνδρα ἀφιερωμένον τυγχάνοντα μὴ μόνον αὐτὸν ἐν Θεῷ εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἐν αὐτῷ· καθὼς φησιν ὁ κύριος· ὁ μένων ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. δεῖ γὰρ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον καὶ παροικῆσαι ἐν τῷ σκηνώματι τῷ θεϊκῷ, καὶ κατασκηνῶσαι ἐν τῷ ἁγίῳ ὅρει τῆς ἀχράντου θεότητος, ἵνα μὴ μόνον περιέγων ἦ, ἀλλὰ καὶ περιεχόμενος ὑπὸ τῆς δόξης τοῦ μὴ συγχωροῦντος²⁾ καταδυναστεύεσθαι ὑπὸ τῆς τοῦ σκότους ἐνεργείας τῶν παθῶν. ἁγιασμῷ γὰρ χάριν καὶ τῆς οἰκειᾶς ἀπαθείας ἐνοικεῖ τοῖς ἀξίοις ὁ σωτήρ, ἵνα καὶ, ὡς αὐτὸς ἀπαθῆς τυγχάνῃ, καὶ τοὺς δεξα-

199 Cognoscere cupio mentem tuam, an censeas necesse esse perfectus vir, qui sit sanctificatus, non solum ipse in Deo sit, sed et Deus in eo, sicut ait Dominus : qui manet in me, et ego in eo (1). Oportet enim Dei hominem et habitare in tabernaculo divino, et ponere tabernaculum in sancto monte immaculatae Deitatis, ut non solum circumdet, sed etiam circumdatus sit gloria eius, qui non patitur redigi eum sub potestatem tenebrarum ac passionum. Sanctificationis enim et propriae apathiae gratia inhabitat dignis Salvator, ut, quemadmodum ipse passionum expertus est, ita etiam illos, qui

VARIAE LECTIONES.

¹⁾ Cod. ὁφέλιμος. — ²⁾ Cod. συγχωροῦντος.

NOTAE.

(1) Joh. XV, 5.

eum receperunt, a passionibus liberet, iam non agitato et circumlato quovis vento. Sunt enim qui non modo ipsi procul a Christi mysteriis degentes, verum etiam proximis potum sordidae corruptelae praebentes, veritatem Dei in iniustitia detineant, in quibus, inquit, **200** quod notum est Dei, manifestum est (1). Nam vani in cogitationibus suis et obscuro in insipienti corde suo facti, dicunt naturales esse et a Deo procreatas passiones ignominiae, voluptatem inquam corruptionis, et animum iniustum, iram indecoram, non secundum Deum motam, et alia eiusmodi.

VARIAE LECTIONES.

¹⁾ Cod. καταβάλλῃ. — ²⁾ Cod. ἀπόλωλε. — ³⁾ Cod. ἐπόμενος. — ⁴⁾ Corr., cod. ἔχειν. — ⁵⁾ Emend., cod. ἄλλος. — ⁶⁾ Cod. ὄπλων. — ⁷⁾ εἰ om. librarius, sed. m. corr. supra adscr. οἱ.

NOTAE.

(1) Genes. IV, 4.

Dei (1); opima autem dicit et primitias substantiarum ipsam animam et ipsam mentem, imperans nobis, ne pusillanimiter immolemus Deo laudes et preces, neque obvia quaeque Domino offeramus, sed quod optimum est animae, immo potius ipsam totam tradere cum omni amore et alacritate, ut semper nutriti Spiritus gratia, et virtutem, quae ex Christo est, assumentes expedite curramus cursum salutis, eumque facilem et suavem reddamus, cursum scilicet iustitiae, opitulante nobis Deo ad laborum studium, et perficiente per nos iustitiae opera. πρεπῶς θύειν τῷ θεῷ τὰς αἰνέσεις καὶ τὰς εὐχάς, μηδὲ τὰ τυχόντα τῷ θεοπότη προσάγειν, ἀλλ' εἰ τι καίριον τῆς ψυχῆς, μᾶλλον δὲ αὐτὴν ὀλην ἀνατιθέναι μετὰ πάσης ἀγάπης καὶ προθυμίας, ὅπως αἰετρεφόμενοι τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι καὶ δυνάμει τὴν ἐκ τοῦ Χριστοῦ προσλαμβάνοντες, τρέχωμεν βῆδως τὸν σωτηρίου δρόμον, κούφον καὶ ἥδυν ποιούντες, τὸν ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης, συναντιλαμβανόντος ἡμῶν τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν τῶν πόνων σπουδὴν, καὶ ἀποτελούντος δι' ἡμῶν τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα.

Et haec quidem hactenus. De virtutis autem partibus, quaenam melior sit existimanda et prae ceteris expetenda, quaenam post eam secunda, et ceterae deinceps singulae, dici nequit. **214** Nam pari honore inter se sunt, et invicem studiosos ad fastigium ducunt. Etenim simplicitas ad obedientiam perducit, obedientia ad fidem, fides ad spem, spes ad ministrationem, et haec ad humilitatem; a qua mansuetudo excipiens ad gaudium perducit, gaudium ad caritatem, caritas ad orationem, et ita mutuo devinctae et devincentes eum, qui eas possidet, ad ipsum perducunt rei desideratae fastigium: sicut e contrario nequitia suos amicos per proprias ipsius partes ad extremam malitiam deducit. Oportet autem vos magis orationi operam navare. Siquidem ea dux quaedam est in choro virtutum. Per quam et ceteras virtutes a Deo petimus, ut communio atque coniunctio existat, per mysticam sanctitatem et spiritualem quandam operationem et ineffabilem dispositionem, eius qui in orationem incumbit. Spiritus enim inde duces et militiae socium assumens incenditur ad Domini amorem, et ardet desiderio, fastidium orationis non inveniens, sed sepius ad amorem boni inflammatus et animam alacritate refrigerans, sicut dictum est: *Qui edunt me, adhuc esuriant, et qui bibunt me, adhuc sitient* (2), et alibi: *DEDISTI LAETITIAM IN CORDE MEO* (3), et Dominus: *REGNUM COELORUM INTRA VOS EST* (4). Quodnam regnum dicit intra nos esse, nisi omnino illam desuper per Spiritum infusam animabus laetitiam? Haec enim est ut illud et exemplum et pignus aeterni gaudii, quo sanctorum animae in venturo saeculo perfruuntur. Consolatur igitur nos Dominus per operationem Spiritus in omni tribulatione nostra, ut salvet nos, et de spiritibus bonis et ipsius charismatis nobis communicet. *Qui enim, inquit,*

Καὶν δὲ ἀπὸ καρπῶν τῆς γῆς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν πρώτων καρπῶν. καὶ ἐπειθε, φησί, ὁ θεὸς ἐπὶ ταῖς θυσίαις τοῦ Ἀβελ, ἐπὶ δὲ τοῖς δώροις τοῦ Κάιν οὐ προσέσχε. τί τοίνυν τῆς ἱστορίας τὸ κέρδος; ἐπιῆστι μαθεῖν, ὡς εὐάρεστον τῷ θεῷ πάντοτε [τὸ] μετὰ φόβου καὶ πίστεως, οὐ τὸ πολυτελῶς ἀνευ ἀγάπης γινόμενον. οὐδὲ Ἀβραὰμ παρὰ τοῦ Μελχισεδεκ ἄλλως ἐδέξατο τὴν εὐλογίαν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπαρχὰς καὶ τὰ καίρια προσενέγκας τῷ Ἰσραὴλ τοῦ θεοῦ· τὰ καίρια δὲ λέγει καὶ τὰ ἀκροθίνια τῶν ὑπαρχόντων αὐτῆν τῆ ψυχῆν καὶ τὸν νοῦν αὐτόν, κελεύων ἡμῖν, μὴ μικροψύχως τὰ τυχόντα τῷ θεοπότη προσάγειν, ἀλλ' εἰ τι καίριον τῆς ψυχῆς, μᾶλλον δὲ αὐτὴν ὀλην ἀνατιθέναι μετὰ πάσης ἀγάπης καὶ προθυμίας, ὅπως αἰετρεφόμενοι τῇ τοῦ πνεύματος χάριτι καὶ δυνάμει τὴν ἐκ τοῦ Χριστοῦ προσλαμβάνοντες, τρέχωμεν βῆδως τὸν σωτηρίου δρόμον, κούφον καὶ ἥδυν ποιούντες, τὸν ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης, συναντιλαμβανόντος ἡμῶν τοῦ θεοῦ πρὸς τὴν τῶν πόνων σπουδὴν, καὶ ἀποτελούντος δι' ἡμῶν τὰ τῆς δικαιοσύνης ἔργα.

Καὶ ταῦτα μὲν μέχρι τούτου. περὶ δὲ τῶν τῆς ἀρετῆς μερῶν, ποῖον δεῖ κρεῖττον ἡγεῖσθαι καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐπιτηδεύειν, ποῖον δὲ τούτου δεύτερον, καὶ ἄλλα ἐφεξῆς καθ' ἕναστος, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἀλλήλων γὰρ ὁμοσίμως ἔχονται, καὶ δι' ἀλλήλων ἐπὶ τὴν κορυφὴν τοὺς χρωμένους ἀνάγουσιν. ἡ μὲν γὰρ ἀκλότης τῇ ὑπακοῇ παραδίδωσιν, ἡ δὲ ὑπακοὴ τῇ πίστει, αὐτῇ δὲ τῇ ἐλπίδι, καὶ ἡ ἐλπίς τῇ διακονίᾳ, κάκεινη τῇ ταπεινότητι, παρὰ δὲ ταύτης ἡ πραότης παραλαμβάνουσα τῇ χαρᾷ προσάγει, ἡ δὲ χαρὰ τῇ ἀγάπῃ, καὶ ἡ ἀγάπη τῇ εὐχῇ, καὶ οὕτως ἀλλήλων ἐξηρητημένα καὶ ἐξαρτήσασαι τὸν ἔχοντα, ἐπ' αὐτὴν ἀνάγουσι τοῦ ποθομένου τὴν κορυφὴν καθάπερ ἀπ' ἐναντίων ἡ πονηρία τοὺς ἑαυτῆς φλους διὰ τῶν οικειῶν αὐτῆς μερῶν ἐπὶ τὴν ἐσχάτην κατὰ ἀγέει κακίαν. δεῖ δὲ ὑμᾶς πλέον τῇ εὐχῇ προσκαρτερεῖν. οἷον γὰρ κορυφαῖός τις τῷ χορῷ τῶν ἀρετῶν αὐτῇ τυγχάνει· δι' ἧς καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς αἰτοῦμεθα παρὰ τοῦ θεοῦ, ὡς κοινωνεῖ καὶ συνάπτει δι' ἀγιότητος μυστικῆς καὶ πνευματικῆς τινος ἐνεργείας καὶ διαθέσεως ἀρρήτου ὁ τῇ εὐχῇ προσκαρτερῶν. τὸ γὰρ πνεῦμα λαβὼν ἐντεῦθεν ὁδηγὸν καὶ σύμμαχον φέγγεται πρὸς τὴν τοῦ κυρίου ἀγάπην, καὶ ζεεῖ τῷ πόθῳ, κόρον τῆς εὐχῆς οὐχ εὐρίσκων, ἀλλ' αἰετρεφὸν τὸν ἔρωτα τοῦ αγαθοῦ ἐκκαίόμενος, καὶ ἄρῶν τῇ προθυμίᾳ τὴν ψυχὴν, καθὼς εἶρηται· *οἱ τρώγοντές με ἔτι πεινρῶσιν, καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσι.* καὶ ἀλλαχοῦ· *Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου.* καὶ ὁ κύριος· *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστίν.* τίνα δὲ λέγει βασιλείαν ἐντὸς ἡμῶν εἶναι, ἢ πάντως τὴν ἀνωθεν διὰ τοῦ πνεύματος ἐγγινομένην ταῖς ψυχαῖς εὐφροσύνην; αὐτὴ γὰρ ἐστίν οἷον ἐκεῖνη καὶ δειγμα καὶ ἀρραβὼν τῆς αἰωνίου χαρᾶς, ἧς ἀπολαύουσιν αἱ τῶν ἁγίων ἐν τῷ προσοχωμένῳ αἰῶνι ψυχαί. παρακαλεῖ οὖν ἡμᾶς ὁ κύριος διὰ τῆς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος ἐπὶ πάσῃ τῇ θλίψει

VARIAE LECTIONES.

¹⁾ τὸ om. cod., addidi ex conl. — ²⁾ Corr., cod. καλέσειν. — ³⁾ Corr., cod. ἐν δὲ. — ⁴⁾ Corr., cod. τρέχωμεν. — ⁵⁾ Corr., cod. σωτηρίον. — ⁶⁾ Corr., cod. αὐτῇ. — ⁷⁾ Corr., cod. πείνοντες. — ⁸⁾ Sic cod. —

NOTAE.

(1) Genes. XIV, 18.
(2) Eccl. XXIV, 29.

(3) Psalm. IV, 7.
(4) Luc. XVII, 21.

ἡμῶν, εἰς τὸ σῶσαι καὶ μεταδοῦναι τῶν πνευματικῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν αὐτοῦ χαρισμάτων. ὁ παρακαλῶν γάρ, φησὶν, ἡμᾶς ἐπὶ πάσῃ τῇ ἀληθείᾳ ἡμῶν, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμῶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει. καὶ ἡ καρδία μου καὶ ἡ σὰρξ μου ἠγαλλιάσασατο ἐπὶ θεῶν ζῶντα. καὶ ὡσεὶ ¹⁾ στέατος καὶ πύσσης ἐκπλησθῆναι ²⁾ ἡ ψυχὴ μου. ταῦτα πάντα δι' αἰνιγμάτων παραδηλοῦνται.

Ἐπειδὴ τοίνυν δέδεικται, τίς ὁ τῆς εὐσεβείας σκοπός, ὃν χρὴ προκίεσθαι τοῖς τὸν θεοφιλεῖ βίον ζῆν αἰρουμένοις, ὅς ἐστι ψυχῆς καθαρισμὸς καὶ τοῦ πνεύματος δι' ἔργων ἀγαθῶν προτροπῆς ἐνοικήσις, ἐκιστος ὑμῶν κατὰ τὸν ὑπαχθέντα σκοπὸν παρασκευάσας τὴν ψυχὴν, καὶ μέγιστον θεοῦ ποιήσας ἔρωτα ³⁾, οὕτως ἀποδίδωμι ἑαυτὸν ταῖς εὐχαῖς καὶ νηστεαῖς κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα, μεμνημένοι τοῦ παρακαλοῦντος τὸ ἀδιαλείπτως προσεύεσθαι, καὶ τῇ εὐχῇ προσκαρτεροῦντες καὶ ταῖς τοῦ κυρίου ἐπαγγελίαις, ἐν ἧ ⁴⁾ φησὶ· πῶσω μᾶλλον ποιήσει τὴν ἐδίκησιν ὁ θεὸς τῶν βδώντων πρὸς αὐτὸν νυκτός καὶ ἡμέρας. Ἐλθε γάρ, φησὶ, καὶ παραβολὴν πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε εὐχασθαι καὶ μὴ ἐκκακεῖν. ὅτι δὲ ἡ περὶ τὴν εὐχὴν σπουδὴ μεγάλη χαρίζεται, καὶ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ταῖς ψυχαῖς ἐνοικίζει, δηλοῖ σαφῶς, δι' ὧν προτρέπει ἡμᾶς ὁ ἀπόστολος λέγων· διὰ πάσης προσευχῆς καὶ δεήσεως προσευχόμενοι ἐν παντὶ καρπῷ ἐν πνεύματι, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀγρυπνοῦντες ἐν πάσῃ προσκαρτερήσῃ καὶ δεήσει. ⁵⁾ ὅστις τῶν ἀδελφῶν τούτῳ ⁶⁾ τῷ μέρει αὐτῆς ⁷⁾ ἑαυτὸν ἀποδίδωσι, τῷ τῆς εὐχῆς λέγω, καλὸν θησαυρὸν περιέπει καὶ ἔραστοῦ μεγίστου ⁸⁾ κτήματος ⁹⁾ μόνον συντόνῳ καὶ ὀρθῇ συνειδήσει, μηδαμοῦ κατὰ τὴν διάνοιαν ἐκουσίως περιπλανώμενος, μηδὲ ὡσπερ ἀκούσιον ἀποδιδούς ¹⁰⁾ ὑπ' ἀνάγκης χρέος, ἀλλ' ἔρωτα καὶ πόθον ἀποπληρῶν τῆς ψυχῆς, καὶ τοὺς ἀγαθοὺς τῆς παραμονῆς καρποὺς πᾶσιν ἐπιδεικνύς. χρὴ δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς δίδοναι τῷ τοιοῦτῳ καιρῶν, καὶ συγκαίρειν τῇ παραμονῇ τῆς προσευχῆς, ὅπως καὶ αὐτοὶ μετὰσχῶσι τῶν ἀγαθῶν καρπῶν, ἅτε δὴ κοινωνοὶ τοῦ τοιοῦτου βίου τῷ συνήδεσθαι γεγονότες ¹¹⁾. δώσει δὲ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος τοῖς αἰτοῦσιν, ὅπως εὐχεσθαι δεῖ, κατὰ τὸ εἰρημένον· ὁ διδούς εὐχὴν τῷ εὐχόμενῳ. δεῖ οὖν αἰτεῖν καὶ εἰδέναί, ὡς κρεῖττον τῇ εὐχῇ προσκαρτεροῦντα, πράγματι τοσοῦτον, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ πάσης δυνάμεως ἐναθλεῖν τῷ ἀγῶνι· τὰ γὰρ μεγάλα ἄθλα μεγάλων δεῖται καὶ πόνων, ἐπειδὴ μάλιστα ἡ κακία τοῖς τοιοῦτοις ἐφεδρεῖει πανταχόθεν, περιεραζομένη καὶ περιτρέχουσα καὶ ζητούσα περιτρέψαι τὴν σπουδὴν· ἐκεῖθεν ὕπνος καὶ βάρησις σώματος, καὶ ψυχῆς μαλακία, ἀκηδία, ὀλι-

A consolatur nos in omni veritate nostra, ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt (1). Et: Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum (2). Et: sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea (3). Haec omnia laetitiam et consolationem ex Spiritu per aenigmata indicant.

τὴν ἐκ τοῦ πνεύματος εὐφροσύνην καὶ παράκλησιν
Quum igitur demonstratum sit, quis sit pietatis finis, quem proponere sibi debent vitam Deo placentem eligentes, est animae purgatio et Spiritus per exhortationem ad bona opera inhabitatio, unusquisque vestrum ad propositum finem animum praeparet, et Dei amorem summum reddens, ita se dedat orationibus et ieiuniis secundum eius voluntatem, memores eius qui hortatur, ut sine intermissione oremus et in orationem incumbentes et in Domini promissa, ubi: quanto magis, inquit, faciet vindictam Deus clamantium ad se die ac nocte (4). Dicebat autem, inquit, parabolam, quoniam oportet semper orare et non deficere (5). Quod vero orationis zelus magna largitur, et, ipse Spiritus animis ut inhabitet, facit, aperte ostendunt ea, quibus Apostolus nos exhortatur dicens: per omnem orationem et obsecrationem orantes omni tempore in Spiritu et in ipso vigilantes in omni instantia et observatione (6) Quisquis e fratribus huic parti, orationis scilicet, se dedit, pulchrum thesaurum tractat, qui est amatoris maximae possessionis tantummodo firma ac recta conscientia, nusquam in mente voluntarie circumvagans, neque quasi invitum debitum necessario solvens, sed amorem et desiderium animi explens, bonosque perseverantiae fructus omnibus ostendens. Oportet autem et ceteros tali dare tempus, et congaudere perseverantiae in oratione, ut et ipsi bonorum fructuum participes fiant, utpote consortes talis vitae facti congaudendo. Dabit vero et ipse Dominus petentibus, quo modo oporteat orare, secundum quod **216** dictum est: qui dat petitionem petenti (7). Debemus igitur petere et scire, quanto melius is, qui in orationem incumbit negotium tantum, cum magna sollicitudine et omni virtute certamen sustineat; magna enim certamina magnos etiam postulant labores, quoniam maxime malitia talibus undique insidietur, curiose agens, circumiens et sollicitudinem demere tentans; inde somnus et gravitas corporis et animae mollietates, acedia, incuria, inconstantia, et ceterae malitiae passiones et operationes, quibus occiditur anima ex parte rapta et ad ipsius inimicum trans-

VARIAE LECTIONES.

¹⁾ Corr., cod. ὡς ἐκ. — ²⁾ Corr. cod. ἐμπλησθῆναι. — ³⁾ Corr., cod. μεγίστην θέλον ποιήσας ἔρωτος. — ⁴⁾ Sic cod. — ⁵⁾ Cod. ὡς τίς. — ⁶⁾ Emend., cod. τούτων. — ⁷⁾ Emend., cod. τῆς. — ⁸⁾ Corr., cod. μεγίτου. — ⁹⁾ Coni., cod. Στήματος. — ¹⁰⁾ Corr., cod. ἀποδίδω. — ¹¹⁾ Emend., cod. γεγονότι.

NOTAE.

(1) II Cor. I, 4.
(2) Psalm. LXXXIII, 2.
(3) Psalm. LXII, 6.
(4) Luc XVIII, 7.

(5) Ibi. XVIII, 1.
(6) Eph. VI, 18.
(7) Psalm. CV, 15.

fuga. Oportet igitur in oratione, ut sapientem gubernatorem, collocare animum, nec unquam mentem turbationibus maligni spiritus praebere, neque illius fluctibus circumferri, sed rectis oculis ad portum coelestem respicere et animam integram reddere Deo, qui eam ipsi concedidit et repetit. Neque enim in genua procumbere, et in modum eorum qui iacent in oratione extendi, consentaneum est Scripturae et beneplacitum, mente procul a Deo vagante, verum omnem cogitationum negligentiam et injustum sensum expostulare, totamque cum corpore animam orationi tradere. Atqui etiam praepositi debent tali opitulari, et cum omni sollicitudine et correptione nutrire orantis ad propositum fervorem, et diligenter illius animam purgare. Eorum enim, qui ita se habent, fructus virtutum quum infirmis ostenditur, non solum ei, qui iam profecit, sed etiam parvulis et doctrina indigentibus sit utilis, consolans eos et ad imitationem excitans eorum, quae vident. Fructus autem sinceræ orationis sunt simplicitas, dilectio, humilitas, fortitudo, innocentia, et quae sunt eiusmodi, quos ante coelestes fructus per hanc vitam solliciti in oratione hominis labor hic germinat. Talibus oratio ornatur fructibus. Quibus careas inanem suscipit laborem.

217 Nec solum oratio, sed etiam omnis philosophiae via, e tali germine nata, vere iustitiae est via et ad rectum perducit finem. Illis autem qui spoliatus est, ei vanum nomen relinquitur, et stultarum virginum similis est, quibus tempore necessitatis non aderat oleum in thalamo (1). Non enim habebant, in animis lumen, virtutis fructum, neque lucernam Spiritus in mente. Quare et stultas merito vocavit eas Scriptura, deficiente earum virtute, priusquam veniret sponsus, et propterea miseris thalamo superno exclusit. Non enim in ipsis studium virginis reputavit, quum operatio Spiritus ipsis deesset. Et valde merito. Etenim quae utilitas vitis cultae, si fructus desunt, propter quos laborem subit agricola? Quae utilitas ieiunii et orationis et vigiliarum, si pax deest et dilectio et ceteri gratiae Spiritus fructus, quos sanctus enumerat Apostolus? Omnem enim sustinet laborem propter ea amator supernae patriae, quibus Spiritus attrahitur. Et gratiae, quae inde nascitur, particeps factus fructum affert et cum gaudio fruitur cultura agri, quam in humilitate sua et studio operum Spiritus coluit gratia. Oportet igitur labores orationis et ieiunii et ceterorum operum cum multo gaudio et bona spe subire, flores vero laborum et fructus credere Spiritus esse operationes. Quae si quis sibi adscribat et omnia suis laboribus attribuat, pro immarcescibilibus fru-

A γωρία, ἀνυπομονησία, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας πάθη καὶ ἐνεργήματα, δι' ἃ ἀπόλλυται ἡ ψυχὴ κατὰ μέρος ἀρπαζομένη καὶ αὐτομολούσα πρὸς τὸν ἐχθρὸν ἑαυτῆς. χρὴ οὖν ἐφροσύνῃ ἐπιπροσευχῇ, καθάπερ σοφὸν κυβερνήτην, τὸν λογισμὸν, μηδαμῶς τὴν διανοίαν ἐνδιδόντα πρὸς τὰς τοῦ πονηροῦ πνεύματος παραχάξαι, μηδὲ τοῖς ἐκείνου κύμασι συμπεριφερόμενον, ἀλλ' εὐθὺ βλέποντα πρὸς τὸν ἄνω λιμένα, καὶ ψυχὴν ἀκέραιον ¹⁾ ἀποδιδόντα τῷ πιστεύσαντι καὶ ἀπαιτοῦντι θεῷ. οὐ γὰρ τὸ πεσεῖν ἐπὶ γόνυ καὶ στήματι τῶν δι' εὐχῆν κειμένων ἐκτετάσθαι σπουδαίως τῇ γραφῇ καὶ ²⁾ εὐάρεστον, τῆς διανοίας ἔξω τῷ θεῷ πλανωμένης ³⁾, ἀλλὰ τὸ πᾶσαν ἐκκαλοῦντα τῶν λογισμῶν βραθυμίαν τε καὶ ἄδικον ἐννοίαν, ὅλην μετὰ τοῦ σώματος ἀποδοῦναι τὴν ψυχὴν ταῖς εὐχαῖς. καὶ τοὺς προεστῶτας δὲ χρὴ συναντιλαμβάνειν ἐφ' τοιοῦτω, καὶ διὰ πάσης σπουδῆς καὶ νοουθεσίας τρέφειν τὴν περὶ τὸ προκειμένον τοῦ εὐχομένου ἐπιθυμίαν, καὶ καθαιρεῖν ἀκριβῶς τὴν τοῦτοῦ ψυχῆν. τῶν γὰρ οὕτως ἐχομένων ὁ καρπὸς τῶν ἀρετῶν τοῖς νοσοῦσιν ἐπιδεικνύμενος οὐ τῷ προκόψαντι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπινηπίοις καὶ θεομένοις διδασκαλίας χρησιμὸς γίνεται ⁴⁾, παρακαλῶν αὐτοὺς καὶ προτρέπων εἰς μίμησιν, ὧν ὄρωσι. καρποὶ δὲ εἰλικρινοῦς εὐχῆς ἀπλότης, ἀγάπης, ταπεινοφροσύνης, καρτερίας, ἀκακίας, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἃ πρὸ τῶν αἰωνίων καρπῶν παρὰ τὸν βίον ὁ τοῦ σπουδαίου περὶ τὴν εὐχὴν πόνος ἐνταῦθα βλαστάνει. τούτοις εὐχὴ καλλωπίζεται ἢ τοῖς καρποῖς ἀποροῦσα δὲ τούτων μάταιον ἔχει τὸν πόνον. καὶ οὐκ εὐχὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσα φιλοσοφίας ὁδὸς, τοιαύτην μὲν ἔχουσα τὴν βλάστην, δικαιοσύνης ὄντως ἐστὶν ὁδὸς, καὶ πρὸς ὀρθὸν ἄγει τέλος τούτων δὲ ἐστερημένω κενὸν ὄνομα καταλείπεται, καὶ ταῖς μωραῖς εἰκῶς παρθένους, αἷς παρὰ τὴν καιρὸν τῆς χρείας οὐ παρῆν ἐν τῷ νυμφῶνι τὸ ελαιον. οὐ γὰρ εἶχον ἐν ταῖς ψυχαῖς τὸ φῶς, τὸν τῆς ἀρετῆς καρπὸν, οὐδὲ τὸν τοῦ πνεύματος ἐν τῇ διανοίᾳ λόγον. ὅθεν καὶ μωρὰς εἰκότως ὠνόμασεν ἡ γραφὴ, συληθείσης ⁵⁾ αὐτῶν τῆς ἀρετῆς πρὶν ἔλθειν τὸν νυμφίον, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ἄνω νυμφῶνος τὰς ἀθλίους ἀπέλειπεν. οὐ γὰρ ἐλογίσαστο αὐταῖς τὴν σπουδὴν τῆς παρθενίας τοῦ μὴ παρεῖναι τὴν τοῦ πνεύματος ἐνέργειαν. καὶ πάνυ δικαίως. τί γὰρ ὄφελος ἀμπέλου πεπονημένης, καρπῶν μὴ παρόντων, ὧν ἔνεκεν ὑπομένει τὸν πόνον ὁ γεωργός; τί κέρδος νηστείας καὶ προσευχῆς καὶ ἀγρυπνίας, εἰρήνης ἀπουσίας καὶ ἀγάπης καὶ τῶν λοιπῶν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος καρπῶν, οὓς ὁ ἄγιος ἀπαριθμεῖται ἀπόστολος; πάντα γὰρ ὑφίσταται πόνον τούτων ἔνεκεν ὁ τῆς ἄνω χώρας ἔραστής, δι' ὧν ἐφέλλεται τὸ πνεῦμα. καὶ τῆς ἐκεῖθεν μεταλαμβάνων χάριτος καρποφορεῖ καὶ ἀπολαύει μετ' εὐφροσύνης τῆς γεωργίας, ἣν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ταπεινοφροσύνῃ καὶ ἐπι-

VARIAE LECTIONES.

¹⁾ Emend., cod. ἀκαίριον. — ²⁾ καὶ in cod. delere studuit rec. m. — ³⁾ Emend., cod. πλανωμένης. — ⁴⁾ An γενήσεται? cod. γενήται. — ⁵⁾ Emend., cod. καλλοπίζεται. — ⁶⁾ Corr., cod. σ. ἐσθήσις, litteras ubi blattis extinctas coni. addidi.

NOTAE.

(1) Matth. XXV, 1 sqq.

μελίσ τῶν ἔργων ἢ τοῦ πνεύματος ἐγεώργησε χάρις. A
 δεῖ οὖν τοὺς μὲν πόνους τῆς εὐχῆς καὶ νηστείας καὶ
 τῶν λοιπῶν ἔργων μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ ἀγαθῆς
 ἐλπίδος ὑφίστασθαι, τὰ δὲ ἀνθ' ἑαυτῶν πόνων, καὶ τοὺς
 καρπούς, τοῦ πνεύματος εἶναι πιστεύειν ἐνεργείας.
 εἰ γὰρ ἑαυτῷ τις λογιζοίτο ταῦτα, καὶ τὸ πᾶν ἀνα-
 θεῖη τοῖς πόνοις, ἀντὶ τῶν ἀκηράτων ἐκεῖνων καρπῶν
 ἀλαζονεία τῷ τοιοῦτῳ καὶ φρόνημά τι ¹⁾ φύεται.
 ταῦτα δὲ τὰ πάθη καθάπερ τις σηπεδῶν ²⁾ ταῖς τῶν
 εὐκόλων ψυχαῖς ἐμφυόμενα διαφθείρει καὶ ἀπόλλυσι
 τοὺς πόνους. τί οὖν χρῆ ποιεῖν τὸν τῷ θεῷ καὶ τῇ
 ἐκείνου ζῶντα ἐλπιδί; τοὺς μὲν ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς
 ἀγῶνας μεθ' ἡδονῆς ὑπομένειν, τὴν λύτρωσιν τῆς
 ψυχῆς ἐκ τῶν παθῶν, καὶ πρὸς τὴν ἀκροτάτην ³⁾
 τῶν ἀρετῶν ἄνοδον τῆς τελειότητος, ἐπ' ἐκεῖνω
 παρίστασθαι τὴν ἐλπίδα, καὶ τῇ παρ' ἐκείνου φιλαν-
 θρωπία πιστεύειν. οὕτως γὰρ παρασκευασμένος ⁴⁾
 καὶ ἀπολαύσας τῆς, δ ⁵⁾ πεπιστεύκε, χάριτος, ἀπό-
 νως τρέχει, καταφρονῶν τῆς τοῦ ἐχθροῦ κακίας, ἅτε
 δὴ ξένος ἐκεῖνος καὶ λελυτρωμένος τῶν παθῶν τῇ
 τοῦ Χριστοῦ χάριτι. ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πονηρὰ πάθη
 διὰ τῆς τῶν καλῶν βαθυμίας τῇ ἑαυτῶν ἐπεισάγον-
 τες ⁶⁾ φύσει, καὶ διατρέθοντες ἐν αὐτοῖς μετὰ χαρᾶς,
 ἐπιτελοῦσι βράδιως ὥσπερ τινὰ ἔμφυτον ἡδονὴν καὶ
 οἰκίαν, καρποῦμενοι πλεονεξίαν καὶ τὸν φθόνον καὶ
 τὴν πονηρίαν καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς ἀντικειμένης
 κακίας, οὕτως καὶ οἱ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀληθείας
 ἐργάται διὰ τε τῆς πίστεως καὶ τῶν τῆς ἀρετῆς πόνων
 τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν αὐτῶν ἀγαθὰ παρὰ τῆς τοῦ
 πνεύματος χάριτος μεθ' ἡδονῆς ἀβρότου καρποῦνται, C
 καὶ ἀπόνως ἐπιτελοῦσι τὴν ἄδολον καὶ ἀτρεπτον
 πίστιν, τὴν ἀμετάπτωτον εἰρήνην, τὴν ὄντως ἀγαθό-
 τητα, τὰ τε λοιπὰ πάντα, δι' ὧν ψυχὴ κρείττων
 ἑαυτῆς γινομένη καὶ τῆς τοῦ ἐχθροῦ δυνατωτέρα
 κακίας, οἰκητήριον καθαρὸν ἑαυτὴν παρέχει τῷ
 προσκυνητῷ καὶ ἀγίῳ πνεύματι, παρ' οὗ τὴν ἀθάνα-
 τον τοῦ Χριστοῦ λαβοῦσα εἰρήνην, συνάπτεται δι'
 αὐτῆς καὶ προσκολλᾶται τῷ κυρίῳ. λαβοῦσα δὲ τὴν
 τοῦ πνεύματος χάριν καὶ κολληθεῖσα τῷ θεῷ, καὶ εἰς
 ἐν πνεῦμα μετ' αὐτοῦ γενομένη, οὐ μόνον τὰ τῆς
 οἰκειᾶς ἀρετῆς ἔργα βράδιως ἐπιτελεῖ, μηδὲν ἀγωνι-
 ζομένη πρὸς τὸν ἐχθρὸν τοῦ κρείττων τῆς ἐκαίνου
 τυγχάνειν ἐπιβουλῆς, ἀλλὰ τὸ πάντων μείζον, τὰ
 τοῦ σωτήρος εἰς ἑαυτὴν ἀναδέχεται πάθη, καὶ ἐν-
 τρυφᾷ τούτους πλέον ἢ οἱ ἐρασταὶ τοῦ βίου τούτου
 ταῖς παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμαῖς καὶ δόξαις καὶ δυ-
 ναστείαις. χριστιανῶν γὰρ διὰ πολιτείας ἀγαθῆς
 καὶ τῆς τοῦ πνεύματος δωρεᾶς, εἰς τὸ τῆς νοητῆς
 ἡλικίας μέτρον, τῆς δεδομένης αὐτῆς χάριτος, προ-
 ελθόντων δόξα καὶ τρυφὴ καὶ πάσης ἡδονῆς κρείττων
 ἀπόλαυσις τὸ μισεῖσθαι διὰ Χριστόν, τὸ ἐλαύνεσθαι,
 τὸ πᾶσαν ὕβριν καὶ αἰσχύνην ὑπὲρ τῆς εἰς θεὸν πί-
 στεως ὑπομένειν. τῆς γὰρ ἐλπίδος ὄλης οὐσης τῷ

ctibus illis fastus tali et superbia quaedam gignitur.
 Tales autem passiones ut putredo quaedam in so-
 cordibus animis insita labores disperdunt et cor-
 rumpunt. Quidnam igitur facere debet is qui Deo et
 spei eius vivit? Certamina virtutis cum gaudio sus-
 tinere, purgationem animae a passionibus, et ad
 summum virtutum gradum perfectionis, **218** in
 ipso spem ponere, et illius benignitati confidere. Ita
 enim paratus et fruens ea, quam credidit, gratia,
 sine labore currit, despiciens adversarii malitiam,
 quippe quum iam sit peregrinus ille et solutus a
 passionibus gratia Christi. Sicut enim, qui iniquas
 passiones per neglectum honorum in ipsarum natu-
 ram introducunt, et in ipsis cum delectatione ver-
 santur, facile quasi innatam et propriam voluptatem
 in se suscipiunt, fructificantes avaritiam et invidiam
 et malitiam et ceteras partes adversariae pravitatis;
 ita et Christi et veritatis cultores per fidem et virtu-
 tis labores bona sua supernaturalia cum ineffabili
 gaudio fructificant, et sine labore sinceram et im-
 mobilem fidem perficiunt, immutabilem pacem, ve-
 ram bonitatem, et cetera omnia, quibus anima se
 ipsa melior facta, et fortior adversarii malitia, taber-
 naculum purum se ipsam exhibet adorabili et sancto
 Spiritui, a quo immortalem Christi pacem accipit,
 per quam iungitur et copulatur Domino. Accepta
 autem Spiritus gratia, et Deo coniuncta et unus
 Spiritus cum eo facta, non solum propriae virtutis
 opera facile perficit, nihil certans contra inimicum
 ut fortior fiat illius insidiis, sed, quod omnium
 maximum est, Salvatoris passiones in se ipsam
 suscipit, et in illis magis delectatur, quam amatores
 vitae huius humanis honoribus et gloria et regnis.
 Christianis enim per bonam conversationem et do-
 num Spiritus sancti in intellectualis aetatis mensu-
 ram, gratiam, inquam, ipsis datam, provecit gloria et
 deliciae et omni iucunditate melior voluptas est odio
 haberi propter Christum, tundi, omnem contumeliam
 et ignominiam propter fidem in Deum sustinere.
 Quum enim spes omnis huic sit in resurrectione et
 futuris bonis posita, contumelia omnis et flagella et
219 persecutiones et ceterae passiones usque ad
 crucem omnes deliciae et requies et pignora sunt
 coelestium thesaurorum. *Beati enim estis, inquit,*
cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint omnes
homines et dixerint omne malum adversum vos men-
tientes, propter me; gaudete et exultate, quoniam mer-
ces vestra copiosa est in coelis (1). Et Apostolus: *Non*
solum autem, sed et gloriantes in tribulationibus (2);
et alibi: Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus
meis, ut inhabitet in me virtus Christi. Propter quod
placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in ne-
cessitatibus, in carceribus; cum enim infirmor, tunc

VARIAE LECTIONES.

¹ Cod. φρονήματι. — ²) Emend., cod. τισηπεδῶν. — ³) Emend., cod. ἀκροτάτων. — ⁴) Corr., cod. παρασκευασμένος. — ⁵) Sic cod. — ⁶) Corr., cod. ἐπεισάγονται.

NOTAE.

(1) Matth. V, 11.

(2) Rom. V, 3.

potens sum(1). Et iterum : *Sicut Dei ministri in multa patientia*(2). Haec enim gratia Spiritus totam animam occupans, et implens habitationem gaudio et virtute, dulces reddit animae Domini passiones, spe futurorum praesentis doloris sensum exstinguens. In tam excelsam igitur virtutem et honorem cooperatione Spiritus pervenire cupientes ita conversamini, omnem laborem et certamen cum gaudio subeuntes, ut digni videamini in habitatione Spiritus in nobis, et hereditate cum Christo nequaquam elati neque levitate dissoluti, ut neque ipsi cadatis, neque aliis auctores peccati statis. Si qui vero nondum summae orationis habentes tenorem, neque debitam huic operi diligentiam et virtutem, hac virtute destituuntur : in ceteris impleant obedientiam, pro viribus servientes, lubenter operantes, diligenter ministrantes cum gaudio, non mercede honoris, neque propter humanam gloriam, neque propter mollitiam vel socordiam labores remittentes, neque ut alienis corporibus et animabus **220** servientes, sed ut Christi servis, ut nostris visceribus, ut purum et sincerum opus vestrum appareat coram Deo. Nemo vero de honorum operum studio dictilet, non posse se perficere ea quae animam salvent. Neque enim Deus impossibilia iniungit servis, sed tam abundantem et largum ostendit amorem et bonitatem Deitatis, ut unicuique pro voluntate sua tribuat boni aliquid facere posse, et nemo, qui studium habet salutis, potestate careat. *Quicumque, inquit, potum dederit aquae frigidae in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam* (3). *Quid hoc mandato potentius? Frigidum potum merces coelestis sequitur. Et vide mihi amoris hominum immensum. Quamdiu, inquit, fecistis uni ex his, mihi fecistis* (4). Mandatum quidem parvum, sed obedientiae utilitas magna, quae a Deo abundanter redditur. Itaque nihil ultra vires postulat. Sed sive parvum sive magnum facis, te sequitur pro voluntate merces. Si in nomine ac timore Dei, splendidum atque inamissibile advenit donum; sin vero ad ostentationem et gloriam hominum, audi ipsum Dominum iurantem : *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam* (5). Ne igitur hoc patiamur, mandat discipulis suis et nobis per illos : Attendite, ne faciatis misericordiam vestram aut orationem aut ieiunium vestrum coram hominibus; *alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in coelis est* (6). Ita despiciere iubet atque fugere hos mortales mortaliumque laudes, et marcescentem et

Α τοιούτω πρὸς τῇ ἀναστάσει καὶ τοῖς μέλλουσιν ἀγαθοῖς, ὕβρις πάσα καὶ μάστιγες καὶ διωγμοὶ καὶ τὰ λοιπὰ πάθη μέχρι τοῦ σταυροῦ πάντα τρυφή καὶ ἀνέκαστοι καὶ τῶν οὐρανῶν ἐνέχυρα θησαυρῶν· μακάριοι γὰρ ἐστε, φησὶν, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς καὶ διώξωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ εἰπωσι πᾶν κοληρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν, ψευδόμενοι, ἕνεκεν ἐμοῦ ¹⁾· χαίρετε ²⁾ καὶ ἀγαλλιῶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολλὸς ἐν ταῖς οὐρανοῖς. καὶ ὁ ἀποστόλος· οὐ μόνον δέ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν ταῖς θλίψεσι. καὶ ἀλλαχού· ἤδιστα οὖν καυχῆσομαι ἐν ταῖς ἀσθενείαις μου, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐπ' ἐμέ ἡ δύναμις τοῦ Χριστοῦ· διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὕβρει, ἐν ἀνάγκαις, ἐν φυλακαῖς· ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι. καὶ πάλιν· ὡς θεοῦ Β διδασκάλου ἐν ἀπομορφῇ πολλῇ. αὕτη γὰρ ἡ χάρις τοῦ πνεύματος ἔλην κατασχούσα τὴν ψυχὴν καὶ πληρώσασα τὸ οἰκῆτήριον τῆς εὐφροσύνης τε καὶ δυνάμει, γλυκεία ³⁾ ποιεῖ τῇ ψυχῇ τὰ τοῦ κυρίου παθήματα, τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι τῆς παρουσίας ὁδύνης ἀραιρούσα τὴν ἀσθησίν. ὡς οὖν ἐφ' οὕτως ὕψηλὴν ⁴⁾ δύναμιν καὶ δόξαν μέλλοντες ἀνίεναί τῇ συνεργείᾳ τοῦ πνεύματος, ο[ὕ]τω πολιτεύεσθε ⁵⁾, πάντε[α] πᾶσι καὶ ἀγῶνα με[τὰ] χα[ρ]ᾶς ὀφιστάμενοι, πρὸς [τὸ δέξ]οι φανῆναι [τῆς ἐ]ν ἡμῖν ἐπιδημίας τοῦ πνεύματος, καὶ τῆς μετὰ τοῦ Χριστοῦ κλη[ρονομίας] ⁶⁾ μηδαμῶ χαινούμενοι, μηδὲ ἐκλυόμενοι ἀπὸ βαθυμίας, πρὸς τὸ μῆτε αὐτοὶ πεσεῖν, μῆτε τοῖς ἄλλοις αἰτιατοῦ ἀμαρτάνειν γενέσθαι. εἰ δέ τινες μήπω τὸν τῆς ἀκρας εὐχῆς ἔχοντες τόνον, μηδὲ τὴν ὀφειλομένην τῷ πράγματι σπουδὴν τε καὶ δύναμιν, ἀπολιμπάνονται ταύτης τῆς ἀρετῆς, ἐν τοῖς ἄλλοις πληρωτούσαν τὴν ὑπακοήν, κατὰ δύναμιν διακονοῦντες, προθύμως ἐργαζόμενοι, σπουδαίως θεραπεύοντες μεθ' ἡδονῆς, μὴ ἐπὶ μισθῷ τιμῆς, μηδὲ τῆς ἀνθρωπίνης δόξης ἕνεκα, μηδὲ ἐνδιδόντες ὑπὸ μαλακίας ἢ βαθυμίας τοῖς πόνους, μηδὲ ὡς ἄλλοτεροῖς σώμασι καὶ ψυχαῖς ὑπηρετούμενοι, ἀλλ' ὡς Χριστοῦ δούλοις, ὡς ἡμετέροις ⁷⁾ σπλάγγνοις, ἵνα καθαρὸν ὑμῶν τὸ ἔργον καὶ ἄδολον ἀποφανθῇ τῷ θεῷ. προφασίζέσθω δὲ μηδεὶς πρὸς καλῶν ἔργων σπουδὴν, ὡς ἀδύνατος ἐπιτελεῖν τὰ σώζοντα τὴν ψυχὴν. οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς ἀδύνατος ἐπιτάττει τοῖς δούλοις, ἀλλ' οὕτως ἐκκαχυμένη καὶ πλουσίαν ἔδειξε τὴν ἀγάπην καὶ ἀγαθότητα τῆς θεότητος, ὡς ἐκάστω κατὰ τὸ θέλημα παρασχέιν τὸ πράττειν τι δύνασθαι ἀγαθόν, καὶ μηδένα τῶν σπουδῶν ἐχόντων σωθῆναι διαμαρτεῖν τοῦ δύνασθαι· ὡς ⁸⁾ ἄν, φησὶ, ποτίσῃ ποτίριον ψυχροῦ μόνον. εἰς δόγμα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσει

VARIAE LECTIONES.

¹⁾ Literae uncis inclusae, in codice blattis paene exstinctae, probabili a nobis coniectura in textum restitutae sunt. — ²⁾ Emend., cod. χαίρεται. — ³⁾ Emend., cod. γλυκεία. — ⁴⁾ Coni., cod. ἐφ' οὕτως; ἐφ' ὕψηλῃ. — ⁵⁾ Emend., cod. πολιτεύεσθαι. — ⁶⁾ Literae uncis inclusae in codice blattis mutilato paene exstinctae sunt, sed probabili coniectura a nobis in textum restitutae. — ⁷⁾ Ὑμετέροις, η supra adsc. ead. m. — ⁸⁾ Corr., cod. ὤ;

NOTAE.

- (1) II Cor. XII, 9 sq.
(2) II Cor VI, 4.
(3) Matth. X, 42.

- (4) Matth. XXV, 40.
(5) Matth. VI, 2.
(6) Matth. VI, 1.

τὸν μισθὸν αὐτοῦ. τί τῆς ἐντολῆς ταύτης δυνατότε-
ρον; ψυχρῶ ποτηρίῳ μισθὸς ἑπουράνιος ἔπεται. καὶ
μοι ἀκόπει τῆς φιλανθρωπίας τὸ ἀμετρον. ἐφ' ὅσον
ἐν τούτων, φησίν, ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε.
τὸ μὲν ἐπίταγμα μικρὸν, τὸ δὲ τῆς ὑπακοῆς κέρδος
πολύ, καὶ παρὰ θεῶ πλουσίως ἀνταποδιδόμενον.

ὥστε οὐδὲν ὑπὲρ δύναμιν ἀπαιτεῖ. ἀλλὰ καὶ μικρὸν καὶ μέγα ποιεῖς, ἔπεται σοι κατὰ τὴν προαίρεσιν ὁ
μισθός. ἐὰν μὲν γὰρ εἰς ὄνομα καὶ φόβον θεοῦ, λαμπρὰ καὶ ἀναφαίρετος ᾔλθεν ἡ δωρεά· ἐὰν δὲ εἰς
ἐπιδειξιν καὶ δόξαν ἀνθρώπων, ἀκουσον ὁμνύοντος αὐτοῦ τοῦ κυρίου· ἀμήν λέγω ὑμῶν, ἀπέχουσι τὸν
μισθὸν αὐτῶν. ἵνα οὖν μὴ τοῦτο πάθωμεν, παραγγέλλει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ δι' ἐκείνων ἡμῖν
βλέπετε, μὴ ποιῆτε τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν ἢ τὴν εὐχὴν ἢ τὴν νηστείαν ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώ-
πων· εἰ δὲ μήτε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. οὕτως ἀποστρέφεσθαι
καλεῖται καὶ φεύγειν τοὺς θνητοὺς τούτους καὶ παρὰ θνητῶν ἐπαίνους, καὶ τὴν μαρταιομένην καὶ φεύγου-
σαν *) ἡμᾶς δόξαν, ζητεῖν δὲ μόνον ἐκείνην, ἧς *) οὐδὲ κάλλος ἔστιν εἰπεῖν οὐδὲ *) πέρας εὔρειν, δι' ἧς καὶ
αὐτοὶ θνησόμεθα τυχεῖν τῶν ἀρρήτων μυστηρίων ἐκείνων, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα
εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. ἀμήν.

VARIAE LECTIONES.

*) Sic cod. — *) Corr., cod. f.v. — *) Sic cod. οὐδὲ — οὐδὲ. Forte corrigendum οὔτε — οὔτε.

III.

EPISTOLA CUIUSDAM BEATI MACARII

UT VIDEATUR ALEXANDRINI.

Lucae Holstenii codex Regularum Augustae Vindel. 1759 T. I p. 21.

Exstat haec epistola in Bibl. Burgundicae Bruxellensis cod. ms. N° 15010 chartac. Saec. XV. fol. 67, 2. Codicem
quiu conferrem Bruxellis versans impeditus sum. Cf. ΠΑΛΑΕΟΚΡΕΤΑ supra col. 403-404.

Incipit epistola beati Macarii data ad monachos (1).

Lignorum copia ingentem excitat flammam, mul-
titudine autem escarum emittit concupiscentiam.
Pessima concupiscentia escarum et inobedientia
generat mortem. Indigens venter in orationibus
vigilantiam praestat et coronam animae acquirit,
repletus autem somnum inducit gravissimum.
Oculus gulosi convivia scrutatur, oculus autem
sapientum meditatur continentiam. Formidolosus
miles horrescit ad tubam quae bellum significat,
et gulosus, si abstinentiam praedicantem audierit,
non libenter auscultat. Flamma cum marcescit,
elucescit iterum si acceperit lignum, et libido
sopita rursus crescit in saturitate. Non miserearis
corpori, si lassitudine defecerit: equus consentiens
indigens corpus nec ascensorem deiecit unquam.
Concupiscentia gulae mater est libidinis. Oleum
nutrit lampada lucernae et ignem reaccendit con-
fabulationem mulieris. Facies mulieris sagitta est truce-
culenta, infigit vulnus in animam. Ut venenum fuge
confabulationem mulieris, si castus esse volueris;

A absconsum namque in eis est venenum bestiarum
nequissimum. Magis appropinqua igni ardenti,
quam mulieri novellae. Cum sis iuvenis, fuge im-
petum libidinis et confabulationem mulieris. Qui
repleverunt ventrem, et promiserunt castitatem,
sibi mentiuntur. Forma pulchritudinis peius quam
procella submergit. Species mulieris, si semel
mentem contriverit, etiam ipsam mentem contem-
nere persuadet. Ut enim, si paleis remoretur ignis,
excitat flammam; sic memoria mulieris permanens
succendit concupiscentiam. Ut enim cumulata na-
vis undarum ictu obruitur, sic multa possidens
monachus non salvabitur. Nihil possidens mona-
chus athleta insuperabilis, nihil possidens mona-
chus cursor levis, velociter ad bravium vocationis
pervenit. Avarus monachus operari negligit; nihil
possidens monachus post opus moderatum oratio-
nibus et lectionibus vacat. Avarus monachus the-
saurizat sibi iram in die ultionis; nihil possidens
monachus thesaurizat in coelo et dabit laudem
cum angelis Deo. Gloriatio monachi patientia in

NOTAE.

(1) Sic inscribitur epistola in cod. ms. Bruxellensi N°. 15010. Vocem *Incipit* om. Ed. Holstenii.
Edit.

tribulationibus eius. Gloriatio monachi longanimitas cum charitate. Gloriatio monachi nullas res praesentis vitae possidere. Gloriatio monachi vigiliae et fletus in orationibus. Gloriatio monachi mansuetudo et cordis silentium. Gloriatio monachi, quando Dominum ex toto corde dilexerit, et proximum suum tanquam seipsum. Gloriatio monachi abstinentia escarum et a multiloquio linguae. Gloriatio monachi, quando proximum suum sicut seipsum patitur. Gloriatio monachi, quando verba eius operibus consonant. Gloriatio monachi, quando in loco suo permanet et huc illucque non vagatur. Gloriatio monachi longanimitas. Sicut lampas in loco tenebroso, sicut sol radians, sic monachus mente sobria et corde pervigili in tempore salutis

suae. Sicut pondus salis deprimit virum infirmum, sic somnus monachum. Sicut spinae et tribuli agro opimo, sic et cogitationes turpes pessimae in corde monachi. Sicut tineae exterminat vestimentum, sic distractiones animam monachi. Noli te dare ad colloquium mulierum, ne flas separatus a regno Dei; et ne velis dicere: loquar cum muliere et mundus sum. Monachus sapiens suis manibus operatur et victum sibi quotidianum acquirit et lucratus est orationes et ieiunia sua; si autem ab alio acceperit victum, quid prodest quod oral et vigilat? Sicut mercenarius malus nudus evadit; quia scriptum est: *Melius est dare quam accipere* (2). Qui legis, intellige in Domino semper. *Explicit epistola beati Macharii abbatis data ad monachos* (3).

NOTAE.

(2) Act. xx, 35.

(3) Sic cod. Bruxellensis; *abbatis data ad monachos* om. Ed. Holstenii. Edr.

IV.

EPISTOLA SUPPOSITICIA

sub nomine Macharii a Petitdidier edita, ad fidem codicum hic denno excussa.

Cod. ms. Bibl. Caes. Vindob. 4800, olim cod. theol. 561, membranac Saec. XIV fol. A
Cod. ms. Bibl. Burgundicae Bruxellensis N° 15011 chartac. Saec. XV fol. B
Editio Petitdidier. e cod. ms. abbatiae S. Vitoni adornata C

Prodiit epistola haec e ms. cod. abbatiae S. Vitoni (S.-Vanne) in libro qui inscribitur: *Remarques sur la bibliothèque des auteurs ecclésiastiques de M. Du Pin, par D. Muthieu Petitdidier. Paris. 1692. T. II p. 220 seqq.* Exstat in cod. A fol. 146, 2; in cod. B fol. 68, 1. Cf. *PRÆMONENDA* supra col. 405-404.

Incipit epistola beati ¹ Macharii ad monachos ². Inprimis quidem si ceperit homo seipsum ³ agnoscere cur creatus sit, et exquisierit factorem suum deum ⁴, tunc sciet ⁵ penitere de hiis, que commisit in tempore negligencie sue, et sic demum benignus deus ⁶ dat illi tristitiam pro peccatis, et post iterum per suam benignitatem dat illi afflictionem corporis in ⁷ ieiuniis, in ⁸ vigiliis, et orationum ⁹ instanciam ⁹, et contemptum ¹⁰ mundi, ut libens illatas iniurias ¹¹ sufferat, et odio habeat ¹² omne refrigerium corporale, et diligit ¹³ planctum magis quam risum. Post hec tribuet illi desiderium, et fletum, et humilitatem ¹⁴ cordis ¹⁵, ut trabem oculi sui consideret, non ¹⁶ alterius festucam nitatur ¹⁷

B auferre, et dicat semper: quoniam iniquitatem meam ego ¹⁸ cognosco ¹⁹, et peccatum ²⁰ meum contra me est semper, et ut diei ²¹ exitus sui memor sit, et quomodo in conspectu dei ²² occursurus sit, et iudicia et penas describat ²³ in conspectu mentis sue, nec non etiam ²⁴ merita et honores qui dandi sunt sanctis (1). Si autem cognoverit, quia cor illius firmum est in timore domini, et non dimittit locum suum, sed fortiter resistit (2) adversario suo, ille perfectus monachus et miles Christi vocatur. Ut enim cumulata ²⁵ navis undarum icu obruitur, sic multa possidens monachus non salvabitur. Nihil possidens monachus viator expeditus ²⁶ est. Nihil possidens monachus quasi aquila ad ex-

VARIÆ LECTIONES.

¹ beati om. A ² B Incipit alia epistola eiusdem Macharii abbatis, que tamen in multis magnam convenientiam habet cum predicta epistola. ³ B semetipsum. ⁴ C dominum. ⁵ Pro tunc sciet AB et. ⁶ C dominus. ⁷ in om. C. ⁸ in om. C. ⁹ C orationibus. ⁹ BC instanciam. ¹⁰ BC contemptu. ¹¹ B contumelias. ¹² B et idio habet. ¹³ BC diligit. ¹⁴ B humilitionem, C humilitionem et humilitatem. ¹⁵ cordis om. C. ¹⁶ C et non. ¹⁷ A desideret. ¹⁸ ego om. C. ¹⁹ C agnosco. ²⁰ BC delictum. ²¹ C diem. ²² C domini. ²³ BC describit. ²⁴ etiam om. A. ²⁵ Ex conj., pro cumulata A nullarum, B cum multa portans, C cum multa. ²⁶ A expeditior.

NOTAE.

(1) Hinc incipit discrepare haec ab ea, quam sub I vulgavimus, epistola.

(2) Quae abhinc usque ad finem sequuntur, spu-

ria sunt, et e Macarii (Alexandrini) epistola N° III compilata.

celra ³⁷ pervolat. Tunc descendit ad escas, quando A compellit necessitas. Prudens monachus non adlabitur propter voluntatem ventris divitibus. Nihil possidens monachus cursor levis sagacius ad bravium superne vocacionis domini ³⁸ perveniet. Verus monachus post opus moderatum oracionibus et leccionibus vacat. Nihil possidens monachus thesaurizat ³⁹ in celo, canit domino ⁴⁰ laudes die ac nocte in timore domini. Gloriacio monachi paciencia ⁴¹ cum charitate. Gloriacio monachi, cum nullas res desiderat presentis vite possidere ⁴². Gloriacio monachi mansuetudo et fides. Gloriacio monachi vigilie et ⁴³ fletus in oracionibus. Gloriacio monachi, quando deum ⁴⁴ ex toto corde dilexerit, et proximum suum sicut se ipsum. Gloriacio monachi abstinentia ⁴⁵ escarum et non ⁴⁶ multiloquium lingue. Gloriacio monachi, quando verba ejus operibus consonant. Gloriacio monachi, quando in loco suo ⁴⁷ permanet et huc illucque non vagatur. Gloriacio monachi longanimitas cum humilitate et gratia. Sicut lampas ⁴⁸ splendida in loco tenebroso, et sicut sol radians splendidus est, sic monachus perfectus in sobrietate et castitate et corde pervigili in tempore psalmodum ⁴⁹. Sicut pondus salis deprimit virum infirmum, sic sompnus in oculis monachi. Sicut spine et tribuli in agro

optimo, sic cogitationes turpes in corde monachi. Sicut tineas exterminat vestimentum, sic detractio animam ⁵⁰ monachi ⁵¹. Noli te dare ad colloquium ⁵² mulieris ⁵³, ne sis separatus a regno dei ⁵⁴, et ne velis dicere : loquor cum muliere ⁵⁵ et mundus sum. Monachus sapiens suis manibus operatur et victum sibi cottidianum ⁵⁶ acquirit ⁵⁷ et lucratus est oraciones et ieiunia sua ⁵⁸. Si autem ab alio acceperit ⁵⁹ victum, quid prodest, quod vigilat et orat? Sic est ut mercenarius durus et malus ⁶⁰. Quia scriptum est : melius est dare quam accipere. Lignorum quoque ⁶¹ copia ingentem suscitatur flammam; multitudo autem escarum inobedientiam parit et mortem. Indigens venter ⁶² in oracionibus vigilantiam ⁶³ prestat et coronam anime acquirit; repletus autem escis sompnus inducit et gravitatem. Oculi gulosi convivia perserutatur, oculus autem sapientium ⁶⁴ meditatur continentiam martyrum. Formidolosus miles horrescit ⁶⁵ tubam, que bellum ⁶⁶ significat; et gulosus monachus si abstinentiam predicantem ⁶⁷ audierit, non libenter auscultat. Flamma, cum arserit ⁶⁸, elucescit iterum si accipiat lignum, et sopita libido ⁶⁹ rursum ignescit ⁷⁰ in saturitate escarum. *Explicit epistola Macharii data ad monachos* ⁷¹.

VARIAE LECTIONES.

³⁷ ad excelsa om. A. ³⁸ B dei. ³⁹ B thesaurizat. ⁴⁰ B deo. ⁴¹ A sit paciencia. ⁴² B cum nullas res presentis vite desiderat, C cum nullas res presentis vite possidere desiderat. ⁴³ vigiliae et om. C. ⁴⁴ C dominum. ⁴⁵ C abstinentie. ⁴⁶ non om. AC. ⁴⁷ C in locum suum. ⁴⁸ BC lampada. ⁴⁹ C pervigili interpretatur psalmos. ⁵⁰ B in anima. ⁵¹ sicut tineas — monachi om. C. ⁵² A colloquia. ⁵³ C mulieri. ⁵⁴ C domini. ⁵⁵ B cum mulieribus. ⁵⁶ BC cotidianum. ⁵⁷ C acquirit, et sic ubique. ⁵⁸ sua om. A. Pro et lucratus est oraciones et ieiunia sua B et lucratur (oraciones et ieiunia sua om. B). ⁵⁹ B acceperit ab alio. ⁶⁰ BC malus et durus. ⁶¹ quoque om. BC. ⁶² C veram. ⁶³ A vigiliam. ⁶⁴ A sapientum. ⁶⁵ A perhorrescit. ⁶⁶ C bella. ⁶⁷ A predicare. ⁶⁸ C marcescit. ⁶⁹ A subito libido, C libid. sopita. ⁷⁰ ignescit om. C. ⁷¹ data ad monachos om. A; *Explicit epistola Macharii data ad monachos* om. C.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ

ΕΥΧΑΙ.

SANCTI MACARII ÆGYPTII

PRECES.

(E bibl'othecæ Cæsareæ Vindobonensis codice ms. theol. græc. CCXXXI, olim LXXVI, chartaceo, antiquo, in-4, quem Lambecius Commentar. T. III, ed. altera p. 372 sqq., de Nessel Catal. P. I, p. 327 sqq., describunt; ubi preces Macarii fol. 60, 1 sq. leguntur, sequentibus canticis ad sanctum Antonium et ad sanctum Onulfium, quare Macarii Ægyptii illas esse verisimile mihi visum est.)

Εὐχὴ τοῦ ἁγίου Μακαρίου.

Ὁ Θεὸς, ἰλάσ' ἡτὶ μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, ὅτι οὐδὲν ἐποίησα ἀγαθὸν ἐνώπιόν σου. Ἀναρῶσαί με ἀπὸ τοῦ Πονηροῦ, καὶ ἀξιώσόν με ἀκατακρίτως ἀνοίγειν τὸ

Oratio sancti Macarii.

O Deus, miserere mei peccatoris, quia nihil boni feci coram te. Erue me a Malo, et dignare me clementer aperire os meum indignum, et cantare

sacrosanctum nomen tuum Patris et Filii et Spiritus sancti. Ignosce mihi, Domine, illicitum quemque motum cordis, qui scutaris corda et renes. Tu enim, Domine omnium, scis me invito fieri. Ignosce mihi indigne ad te accedenti, quoniam desideravi te et desidero. Ignosce mihi qui sim peccator, iniquus, mendax, impatiens, pusillanimus, inconstans, socors, sacrorum mandatorum tuorum negligens, qui omnia et omnimoda peccata injustitiasque perfecim, fornicationes, **232** adulteria, mollitias, in terra, in mari, omnique imperii tui loco, Domine, coram oculis tuis, quos nihil latet, non destiti omnia iniqua atque turpia perpetrare. Et etiamnum adversarius commensationibus et voluptatibus et iniquis cupiditatibus, dolis et vana gloria et blasphemiiis me irretire non desinit. Tu autem, qui solus es bonus et misericors, auxiliare mihi et salva me utpote perditum, utpote publicanum, utpote scortatorem, utpote raptorem. Eia, Domine, hominum amator, optime, ne spernas me peccatorem et inutilem servum tuum, precibus immaculatissimæ Dominæ nostræ Deiparæ, et omnium sanctorum tuorum.

στόμα μου τὸ ἀνάξιον, καὶ ἀνομιεῖν τὸ πανάγιον ὄνομα σου τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Συγχώρησόν μοι, Κύριε, πᾶν ἄτοπον ὄρημα τῆς καρδίας μου, ὃ ἐτάζων καρδίας καὶ νεφρούς. Σὺ γὰρ γινώσκεις, Δέσποτα τῶν ἀπάντων, ὅτι ἀκούσιά μοῦ εἰσι. Συγχώρησόν μοι ἀνοξίως προσερχομένη σοι, διότι εἰ ἐπόθησα καὶ ποθῶ. Συγχώρησόν μοι τῷ ἁμαρτωλῷ, τῷ πονηρῷ, τῷ ψεύστῃ, τῷ ἀνομιονήτῃ, τῷ ὀλιγοψύχῳ, τῷ ἀσυστάτῃ, τῷ ῥαθύμῳ, τῷ ἁμελεῖ τῶν ἁγίων σου ἐντολῶν, τῷ πᾶσαν καὶ παντοίαν ἁμαρτίαν καὶ ἀνομίαν τελῶσαντι, πορνείας, μοιχείας, μαλακίας ἐν γῆ, ἐν θαλάσῃ καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτίας σου. Κύριε, ἐνώπιον τῶν ἀλαθῆτων σου ὀφθαλμῶν οὐκ ἐπαυσάμην πάντα ἐργάζεσθαι τὰ πονηρὰ καὶ αἰσχρά. Καὶ ἀκμὴν ὃ ἐχθρὸς γαστριμαργίας καὶ ἡδοναῖς καὶ πονηραῖς ἐπιθυμίαις, δόλοισ τε καὶ κενοδοξίαις καὶ βλασφημίαις ἐμπλέκειν με οὐ παύεται. Ἄλλὰ σὺ, ὡς μόνος ὢν ἀγαθὸς καὶ ἐλεήμων, βοήθησόν μοι καὶ σῶσόν με ὡς τὸν ἄσωτον, ὡς τὸν τελώνην, ὡς τὴν πόρνην, ὡς τὸν ληστὴν. Ναί, Δέσποτα, φιλόανθρωπε, ὑπεράγαθε, μὴ βδελύξῃ με τὸν ἁμαρτωλὸν καὶ ἀχρεῖον οἰκίτην σου, προσδοκίαις τῆς παναχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ πάντων σου τῶν ἁγίων.

Quæ sequuntur ad angelum custodem preces antecedunt in codice supra descripto. Quamvis nullum eucior præ se ferant nomen, hic tamen appositas haud ingrate, spero, lector inveniet.

Oratio ad sanctum angelum a Deo ordinatum ad servandos et custodiendos nos.

Sancte angele, custos meæ miseræ animæ et infelicis vitæ meæ, ne derelinquas me peccatorem, neve recedas a me propter meam immunditiam, ne des locum maligno spiritui dominare in me dominatione mortalis hujus corporis. Complectere miseram atque languentem manum meam, et deduc me in viam salutis. Eia, sancte angele Dei, custos meæ miseræ animæ et corporis, omnia mihi ignosce, quidquid te contristavi cunctis diebus vitæ meæ, et si quid peccavi hodierna die. Custodi me hac nocte, et serva me ab omni maleficio et insurrectione adversarii, ne nullo peccato lacebam Deum. Et ora pro me ad Dominum, ut corroboret me in timore ipsius, et dignum reddat me servum sanctitatis suæ. Amen.

Εὐχὴ εἰς τὸν ἄγιον ἄγγελον τὸν ἀπὸ Θεοῦ ταχθέντα σκεπεῖν¹ καὶ διαφυλάττειν ἡμᾶς.

Ἄγιε ἄγγελε, ὃ ἐφεστὼς τῆς ἀθλίας μου ψυχῆς καὶ ταιλαπύρου μου ζωῆς, μὴ ἐγκαταλίπῃς με τὸν ἁμαρτωλὸν, μηδ' ἀποστῆς ἀπ' ἐμοῦ διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν μου, μὴ δῶς² χώραν τῷ πονηρῷ δαίμονι, κατακυριεύσαι μου τῇ καταδυναστείᾳ τοῦ θνητοῦ τούτου σώματος. Κράτησον τῆς ἀθλίας καὶ παρειμένης χειρὸς μου, καὶ δδήγησόν με εἰς ὁδὸν σωτηρίας. Ναί, ἄγιε ἄγγελε τοῦ Θεοῦ, ὃ ἐφεστὼς τῆς ἀθλίας μου ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, πάντα μοι συγχώρησον, ὅσα σοι ἐβλίψα πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ εἴ τι ἥμαρτον τὴν σήμερον ἡμέραν. Σκέπασόν με ἐν τῇ παρουσίᾳ νυκτὶ καὶ διαφυλάξόν με ἀπὸ πάσης ἐπιπείρας καὶ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀντικειμένου, ἵνα μὴ ἐν τινὶ ἁμαρτήματι παροργίσω τὸν Θεόν. Καὶ πρόσθευε ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον τοῦ ἐπιστηρίξαι με ἐν τῷ φόδῳ αὐτοῦ καὶ ἄξιον ἀναδείξαι με δούλον τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος. Ἄμην.

VARIE LECTIONES.

¹ Sic cod. ² Sic cod., forte σκοπεῖν vel σκέπτειν? ³ Corr., cod. δῶς.

NOTÆ.

¹ Psal. vii, 10.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ

ΟΜΙΛΙΑΙ ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΑΙ,

ΠΑΝΤ ΠΟΛΛΗΣ ΟΦΕΛΕΙΑΣ ΠΕΠΛΗΡΩΜΕΝΑΙ,

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΦΕΙΛΟΜΕΝΗΣ ΚΑΙ ΣΠΟΥΔΑΖΟΜΕΝΗΣ ΤΟΙΣ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΙΣ ΤΕΛΕΙΟΤΗΤΟΣ.

S. P. N. MACARII ÆGYPTII

HOMILIÆ SPIRITUALES,

PERMAGNA UTILITATE REFERTÆ,

DE INTEGRITATE QUÆ DECEAT CHRISTIANOS, CUIQUE OPERAM DARE DEBENT.

(GALLAND. Vet. Patrum Biblioth. t. VII, p. 3.)

ΟΜΙΛΙΑ ΠΡΩΤΗ.

Ἀλληγορικὴ παράφρασις τῆς κατὰ τῷ Ἐζεκιὴλ
τῷ προφήτῃ γεγραμμένης ὄψεως.

Α'. Ἦν Ἐζεκιὴλ προφήτης ὄψεσιν καὶ ὄρασιν
ἐνθεον καὶ ἐνδοξον θεωρήσας, διηγήσατο καὶ ἔγρα-
ψεν ὄψεσιν μυστηρίων ἀλαλήτων γέμουσαν. Εἶδε
γὰρ ἐν τῷ πεδίῳ ἄρμα Χερουβιμ, τέσσαρα ζῶα
πνευματικά· ἐν ἑκάστῳ ζῳί τέσσαρα πρόσωπα,
ἔχοντα, τὸ ἐν πρόσωπον λέοντος, καὶ τὸ ἐν πρό-
σωπον ἀετοῦ καὶ τὸ ἕτερον μόσχου, καὶ ἄλλο πρό-
σωπον ἀνθρώπου. Καὶ πτέρυγες καθ' ἕναστον πρό-
σωπον ὡς μὴ ἐννοεῖσθαι τι· τὰ ἑμπροσθεν, ἢ ὀπί-
σθια. Τὰ νῶτα αὐτῶν ὀφθαλμῶν ἔγεμον· καὶ αἱ κοι-
λῆαι ὁμοίως πεπληρῶνται ὀμμάτων. Καὶ οὐκ ἦν
τόπος τις, ὅς οὐκ ἔγεμον ὀφθαλμῶν. Καὶ τροχοὶ καθ'
ἐν πρόσωπον τρεῖς, ὡς ἐν τροχῷ. Καὶ ἐν τοῖς τροχοῖς
ἦν πνεῦμα, καὶ εἶδεν ὡς ὁμοίωμα ἀνθρώπου, καὶ τὰ
ὀπί τοὺς πόδας αὐτοῦ, ὡς ἔργον σαρκίτου. Καὶ
ἔφερε τὸ ἄρμα τὰ Χερουβιμ, καὶ τὰ ζῶα τὸν ἐπ-
οχοῦμενον Δεσπότην. Οὐδ' ἂν ἐβούλετο πορεύεσθαι, κατὰ
πρόσωπόν ἐστι. Καὶ εἶδεν ὑποκάτω τῶν Χερουβιμ,
ὡς χεῖρα ἀνθρώπου ὑποβαστάζουσαν καὶ φέρουσαν.

Β'. Καὶ τοῦτο ὅπερ εἶδεν ὁ προφήτης ἐν ἐκστά-
σει, ἀληθινὸν ἦν καὶ βέβαιον. Ὑπεδείκνυτο δὲ τι
ἕτερον καὶ προετυπούτο μυστικόν καὶ θεῖκον πρᾶγμα,
γεωστήριον ἀποκακρωμένον ἀληθῶς ἀπὸ τῶν γενεῶν,
ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν χρόνων φανερωθὲν ἐπὶ τῆς ἐπι-

Α

1-3 HOMILIA PRIMA.

Allegorica interpretatio visionis apud
Ezechielem descriptæ.

I. Quam Ezechiel propheta divinam illustremque
visionem viderat¹, eam litterarum monumentis man-
davit ac descripsit, mysteriis humane menti im-
pervis referam. Vidit enim in campo currum
Cherubim, quatuor animalia spiritualia. Quorum
singulis erant quatuor facies, uni quidem leonis,
alteri aquilæ, tertio vituli, quarto hominis facies
erat. Singulis quoque faciebus erant alæ, ut neque
anteriora, neque posteriora cognosci poterint.
Terga illorum oculis plena: et pectora similiter
oculis abundabant, nec ullus erat locus, qui oculis
non fuerit plenissimus. Et rotæ secundum quamque
faciem tres, in modum rotæ: et in rotis inerat spi-
ritus. Et vidit tanquam similitudinem hominis, et
quæ subtus pedes ejus erant tanquam opus sup-
phiri. Et ferebat currus Cherubim, animalia vero
insidentem Dominum. Quocumque progredi vole-
bant, in faciem erat. Et vidit subtus Cherubim
veluti manum hominis, gestantem et falcidentem.

II. Et hoc quod vidit propheta in ecstasi seti
stupore constitutus, verum ac certum erat. Si-
gnificabatur enim ac adumbrabatur alia quedam,
non minus arcana, quam divina res, mysterium
scilicet a generationibus revera absconditum, in

¹ Ezech. i, 1 seq.; x, 2 seq.

nifestandum tamen ultimis temporibus in apparitione Christi. Videbat enim mysterium animæ, quæ Dominum suum amplexura, et thronus gloriæ futura erat. Anima siquidem, quæ de Spiritu sancti, præparantis illam sibi in sedem et habitationem, participare lumine digna judicata, et pulchritudine inenarrabilis gloriæ ejus illustrata est, tota sit lumen, tota facies et tota oculus: nec ulla est ejus pars, quæ oculis spiritualibus luminis plena non sit: hoc est, nulla ejus pars tenebris offusa, sed tota lumen et Spiritus effecta, et tota oculata, nec anteriorem, nec posteriorem partem ullam habet, sed undique in facie est, descendente super illam, et in ea insidente ineffabili pulchritudine gloriæ luminis Christi. Et quemadmodum sol undequaque sui similis, ⁴ nullam partem posteram aut imperfectam habet, sed totus omnino lumine coruscat, et totus lumen est, ex similibus partibus conflatus; aut quemadmodum ignis, ipsum scilicet lumen ignis, totus sibi similis est, nec antierius, aut posterius, aut majus, aut minus quid in se habet: sic et anima, ineffabili pulchritudine gloriæ luminis faciei Christi perfecte illustrata, et Spiritus sancti perfecte particeps facta, et quæ fieret habitatio et sedes Dei digna judicata, tota oculus, tota lumen, tota facies, tota gloria et tota spiritus sit, ita præparante eam Christo, ferente, agente, portante, gestante, sicque exornante ac decorante illam pulchritudine spirituali; inquit enim: *Manus hominis erat subtus Cherubim* ⁵. Quia ipse est qui in ea vehitur, et qui viam ei commonstrat.

III. Quatuor autem illa animalia currum ferentia typum præ se ferebant præcipuarum animæ rationalis partium. Quemadmodum enim aquila cæteris avibus dominatur, et leo agrestibus feris, ac taurus mansuetis animalibus, et homo creaturis præstat: sic et animæ sunt potentia, aliæ aliis excellentiores. Dico autem, voluntatem, conscientiam, mentem et diligendi vim. Per illas enim currus animæ gubernatur, et in his requiescit Deus. Aliter vero et ad cælestem sanctorum Ecclesiam transferri hoc potest. Et quemadmodum illuc dicit, quod *animalia erant valde sublimia, plena oculis, nec cuiquam licebat comprehendere numerum oculorum, aut sublimitatem* ⁶, quia horum cognitio data non est; et quemadmodum sidera in cælo contemplari et admirari datum est omnibus hominibus: numerum vero eorum cognoscere in nullius viribus est: eodem modo in cælestem sanctorum Ecclesiam ingredi quidem et refocillari omnibus certamen inituris licet: cognoscere vero et comprehendere numerum, soli Deo ascribitur, illique soli tribuitur. Fertur igitur et vehitur insidens ille a curru et throno oculatorum animalium, aut a qualibet anima, quæ ipsi thronus et sedes facta est, et quæ oculus et lumen existit, cum ascenderit

ΑΘ'. Ἐρώτησις. Πῶς ἀνώτεροι γίγνονται οἱ
Χριστιανοὶ τοῦ πρώτου Ἀδάμ; *ἁετινος γὰρ ἀθά-
ντος ἦν, καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀφθαρτος· οἱ δὲ
ἀποθνήσκουσι καὶ φθείρονται.*

Ἀπόκρισις. Ὁ ἀληθινὸς θάνατος ἐνδον ἐστὶν ἐν
ἡ καρδίᾳ, καὶ κέκρυπται, καὶ ὁ ἄνθρωπος ὁ ἔσω
ινέκρυπτος· εἰ τις οὖν μεταβίβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου
εἰς τὴν ζωὴν κατὰ τὸ κρυπτόν, οὕτως ἀληθῶς εἰς
οὗς αἰῶνας ζῆ, καὶ οὐκ ἀποθνήσκει. Ἄλλ' εἰ καὶ τὰ
σώματα τῶν τοιούτων λύεται πρὸς καιρὸν, ἐγείρει-
ται αὐθις ἐν δόξῃ· ἠγιασμένα γὰρ εἰσιν. Ὑπνον οὖν
ἴγομεν καὶ κοίμησιν τῶν Χριστιανῶν τὸν θάνα-

•• Hebr. II, 14. 10 Joan XVII, 22.

63 XXXVII. Si vero quempiam videas fastū ac
superbia' elatum, veluti qui sit particeps gratiæ,
hic licet signa faciat, ac mortuos exsuscitet, et
non tamen habeat abjectam et humilem animam,
nec pauper spiritu et abominandus sit, is subripi-
tur a vilio, et quidem nescius: et licet signa faciat,
non tamen ei credendum est. Signum enim Chri-
stianismi hoc est, ut aliquis Deo sit probatus, ut-
que studeat latere coram hominibus; et ut, si vel
universos thesauros regis possideat, eos occultet
ac semper dicat: *Thesaurus non est meus, sed alius
eum apud me deposuit: ego enim mendicus sum: et
quando ei placuerit, repetet eum a me.* Si vero quis
dicat: *Dives sum, sufficit, bona possideo, nihili am-
plius indigeo, ejusmodi qui est, non est Christianus,*
sed vas imposturæ et diaboli. Delectatio enim Dei
insatiabilis est, et quanto magis quis gustarit et
ederit, tanto magis esuriet. Et qui ejusmodi sunt,
ardorem atque amorem erga Dominum habent,
qui coerceri nequit, et quanto majorem adhibue-
runt operam proficiendi ac crescendi, tanto se pau-
periores reputant, tanquam egeni ac nihil possi-
dentes. Hoc enim dicunt: *Non sum dignus, ut sol
radiis suis me illuminet.* Hoc est signum Chri-
stianismi, ipsa scilicet humilitas.

XXXVIII. At si quispiam dicat: *Contentus sum
et plenus, seductor ille est et mendax.* Quemadmo-
dum enim glorificatum est corpus Domini, cum
conscendisset montem, et in divinam gloriam, et
in infinitum lumen esset transfiguratum: sic et
corpora sanctorum glorificantur, et fulgoris instar
lucent. Quemadmodum enim gloria Christi interior
sic contexit corpus, et exsplenduit; eodem modo
et in sanctis interior Christi virtus in die illa ex-
terius in corpora illorum effunditur. Etenim sub-
stantiæ et naturæ ejus ex hoc tempore participes
sunt in animo suo. Scriptum est enim: *Qui sancti-
ficat, et sanctificatur, ex uno sunt* 99. Et: *Gloriam,
quam dedisti mihi, dedi illis* 100. Quemadmodum ab
uno eodemque igne plures lucernæ accenduntur,
sic necesse quoque est, ut corpora sanctorum,
quæ sunt Christi membra, idem evadant, quod ipse
Christus est.

XXXIX. Interrogatio. *Quo pacto evadunt Chri-
stiani ipso primo Adam superiores? ille siquidem im-
mortalis erat, et non anima modo, verum etiam cor-
pore incorruptibilis: hi vero moriuntur et corrup-
pantur.*

Responsio. Vera mors factus in corde hæret ac
latet, atque homo interior mortuus est. Si quis
ergo transierit a morte in vitam occultam, ille re-
vera in sæcula vivit, nec moritur. Licet enim cor-
pora horum solvantur ad tempus, denuo tamen
suscitantur in gloria; sunt enim sanctificata. Som-
num ergo ac dormitionem esse dicimus Christiano-
rum mortem. Quod si homo immortalis esset, et

ram, fierique priora illa lucida: sic quoque homines mutantur in resurrectione, et fiunt membra eorum sancta et lucida. Quamobrem divini homines debent se præparare ad certamen et pugnam. Perinde autem, ut juvenis generosus illatas plagas ac luctam sustinet ac referit: sic quoque Christiani perferre debent afflictiones, tum externas, tum interiora bella, ut percussi per tolerantiam superiores evadant. Via enim Christianæ religionis sic se habet. Ubi spiritus sanctus, illic sequitur, velut umbra, persecutio et pugna. Vides prophetas, quomodo persecutione afflicti fuerint ab omnibus conturbulibus suis, in quibus nihilominus operabatur Spiritus. Vides quomodo Dominus, qui est *via et veritas*⁵⁵, non ab alio populo persecutionem passus est, sed a suis, a propria scilicet tribu Israel persecutione affectus, ac cruci affixus est: itidem et apostoli. Ex eo enim tempore, quo cruci affixus est, transiit Spiritus paracletus, et migravit in Christianos. Cæterum nullus Judæorum persecutionem pertulit, sed Christiani solum martyrio affecti sunt. Quare non est, quod Christiani in stuporem adducantur, verum oportet veritatem persecutionem pati.

XIII. *Interrogatio. Quidam aiunt exterius vitium ingredi, et si velit homo, non recipit, sed rejicit illud.*

Responsio. Quemadmodum serpens locutus cum Eva⁵⁶, cum obediret ipsa, introgressus est: sic quoque nunc ob obedientiam hominis ingreditur peccatum, quod extra est. Habet enim peccatum plenam potestatem et libertatem in cor ingrediendi. Neque enim cogitationes extra sunt, sed intus, ex corde proficiscentes. Inquit enim Apostolus: *Volo viros orare sine ira et cogitationibus pravis*⁵⁷. *Cogitationes enim de corde exeunt*⁵⁸, secundum Evangelium. Accede itaque ad orationem, et examina cor tuum et animum, atque desidera orationem tuam Deo committere puram, atque circumspice ibi potissimum, numquid non sit aliquod impedimentum: num oratio sit pura; num intentus sit animus tuus Domino, perinde ac animus agricolæ agriculturæ, animus viri uxori, et mercatoris negotiationi; num flectas genua tua ad orandum, nec tuas cogitationes alii distrahant.

56 XIV-XV. At inquis, *Dominum*, postquam venit per crucem, *condemnas peccatum*⁵⁹, nec amplius intus hæreret. Verum perinde, ac si miles, qui deponat currum suum in domo alicujus, quando placuerit ei, facultatem habet ingrediendi et egrediendi domum illam: sic quoque peccatum habet potestatem disputationes serendi in corde. Scriptum enim est: *Introiit Satanas in cor Judæ*⁶⁰. Si vero istes, per adventum Christi condemnatum esse peccatum, nec post baptismum pabulum habere malum disputandi in corde; ignoras quod ab adventu Do-

⁵⁵ Joan. xvi, 6. ⁵⁶ Gen. iii, 5. 6. ⁵⁷ I Tim. ii, 8.

A μεταβληθῆναι, καὶ ἀλλαγῆναι εἰς ἄλλην φύσιν, καὶ γενέσθαι τὰ πρῶτα φωτισιδῆ· οὕτως καὶ οἱ ἄνθρωποι ἀλλάσσονται ἐν τῇ ἀναστάσει, καὶ γίνονται τὰ μέλη αὐτῶν ἄγια καὶ φωτισιδῆ. Οἱ οὖν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι ὀφείλουσιν ἐντραπέσαι ἑαυτοὺς εἰς ἀγῶνα καὶ ἀθλήσιν. Ὡσπερ δὲ νεανίας γενναίος τὰς ἐπιφερομένας πληγὰς, καὶ τὴν πάλιν βαστάζει καὶ ἀντιτύπτει, οὕτω καὶ οἱ Χριστιανοὶ ὀφείλουσι φέρειν τὰς θλίψεις, τὰς τε ἐξωθεν, καὶ τοὺς ἐνδοθεν, πολέμους, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς τυπτόμενοι νικῶσωσιν. Ἡ γὰρ ὁδὸς τοῦ Χριστιανισμοῦ οὕτως ἐστίν. Ὅπου γὰρ ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκεῖ ἐπακολουθεῖ, οἷον σκίβ, ὁ διωγμὸς καὶ ἡ πάλιν. Ὁρᾷς τοὺς προφήτας, πῶς ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων δι' ὅλου, εἰς οὓς ὁμῶς ἐνήργει τὸ Πνεῦμα. Ὁρᾷς, πῶς ὁ Κύριος, ὅστις ἐστὶν ὁδὸς καὶ ἀλήθεια, οὐχ ὑπὸ ἄλλου ἔθνους ἐδιώχθη, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων, ὑπὸ τῆς ἰβίας φυλῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐδιώχθη καὶ ἐσταυρώθη· ὁμοίως καὶ οἱ ἀπόστολοι. Ἐξ οὗ γὰρ ὁ σταυρὸς, μετέβη τὸ Πνεῦμα τὸ παράκλητον, καὶ ἐχώρησεν εἰς τοὺς Χριστιανούς. Λοιπὸν οὐδεὶς Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἀλλὰ μόνον Χριστιανοὶ ἐμαρτύρησαν. Διὸ οὐχ ὀφείλουσι ζηνίζεσθαι, ἀλλὰ ἀνάγκη διώκεσθαι τὴν ἀλήθειαν.

II'. Ἐρώτησις. *Τινὲς λέγουσιν ὅτι ἐξωθεν ἐπισέρχεται τὸ κακὸν, καὶ ἐὰν θέλῃ ὁ ἄνθρωπος, οὐ δέχεται, ἀλλ' ἀποπέμπεται αὐτό.*

Ἀπόκρισις. Ὡσπερ ὁ ὄφις λαλήσας τῇ Ἐβᾶ, διὰ τὴν ὑπακοὴν ἐνδοθεν ἐπεισῆλθεν, οὕτω καὶ νῦν διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐπισέρχεται ἡ ἁμαρτία ἐξω οὐσα. Ἐχει γὰρ ἐξουσίαν καὶ παρῆρσίαν εἰσερχεσθαι ἡ ἁμαρτία εἰς τὴν καρδίαν· οἱ γὰρ λογισμοὶ οὐκ εἰσὶν ἐξωθεν, ἀλλ' ἐνδοθεν ἐκ τῆς καρδίας. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν πονηρῶν. Εἰσὶ γὰρ λογισμοὶ ἐξερχόμενοι ἐκ τῆς καρδίας, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον. Ἀπέλθε οὖν εἰς εὐχὴν, καὶ ἐπισκεψά σου τὴν καρδίαν καὶ τὸν νοῦν, καὶ θέλησον τὴν εὐχὴν σου καθαρὰν ἀναπέμψαι τῷ Θεῷ, καὶ βλέψον ἐξαιρέτως ἐκεῖ, εἰ οὐδὲν ἐστὶ τὸ ἐμποδίζον, εἰ γίνεται εὐχὴ καθαρὰ, εἰ ἡσχόληται σου ὁ νοῦς περὶ τὸν Κύριον, ὃν τρόπον τοῦ γεωργοῦ περὶ τὴν γεωργίαν, τοῦ ἀνδρὸς περὶ τὴν γυναῖκα, τοῦ ἐμπόρου περὶ τὴν ἐμπορίαν, εἰ κλίνεις τὰ γόνατά σου εἰς εὐχὴν, καὶ τοὺς λογισμοὺς σου ἄλλοι μὴ διαρπάζουσιν*

ΙΔ'.-ΙΕ'. Ἀλλὰ λέγεις, ὅτι ὁ Κύριος ἐλθὼν διὰ τοῦ σταυροῦ *κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν*, καὶ οὐκέτι ἐστὶν ἔσω. Ἀλλ' ὡσπερ ἐν ἡ στρατιώτης καὶ ἀποθῆται τὸ ἄρμα αὐτοῦ εἰς οἰκίαν τινὸς, ὅτε θέλει, ἐξουσίαν ἔχει εἰσιέναι καὶ ἐξιέναι ἐν τῇ οἰκίᾳ ἐπεινή· οὕτως καὶ ἡ ἁμαρτία ἔχει ἐξουσίαν διαλογίζεσθαι ἐν τῇ καρδίᾳ. Γέγραπται γὰρ· *Εἰσῆλθεν ὁ Σατανᾶς εἰς τὴν καρδίαν Ἰουδα*. Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι διὰ τῆς ἐλευσίως τοῦ Χριστοῦ κατεκρίθη ἡ ἁμαρτία, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα οὐκέτι ἔχει νομὴν τὸ κακὸν τοῦ διαλογίζεσθαι ἐν τῇ καρδίᾳ, ἀγνοεῖς ὅτι ἐκ τῆς παρουσίας τοῦ Κυ-

⁵⁸ Matth. xv, 19. ⁵⁹ Rom. viii, 3. ⁶⁰ Luc. xii, 3.

ρίου μέχρι τοῦ νῦν, ὅσοι ἐβαπτίσθησαν, καὶ πονηρὰ ἄ ποτὰ ἐλογίσθησαν; ἢ οὐκ εἰς κενοδοξίαν τινὲς αὐ- τῶν, ἢ πορνείαν, ἢ γαστριμαργίαν ἐτρέψθησαν; ἀλλὰ ὅλοι οἱ κατοικοῦντες ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ κοσμικοὶ, ἄμω- μον καὶ καθαρὰν ἔχουσι τὴν καρδίαν; ἢ εὐρίσκο- μεν, ὅτι μετὰ τὸ βάπτισμα πολλὰ ἁμαρτίαι γίνον- ται, καὶ πολλοὶ ἁμαρτάνουσιν; Ἐχει οὖν νομὴν καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα εἰσελθεῖν ὁ ληστής, καὶ πράττειν ἃ θέλει. Γέγραπται γάρ· Ἄγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου. Ἀλλὰ λέ- γεις, ὅτι Ἀγαπῶ, καὶ ἔχω Πνεῦμα ἅγιον. Ἐχεις τὴν μνήμην, καὶ τὸν ἔρωτα, καὶ τὴν καύσιν πρὸς τὸν Κύριον; νυκτὸς καὶ ἡμέρας; ἐκεῖ ἀποδέδεται; καὶ εἰ μὲν ἔχεις τοιαύτην ἀγάπην, καθαρὸς εἶ. Εἰ δὲ οὐκ ἔχεις, ζήτησον εἰτι ὅταν ἔλθωσιν ἀπὸ τῶν γηθῶν πραγμάτων, καὶ ἀπὸ τῶν αἰσχυρῶν καὶ πονηρῶν λο- γισμῶν, εἰ μὴ πρὸς ταῦτα ὑποκλίνη, ἀλλὰ πάντοτε εἰς ἀγάπην καὶ πόθον Θεοῦ ἔλκεται σου ἡ ψυχὴ. Οἱ γὰρ λογισμοὶ τοῦ κόσμου κατασπῶσι τὸν νοῦν εἰς τὰ ἐπίγεια καὶ φθαρτὰ, καὶ οὐκ ἐῷσιν ἀγαπήσαι Θεόν, ἢ μνημονεῦσαι τοῦ Κυρίου. Καὶ πολλάκις ἀπέρχεται εἰς προσευχὴν ὁ ἰδιώτης, καὶ κλίνει γόνυ, καὶ εἰσέρ- χεται ὁ νοῦς αὐτοῦ εἰς ἀνάπαυσιν, καὶ ἔσον σκάπτει καὶ βαθύνει, ῥύσσεται τὸ τεῖχος τῆς κακίας τὸ ἀν- θιστάμενον, καὶ εἰσέρχεται εἰς ὄρασιν καὶ σοφίαν, ὅπου οὐ φθάνουσι δυνάσται ἢ σοφοί, ἢ ῥήτορες κα- ταλαβεῖν ἢ γνῶναι τὴν λεπτότητα τοῦ νοῦς αὐτοῦ· ἐπειδὴ ἀσχολεῖται εἰς θεῖα μυστήρια. Καὶ γὰρ ἄπειρος τοῦ δοκιμάζειν μαργαρίτας, οὐκ οἶδε διατι- μῆσασθαι τούτους, διὰ τὸ ἄπειρον αὐτὸν τυγχάνει. Οἱ οὖν Χριστιανοὶ τὰ ἐνδοξα τῆς γῆς βδελύσσονται, καὶ ἠγοῦνται ταῦτα ὡς κοπρίαν πρὸς ἐκείνων τὴν σύγκρισιν τῆς μεγαλειότητος τῆς ἐνεργούσης ἐν αὐτοῖς.

ΙΓ'. Ἐρώτησις. Εἰ δύναται πεσεῖν ἄνθρωπος ἔχων χάρισμα;

Ἀπόκρισις. Ἐὰν ἀμελήσῃ, πίπτει· οἱ γὰρ πο- λέμιοι οὐδέποτε ἀργοῦσι, οὔτε ὀκνοῦσι πολεμοῦντες· πῶσῃ μᾶλλον σὺ οὐκ ὀφείλεις παύσασθαι ἀπὸ τῆς ζητήσεως τῆς πρὸς Θεόν; πολλὴ γάρ σοι ζημία γίνεταί ἀμελοῦντι, εἰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ μυστηρίῳ τῆς χάριτος δοκεῖ ἐξετάζεσθαι.

ΙΖ'. Ἐρώτησις. Εἰ παραμένει ἡ χάρις μετὰ τὸ πεσεῖν ἄνθρωπον;

Ἀπόκρισις. Ὁ Θεὸς θέλει τὸν ἄνθρωπον εἰς ζωὴν πάλιν ἀγαγεῖν, καὶ προτρέπεται ἐπὶ τὸ πάλιν προσκλαῦσαι καὶ μετανοῆσαι τὸν ἄνθρωπον. Ἐὰν δὲ καὶ παραμείνῃ, ἐπὶ τὸ πάλιν προσκλαῦσαι καὶ με- τανοῆσαι τὸν ἄνθρωπον, μετανοοῦντα τὰ ἐφ' οἷς πά- λαί ἐπλημμέλησεν.

ΙΗ'. Ἐρώτησις. Εἰ τοῖς τελείοις ἐπικεῖται θλι- ψίς, ἢ πόλεμος, ἢ τὸ ὄλον ἀμεριμνοῦσιν;

Ἀπόκρισις. Ὁ πόλεμος κατ' οὐδενὸς παυεταί πολεμῶν, ὁ Σατανᾶς δὲ ἀσπλαγχνὸς ἐστὶ καὶ μισάν- θρωπος· διὸ καὶ παντὶ ἀνθρώπῳ πολεμεῖν οὐκ ὀκνεῖ.

mini ad hunc usque diem quot modo baptizati sint, et aliquando tamen nihilominus mala cogitaverint? Aut nonne quidam eorum ad vanam gloriæ cupiditatem, ad stuprum aut belluactionem conversi sunt? Porro, an omnes qui habitant in Ecclesia homines mundani, puro et inculpabili corde præditi sunt? aut nonne reperimus post baptismum multa perpetrari peccata, ac multos errare? Habet igitur pabulum et licentiam latro, etiam post baptismum, ingrediendi atque agendi pro lubitu. Scri- ptum enim est: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo* ¹⁶. Verum dicis: *Diligo, et habeo Spiritum sanctum*. Habesne memoriam et amorem, ac flagrans desiderium directum erga Dominum? esse noctu diuque illic devinctus? et siquidem hac dilectione præditus es, purus es. Sin ea minus sis præditus, ultra inquire, ubi se obtulerint negotia terrena, aut cogitationes turpes et pravæ, annon ad hæc declinaveris, an vero perpetuo ad amorem ac desiderium Dei trahatur anima tua? cogitationes enim mundanæ distrahunt mentem ad terrena et corruptibilia, nec permittunt diligere Deum, aut Domini memorem esse. At sæpenumero accedit ad orandum idiota flexo poplite, ingrediturque mens ejus in requiem, et quandiu fodit ac ima rimatur, perumpit objectum parietem malitiæ, ac transit in visionem et sapientiam, quo non perveniunt po- tentes, aut sapientes, aut rhetores, ut comprehendant aut cognoscant subtilitatem mentis ejus: si- quidem attentus est ad divina mysteria. Qui enim margaritas probare haud novit, ille nec eas æsti- mare novit, eo quod imperitus sit ejus rei. Quam- obrem Christiani in terra, quæ præclara sunt, exsecrantur, ac pro stercore reputant ea, colla- tione cum majestate, quæ operatur in illis, insti- tuta.

XVI. Interrogatio. Utrum labi potest homo, qui donum gratiæ habet?

Responsio. Si negligat, utique labitur. Inimici enim nunquam quiescunt, nec bellum ciere gra- vantur: quanto magis tu Deum quærere desistere non debes! non enim exiguum detrimentum manet te, si negligas, quamvis in ipso mysterio gratiæ videre probatus.

XVII. Interrogatio. Utrum permanet gratia post lapsum hominis?

Responsio. Deus in votis habet hominem n vi- tam denuo reducere, atque adhortatur eum iterum ad luctum et resipiscentiam. Sin vero perseveret, ad luctum et pœnitentiam iterum hortatur homi- nem, ut resipiscat propter ea, quæ olim deli- quit.

57 XVIII. Interrogatio. Utrum perfectis imminet afflictio aut bellum, aut penitus secure vivunt?

Responsio. Hostis nemini bellum ipferre desinit: Satanæ vero immisericors est, et odit homines; quapropter etiam omnibus hominibus bellum in-

¹⁶ Deut. vi, 5.

ferre non pigrescit. Verum non iisdem modis videtur omnes adoriri. Præfecti enim ac comites tributa pendunt regi; verum hic confisus divitiis suis, auro atque argento, tanquam ex eo quod abundat, sua tributa colligit, damni ratione non habita. Quemadmodum enim, qui eleemosynam præbet, nullo modo jaecturam reputat: sic quoque Satanas ista tanquam sibi superflua proponit. Cæterum est quidam pauper, destitutus cibo quotidiano. Hic affligitur et torquetur, nec potest opus illud adimplere. Est quoque, qui atteritur angustiis et torquetur, nec tamen moritur. Est quoque alius, qui propter verbum unicum capitis supplicio affici jubetur, et perit. Sic quoque inter Christianos sunt, qui vehementer impugnantur ac vellicantur a peccato: atque insuper adhuc in bello et robur et prudentiam sibi conciliant, spreto adversariorum viribus: et expertes hac in parte sunt periculi, quia certi ac firmi sunt de salute sua, eo quod valde exercitati sunt in bello adversus vitia, et experientia edocui. Habentes itaque Deum apud sese, diriguntur ac requiescunt.

XIX. Alii vero nunquam exercitati, si in angustiam aliquam inciderint, aut moveatur bellum, continuo in perniciem aut interitum delabuntur. Perinde ac qui profisciscuntur in civitatem, amicos invisuri et familiares suos, quamvis multis in nundinis occurrant, non tamen ab iis impediuntur; scopus enim illorum est, ut amicos conveniant: et cum foris januam pulsaverint ac vocaverint, læti aperiunt amici illorum, sin vero hæreant in foris et plateis, et illudantur aut retineantur ab iis, qui occurrunt, occluditur janua et nemo illis aperit: ita, qui ad Dominum nostrum Jesum Christum verum amicum, vadere impelluntur, cætera omnia debent contemnere et despiciere. Et quemadmodum, qui palatium ingrediuntur regem visuri, sive sint comites, sive præsides, valde metuunt, quomodo sint responsuri, et ne in respondendo lapsi, in reprehensionem et supplicium incidant; rustici vero ac plebei homines, qui nunquam principem conspexerunt, nihil solliciti sunt: sic quoque mundus hic, qui sub cælis est, a regibus ad pauperes usque se habet. Cum gloriam Christi ignorent, curam gerunt rerum sæcularium: nec cito quis recordatur divini iudicii. Qui vero cogitationibus ad tribunal Christi ascendunt, ubi est thronus ejus, et in ejus conspectu perpetuo sunt, semper metuunt ac tremunt, ne quovis pacto abierent a sanctis ejus præceptis.

XX. Et quemadmodum divites in terra, sicubi multos fructus in horreo suo reposuerint, deuo majorem laborem singulis diebus sumunt, ut locupletiores sint, et non deficiant: si vero opibus in horreo reconditis freti, allas colligere negligant, ac, quæ reposita erant, consumant, continuo in paupertatem et inopiam incidunt. Propterea percipientes ac inferentes fructus debent operam na-

A 'Ἄλλ' οὐ τοῖς αὐτοῖς μέτροις φαίνεται πᾶσαν ἐπιών· καὶ γὰρ ἑπαρχοὶ καὶ κόμητες φόρους διδᾶσι τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' οὗτος θαρρῶν τῷ πλοῦτῳ αὐτοῦ, καὶ τῷ χρυσῷ, καὶ τῷ ἀργύρῳ ὡς ἐκ τῶν περισσευμάτων αὐτοῦ ποιῆται τὰς συντελείας, οὐ ζημίαν ἠγοῦμενος. Ὡς περ γὰρ ὁ παῖων ἐλεημοσύνην οὐδέποτε ἠγείται ζημίαν· οὕτω καὶ ὁ Σατανᾶς, ὡς ἐκ παρέργου ταῦτα ἠγείται. Ἔστι δὲ πτωχὸς λειπόμενος τροφῆς ἡμέρου· οὗτος μαστίζεται καὶ βασανίζεται, μὴ δύναμενος ἐκείνο τὸ συντέλεσμα ἀπαληρώσαι· καὶ ἔστι ξεόμενος καὶ βασανιζόμενος χαλεπῶς, καὶ οὐκ ἀποθνήσκει. Καὶ ἔστιν ἄλλος, ὅτι καὶ ἀπὸ μιᾶς φάσεως κελεύεται ἀποκεφαλίσθηναι, καὶ ἀπόλλυται. Οὕτως καὶ εἰς τοὺς Χριστιανοὺς εἰσὶν ἰσχυρῶς πολεμούμενοι καὶ ξεόμενοι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας· καὶ ἔτι εἰς τοὺς πολέμους στερεοῦνται καὶ σφίζονται, καταφρονούντες τῆς ἐναντίας δυνάμεως, καὶ οὐκ ἔχουσι κίνδυνον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ὅτι ἀπτοστοί εἰσι καὶ ἀσφαλίζονται περὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, διὰ τὸ πολλάκις γυμνασθῆναι ἐν τῷ πολέμῳ τῆς κακίας, καὶ ἐμπείρους γεγενησθαι. Ἐχόντες δὲ τὸν Θεὸν μεθ' ἑαυτῶν, ὀδηγοῦνται καὶ ἀναπαύονται.

B IΘ'. Ἄλλοι δὲ μηδέπω γυμνασθέντες, εἰς μίαν θλίψιν ἔαν ἐμπέσωσι καὶ ἐπικινήθῃ πόλεμος, εὐθέως καταπίπτουσι εἰς ἧλεθρον καὶ ἀπώλειαν· ὡς περ οἱ διοδεύοντες ἐν πόλει, θέλοντες ἰδεῖν τοὺς ἀγαπητοὺς αὐτῶν καὶ γνωρίσασθαι, εἰ καὶ πολλοὺς συναντῶσιν ἐν ταῖς ἀγοραῖς, οὐκ ἐμποδίζονται ἵπ' αὐτῶν· ἔχουσι γὰρ σκοπὸν τοῦ τοῖς φίλοις ἐντυχεῖν· καὶ ὅταν ἐξωθεν κρούσωσι τὴν θύραν καὶ καλέσωσι, χαίροντες ἀνοίγουσιν οἱ ἀγαπητοὶ αὐτῶν· εἰ δὲ ἀπομείνωσιν ἐν ταῖς ἀγοραῖς, καὶ χλευάζωνται, ἦτοι ἐπέχονται ἀπὸ τῶν ἀπαντώντων, ἀποκλείεται ἡ θύρα, καὶ οὐδεὶς αὐτοῖς ἀνοίγει· οὕτως καὶ οἱ πρὸς τὸν Δεσπότην ἡμῶν Χριστὸν τὸν ὄντως ἀγαπητὸν ἐπιεγόμενοι φθάσαι, τῶν ἄλλων ἀπάντων ὀφείλουσι καταφρονεῖν καὶ ὑπερορᾶν. Ὅν δὲ τρόπον αἱ εἰσερχόμενοι εἰς τὸ παλάτιον πρὸς τὸν βασιλέα, κόμητες μὲν ὄντες ἢ ἑπαρχοὶ, ὑπὸ φόβον πολὺν εἰσι, πῶς τὰς ἀποκρίσεις δώσουσι, καὶ μὴ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ πταίσαντες εἰς λόγον καὶ τιμωρίαν ὑποβληθῶσιν· ἄγροικοὶ δὲ καὶ ἰδιῶται ὄντες, οἱ μηδέποτε θεασάμενοι ἄρχοντα, ἐν ἀμεριμνίᾳ διάγουσιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ κόσμος οὗτος ὁ ὑπὸ τῶν οὐρανῶν ἀπὸ βασιλέων ἕως πτωχῶν. Τὴν τοῦ Χριστοῦ δόξαν ἀγνοοῦντες, τὴν μέριμναν ἔχουσι περὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων· οὐ ταχέως δὲ τις μένηται τῆς ἡμέρας τῆς κρίσεως. Οἱ δὲ εἰσερχόμενοι τῷ λογισμῷ εἰς τὸ βῆμα τοῦ Χριστοῦ, ὅπου ἔστιν ὁ θρόνος αὐτοῦ, καὶ κατέναντι αὐτοῦ διὰ παντὸς ὄντες, ὑπὸ φόβον καὶ τρόμον εἰσὶν αἱ, τοῦ μὴ τι σφαλῆναι περὶ τὰς ἀγίας αὐτοῦ ἐντολάς.

C K'. Καὶ ὡς περ οἱ κληρῖκοι τῆς γῆς, ὅταν πολλοὺς καρποὺς εἰσενέγκωσιν εἰς τὰς ἀποθήκας αὐτῶν, πάλιν ἐργάζονται καθ' ἑκάστην ἡμέραν πλεῖον, ἵνα εὐπορῶσι καὶ μὴ ἐλλείψωνται. Εἰ δὲ θαρρῶσιν ἐν τῷ ἐναποκειμένῳ ταῖς ἀποθήκαις πλοῦτῳ, καὶ ἀμελήσουσι μὴ ἐπισυνάγοντες ἕτερον, ἀλλὰ καταναλίσκοντες τὰ ἀποκεῖμενα, ταχέως εἰς πείναν καὶ πτωχείαν ἐμπίπτουσι. Ὅθεν προσδεύμενοι καὶ εἰσφέροντες

ὀφείλουσι κάμνειν καὶ ἐπισυνάγειν, ἵνα μὴ ὑστερηθῶσιν. Οὕτως ἐστὶν ἐν τῷ Χριστιανισμῷ τὸ γεύσασθαι τινα τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ· *Γεύσασθε γάρ, φησί, καὶ ἴδετε ὅτι χρηστός ὁ Κύριος*. Ἔστι δὲ ἡ γεῦσις αὕτη ἐνεργητικὴ ἐν πληροφορίᾳ δύναμις Πνεύματος διακονοῦσα ἐν καρδίᾳ. Ὅσοι γὰρ υἱοὶ εἰσι τοῦ φωτὸς, καὶ τῆς διακονίας τῆς καινῆς διαθήκης ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, οὗτοι παρὰ ἀνθρώπων οὐδὲν μανθάνουσι· θεοδίδακτοι γὰρ εἰσιν. Αὕτη γὰρ ἡ χάρις ἐπιγράφει ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν τοὺς νόμους τοῦ Πνεύματος. Οὐκ ὀφείλουσιν οὖν εἰς τὰς Γραφὰς μόνον τὰς διὰ μέλανος γεγραμμένας πληροφορεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰς πλάκας τῆς καρδίας ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἐγγράφει τοὺς νόμους τοῦ Πνεύματος, καὶ τὰ ἐπουράνια μυστήρια· ἡ γὰρ καρδία ἡγεμονεῖ καὶ βασιλεύει ὅλου τοῦ σωματικῶν ὀργάνου. Καὶ ἐπὶν κατάσχη τὰς νομὰς τῆς καρδίας ἡ χάρις, βασιλεύει ὄλων τῶν μελῶν, καὶ τῶν λογισμῶν· ἐκεῖ γὰρ ἐστὶν ὁ νοῦς, καὶ ὅλοι οἱ λογισμοὶ τῆς ψυχῆς καὶ ἡ προσδοκία αὐτῆς. Διὸ καὶ διέρχεται ἡ χάρις εἰς ὅλα τὰ μέλη τοῦ σώματος.

ΚΑ'. Οὕτως πάλιν ὅσοι εἰσὶν υἱοὶ τοῦ σκότους, βασιλεύει τῆς καρδίας ἡ ἁμαρτία, καὶ διέρχεται εἰς ὅλα τὰ μέρη. Ἐκ γὰρ τῆς καρδίας ἐξέρχονται *διαλογισμοὶ πονηροί*· καὶ οὕτως ὑπεκχεομένη σκοτίζει τὸν ἄνθρωπον. Οἱ δὲ μὴ λέγοντες εἶναι τὸ κακὸν σύντροφον, καὶ συναυξάνον τῷ ἀνθρώπῳ, μῆτε μεριμνήσωσι περὶ τῆς αἰσίου, μῆτε ἐπιθυμήσωσι· *καὶ ῥῶ γάρ τινι ἐπαύσατο ἐν αὐτοῖς ἐνσχολοῦν τὸ κακόν, τινὰ ἐπιθυμίαν ὑποβάλλον*· ὥστε ἐν ὄρκῳ διαβεβαιουῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ὅτι Οὐκέτι ἐπανίσταται μοι τὸ τοιοῦτον πάθος· καὶ μετ' ὀλίγον καιρὸν κατεκάτη τῇ ἐπιθυμίᾳ, ὥστε εὐρεθῆναι αὐτὸν πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ ἐπιόρκον. Ὅσπερ γὰρ δι' ὄχετοῦ διέρχεται ὕδωρ, οὕτως καὶ διὰ τῆς καρδίας καὶ τῶν λογισμῶν ἡ ἁμαρτία· Ὅσοι δὲ τοῦτο ἀναιροῦσιν, ὑπ' αὐτῆς τῆς ἁμαρτίας μελλούσης θριαμβεῦσθαι, ἐλέγχονται καὶ χλευάζονται. Σπουδάζει γὰρ τὸ κακὸν λανθάνειν καὶ κρύπτεσθαι ἐν τῇ διανοίᾳ τοῦ ἀθρώπου.

ΚΒ'. Εἰ οὖν ἀγαπᾷ τις τὸν Θεόν, καὶ αὐτὸς συγκρινᾷ τούτῳ τὴν ἑαυτοῦ ἀγάπην· πιστευθεὶς δὲ ἀπαξ ὑπ' αὐτοῦ, προστιθεὶ τούτῳ τὴν ἐπουράνιον πίστιν, καὶ γίγνεται διπλοῦς ὁ ἄνθρωπος. Ὅπως οὖν ἐκ τῶν μελῶν σου προσφέρῃς αὐτῷ, καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν ἰδίων ὁμοία μελῶν συγκρινᾷ τῇ ψυχῇ σου, ἵνα ἡς πάντα καθαρῶς ποιῶν, καὶ ἀγαπῶν, καὶ προσευχόμενος· *μεγάλου γὰρ ἀξιώματός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος*· Ἔδε πόσος ἐστὶν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη, καὶ οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς ὁ Κύριος, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ μόνῳ, ἐπαναπαύεσθαι. Τιμώτερος οὖν ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος ὑπὲρ πάντα τὰ δημιουργήματα, τάχα δὲ τολμήσῃ λέγειν, ὅτι μὴ μόνον τῶν ὀρατῶν δημιουργημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀοράτων, ἤτοι τῶν λειτουργικῶν πνευμάτων. Οὐ γὰρ περὶ Μιχαὴλ καὶ Γαβριὴλ, τῶν ἀρχαγγέλων εἶπεν, ὅτι *Ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν*·

A vare, **58** et acervos accumulare, ne paupertatis jugo premantur. Hoc modo inter Christianos contingit, ut quis degustet gratiam Dei : *Gustate enim, inquit, et videte quoniam suavis est Dominus* ⁵⁹. Est autem gustatio hæc virtus Spiritus in plenitudine fidei operans, quæ in corde ministrat. Quotquot enim filii sunt lucis, et ministerii novi testamenti per Spiritum sanctum, hi ab hominibus nihil discunt : edocti enim a Deo sunt. Ipsa enim gratia inscribit in cordibus illorum leges Spiritus. Non igitur debent in Scripturis, atramento solum descriptis, plenam fiduciæ spem ponere ; verum etiam in tabulis cordis gratia divina inscribit leges Spiritus et cœlestia mysteria. Cor enim dirigit ac gubernat universa corporis organa. Ac si pascua cordis gratia obtinuerit, dominatur omnibus membris ac cogitationibus. Illic enim mens hæret, et omnes cogitationes animæ ejusque fiducia. Quapropter penetrat etiam gratia in universa corporis membra.

XXI. Sic e contrario quotquot sunt filii tenebrarum, eorum cordi imperat peccatum, ac penetrat omnia membra : *Ex corde enim exeunt cogitationes malæ* ⁶⁰ : et ita diffusum tenebris offundit hominem. Qui vero asserunt, vitium nequaquam cum homine foveri et crescere, illi neque de crastino solliciti sunt, nec concupiscentia ducuntur. Certo enim tempore cessavit illos molestia afficere vitium, quamdam concupiscentiam suggerendo, ut jurejurando confirmare non vereatur homo, non ultra in se assurgere talem affectionem ; at non ita multo post uritur concupiscentia, ut vel in eo perjurus deprehendatur. Perinde enim ut per fistulam transit aqua, sic quoque per cor et cogitationes peccatum. Quicumque vero hæc negant, a peccato ipso, triumphum acturo, arguuntur et illuduntur. Conatur enim malitia latere et delitescere in mente hominis.

XXII. Si igitur quispiam Deum diligit, Deus quoque cum eo commiscet suam dilectionem. Et cum semel crediderit in eum, addit illi Deus cœlestem fidem, et ita evadit homo duplex. Ut igitur ex membris tuis Deo offeras, ille ipse ex propriis similia membrorum permiscet cum anima tua, ut omnia sincere ac pure peragere, diligere atque precari possis. Summæ enim dignitatis est homo. Vide quantum sit cœlum, terra, sol et luna : nec tamen placuit in iis Domino, sed in solo homine requiescere. Præstantior ergo est homo omnibus creaturis, et forsitan dicere non verebor, non tantum aspectabilibus creaturis, verum etiam invisilibus, nempe ministratoriis spiritibus. Non enim de Michaelae aut Gabriele, archangelis, Deus dixit : *Faciamus ad imaginem et similitudinem nostram* ⁶¹, sed de substantia intellectiva hominis, immortalis,

⁵⁹ Psal. xxxiii, 9. ⁶⁰ Matth. xv, 19. ⁶¹ Gen. i, 26.

inquam, anima. Scriptum enim est, esse ordines angelorum in circuitu timentium eum⁴⁴. Creaturae autem visibiles natura quadam immutabili praeditae sunt.

XXIII. Caelum semel ordinatum est, sol, luna et terra, nec tamen acquievit in iis Dominus, neque aliter ac creata sunt, converti possunt, neque habent voluntatem. Tu vero propterea es ad imaginem et similitudinem Dei factus, quia quemadmodum Deus sui juris est, et quod vult facit: quando ei ita visum est, pro potestate et jure suo mittit justos in gehennam, ac peccatores in regnum, **59** quamvis hoc minime velit, nec placeat ei; justus enim est Dominus: sic quoque tu tui juris es, et si velis perire, mutabilis naturae. Si libeat blasphemias effundere, venena conficere aut interficere aliquem, nemo tibi reluctatur aut prohibet te. Si velit quis, morem gerit Deo, et ingreditur viam justitiae, ac vincit concupiscentias. Mens enim hujusmodi, quae resistit ac repugnat, potest superare, obfirmata ratione, impetus vitiorum et obscenas concupiscentias.

XXIV. Si enim in domo ampla, in qua sunt vasa aurea, auro tecta, et argentea, varii generis vestimenta, aurum atque argentum, adolescentes et juvenulae, quae ibi versantur, cohibent animum suum (quamvis natura propter inhabitans peccatum omnia concupiscat), et quia metuunt more hominum dominos, reprimunt impetus concupiscentiae: quanto magis, ubi viget timor Dei, reluctari atque reniti mens debet inhærenti pravitati? Quae enim possibilia tibi sunt, praecipit Deus. Animalium quidem ratione destitutorum natura vincita est, velut natura serpentis est amara ac venenum emittens: universi igitur serpentes sunt ejusmodi. Lupus rapax esse consuevit: omnes ergo lupi sunt ejusdem naturae. Agnus, qui simplex est, obnoxius est rapinae: omnes ergo agni sunt ejusdem naturae. Columba simplex est ac sincera: omnes ergo columbae sunt ejusdem naturae. Homo vero non ita se habet. Quidam enim est lupus rapax, et quidam velut agnus rapinae patet, et ex eodem genere humano utrumque oritur.

XXV. Est qui non contentus uxore sua, scortatur: est quoque alius, qui ne concupiscentiam quidem in corde suo excitari permittit. Est qui bona proximi diripit: est quoque alius, qui pietatis cultu motus, sua bona distribuit. Vides quam mutabilis sit ipsa natura, tam ad vitia propendens, quam e diverso ad honestum; et secundum utramque proprietatem apta declinare ad quascunque libuerit actiones. Capax igitur est natura tum boni tum mali, sive divinae gratiae, sive adversariae potestatis: necessitati tamen subjici nequit; quandoquidem ab initio Adam in puritate cum viveret, dominabatur cogitationibus suis; verum ex quo

⁴⁴ Psal. xxxiv, 8.

ἀλλὰ περὶ τῆς νοερᾶς οὐσίας τοῦ ἀνθρώπου, τῆς ἀθανάτου λέγω ψυχῆς. Καὶ γὰρ γέγραπται, οὐκ ἔστιν ἀθανάτου ἀγγέλων κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτόν. Τὰ μὲν οὖν κτίσματα τὰ φαινόμενα, φύσει τινὲ ἀμεταβλήτως δέδεται.

ΚΓ'. Ὁ οὐρανὸς ἅπασι τέτακται, ὁ ἥλιος, ἡ σελήνη, ἡ γῆ, καὶ οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς ὁ Κύριος· ἀλλ' οὐδὲ παρ' ὃ ἐκτίσθησαν μετατραπῆναι δύνανται, οὔτε ἔχουσι θέλημα. Σὺ δὲ διὰ τοῦτο εἰ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ, ἐπειδὴ ὡσπερ ὁ Θεὸς αὐτεξούσιος ἐστὶ, καὶ ὁ θέλει ποιεῖ· ἐὰν θέλῃ, κατὰ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ πέμψῃ τοὺς δικαίους εἰς γένναν, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς εἰς βασιλείαν· ἀλλ' οὐχ αἰρείται, οὐδὲ καταδέχεται τοῦτο· δικαιοκρίτης γὰρ ἐστὶν ὁ Κύριος· οὕτως καὶ σὺ αὐτεξούσιος εἶ, καὶ ἐὰν θέλῃς ἀπολλέσθαι, τρεπτῆς φύσεως εἶ· εἰ θέλεις βλασφημῆσαι, ποιῆσαι φάρμακα, καὶ ἀποκτείνειν τινα, οὐδεὶς σοὶ ἀντίκειται ἢ κωλύει σε. Εἰ θέλει τις, ὑποτάσσεται τῷ Θεῷ, καὶ διουδεύει τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, καὶ κρατεῖ τῶν ἐπιθυμιῶν. Ὁ γὰρ νοῦς οὗτος ἀντίπαλός ἐστιν, ἐπικρατεῖν δυνάμενος ἐβρωμένῳ λογισμῷ τὰς τῆς κακίας ὁρμὰς καὶ ἐπιθυμίας αἰσχροῦς.

ΚΔ'. Εἰ γὰρ ἐν οἰκίᾳ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶ χρυσῶματα, χρυσόφορα, καὶ ἀργυρώματα, καὶ ἐσθῆς διάφορος, χρυσός τε καὶ ἀργυρός, νεανίσκοι καὶ νεάνιδες διατρέχοντες ἄγχοισι τὸν ἑαυτῶν νοῦν· εἰ καὶ ἡ φύσις διὰ τὴν σύνοικον ἁμαρτίαν πάντων ἐπιθυμεῖ· καὶ διὰ τὸν ἀνθρώπινον φόβον τῶν δεσποτῶν, ἐπέχουσι τὰς ὁρμὰς τῶν ἐπιθυμιῶν· πόσῳ μᾶλλον, ὅπου ἐστὶ φόβος Θεοῦ, ἀντιμάχεσθαι καὶ ἀντιπράττειν ὁ νοῦς ὀφείλει τῇ συνούσῃ κακίᾳ; Τὰ γὰρ δυνατὰ σοὶ προσέταξεν ὁ Θεός. Ἡ μὲν οὖν τῶν ἀλόγων ζώων φύσις δετὴ ἐστὶν, ὅσον ἡ τοῦ ὄφως φύσις πικρὰ ἐστὶ καὶ ἰοδόλος· ὄλοι οὖν οἱ ὄφεις τοιοῦτοί εἰσιν. Ὁ λύκος ἀρπάζει, εἰσθεῖν· ὄλοι οἱ λύκοι τῆς αὐτῆς εἰσι φύσεως. Τὸ ἀρνίον ἀφελὲς ὄν ἀρπάσσεται· ὅλα τὰ ἀρνία τῆς αὐτῆς εἰσι φύσεως. Ἡ περιστέρα ἄδολός ἐστὶ καὶ ἀκέραιος· ὄλοι αἱ περιστέρας τῆς αὐτῆς εἰσι φύσεως. Ὁ δὲ ἄνθρωπος οὐχ οὕτως ἐστίν. Εἷς ἐστὶν ὁ λύκος ἀρπάζων, καὶ εἷς ἐστὶν ὡς ἀρνίον ἀρπαζόμενος· ἐκ τοῦ γένους τῆς ἀνθρωπότητος· ἀμφοτέρω γενήσεται.

ΚΕ'. Ἔστι τις μὴ ἀρκούμενος τῇ ἰδίᾳ γυναίκῃ, ἀλλὰ καὶ πορνεύων· καὶ ἐστὶν ἄλλος, ὅστις οὐκ εἰς οὐδὲ ἐπιθυμίαν ἀνελθεῖν ἐπὶ τὴν καρδίαν αἰτοῦ. Ἔστι τις διαρπάζων τὰ τοῦ πλησίον· καὶ ἐστὶν ἄλλος διὰ θεοσεβείαν καὶ τὰ ἴδια διαδιδούς. Ὅρξ πῶς τρεπτὴ ἐστὶν αὐτὴ ἡ φύσις· ἐστὶν ἐπὶ τὸ κακὸν βέπουσα, καὶ ἐστὶν ἐπὶ τὸ καλὸν αὐθις· καὶ δι' ἄμφοτέρων ἐπιτηδεύει εἶναι νεύσαι πρὸς ὃς βούλεται πράξει· δεκτικὴ οὖν ἡ φύσις τοῦ καλοῦ τε καὶ τοῦ κακοῦ, ἦτοι θείας χάριτος, ἦτοι ἐναντίας δυνάμεως, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαστικῆ· ἐπειδὴ τὸ πρὶν αὐτὸς ὁ ἄδμ ἐν καθαρότητι ὢν, ἐθασλευε τῶν λογισμῶν αὐτοῦ· ἀφ' οὗ δὲ παρέβη τὴν ἐντολήν, ὄρη δυσβάστακτα

ἐπίκεινται τῷ νῷ αὐτοῦ. Καὶ οἱ τῆς κακίας λογισμοὶ παραμιγνέσθαι, ὅλοι ὡς ἰδιοῦ αὐτοῦ ἐγένοντο, καὶ οὐδὲ εἰς αὐτοῦ ἰδιός ἐστιν, ἐπειδὴ κατέχονται ὑπὸ τῆς κακίας.

KΓ'. Λοιπὸν ὄφελεις ζητῆσαι λύχνον, ἵνα ἀφθῇ καὶ εὐρησῇ τοὺς καθαροὺς λογισμοὺς. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ φυσικοὶ, οὓς ἐποίησεν ὁ Κύριος. Οἱ ἀνατραφέντες εἰς θάλασσαν, ἔμαθον κολυμβῆν, καὶ ὅταν ἐπαναστάσῃ κλύδωνες καὶ κύματα, οὐ ξενίζονται. Οὕτως εἰσιν οἱ Χριστιανοί. Ὅσπερ νοῦς τριτοῦ παιδίου οὐ δύναται χωρῆσαι ἢ καταλαβεῖν νοῦν τελείου σοφιστοῦ, ἐπειδὴ περ ἐν μέσῳ παρῆλθε πολὺς τις χρόνος· οὕτω καὶ οἱ Χριστιανοὶ ὡς βρέφη νήπια τὸν κόσμον κατανοοῦσιν, ἀφορῶντες εἰς τὸ μέτρον τῆς χάριτος· ξένοι γάρ εἰσι τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἡ δὲ πόλις αὐτῶν καὶ ἡ ἀνάπαυσις ἄλλη ἐστίν· ἔχουσι γάρ οἱ Χριστιανοὶ τὴν παράκλησιν τοῦ Πνεύματος, δάκρυα, καὶ πένθος, καὶ στεναγμὸν, καὶ αὐτὰ τὰ δάκρυα τρυφῆ αὐτοῖς ἐστίν. Ἐχουσι δὲ καὶ φόβον ἐν χαρᾷ καὶ ἀγαλλιάσει· καὶ οὕτως εἰσιν ὡς ἀνθρώπων βασιλεύοντες εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν τὸ αἷμα αὐτῶν, μὴ θαρρόυντες ἑαυτοῖς, ἢ αἰόμενοι τι εἶναι, ἀλλ' ὄντες ἐξουθενούμενοι καὶ ἀποδοκιμασμένοι παρὰ πάντας ἀνθρώπους.

KZ'. Ὅσπερ ἐάν τις βασιλεὺς, καὶ πτωχῷ τινὶ παραθήσῃ τὸν ἑαυτοῦ θησαυρὸν, ὁ παραλαβὼν φυλάξαι, οὐκ ἔχει αὐτὸν ὡς ἴδιον, ἀλλ' ὁμολογεῖ πάντοτε τὴν πτωχείαν αὐτοῦ, μὴ τοιμῶν διασκορπίσαι ἐκ τοῦ ἀλλοτρίου θησαυροῦ· τοῦτο γὰρ ἐνθυμεῖται πάντοτε, ὡς οὐ μόνον ἀλλότριός ἐστιν ὁ θησαυρὸς, ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς συνάσθησεν παρέθετό μοι αὐτὸν, καὶ ὅταν θέλῃ λαμβάνει αὐτὸν ἀπ' ἐμοῦ· οὕτως ἑαυτοῦς ὀφείλουσιν ἡγεῖσθαι καὶ οἱ ἔχοντες τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, ταπεινοφρονεῖν καὶ ὁμολογεῖν τὴν πτωχείαν αὐτῶν. Ὅσπερ γάρ ὁ πτωχὸς ὁ λαβὼν τὴν παραθήκην τοῦ θησαυροῦ παρὰ τοῦ βασιλέως, ἐάν πεποιθῶς ἐπὶ τῷ ἀλλοτρίῳ θησαυρῷ, ὡς ἴδιον πλοῦτος ἐπαρθῇ, καὶ τύφον λάβῃ ἢ καρδίαν αὐτοῦ, αἶρει ἀπ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ, καὶ μένει ὁ ἐσχηκὼς αὐτὸν ἐν παρακαταθήκῃ, οἷος ἦν πρὸ τούτου πτωχός· οὕτως καὶ οἱ ἔχοντες τὴν χάριν, ἐάν ἐπαρθῶσι καὶ τύφον λάβωσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν, αἶρει ἀπ' αὐτῶν ὁ Κύριος τὴν χάριν αὐτοῦ, καὶ μένουσι τοιοῦτοι, οἷοι ἦσαν πρὸ τοῦ λαβεῖν τὴν χάριν παρὰ τοῦ Κυρίου.

KH'. Ἀλλὰ πολλοὶ καίτοι συνούσης τῆς χάριτος, κλεπτόμενοι ὑπὸ τῆς ἀμαρτίας οὐκ οἴδασιν. Ὅσπερ ἐάν τις νεώτερος ἐν οἴκῳ τινα, ὁμοίως καὶ νεώτερος· καὶ λοιπὸν κολακισμένη ὑπ' ἐκείνου αὐτῆ συνθῆται αὐτῷ, μοιχᾶται, καὶ ἀπόδητος γίνεται· οὕτω καὶ ὁ δευτέρος ὕψις τῆς ἀμαρτίας σύνεσι τῇ ψυχῇ γαργαραζῶν καὶ προτρεπόμενος· καὶ ἐάν συνθῆται, κοινωνεῖ ἢ ἀσωματὸς ψυχῇ τῇ ἀσωμάτῳ κακίᾳ τοῦ πνεύματος, τουτέστι, πνεῦμα πνεύματι κοινωνεῖ, καὶ μοιχεύει ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὁ συντιθέμενος καὶ καταδεχόμενος τὸν λογισμὸν τοῦ πονηροῦ. Τὸ οὖν μέτρον τοῦ ἀγῶνός σου τοῦτο ἐστίν, ἵνα μὴ μοιχεύσῃς ἐν τοῖς λογισμοῖς· ἀλλ' ἵνα ἀντιστῇς τῷ νῷ, καὶ ἔσωθῃς ποιήσῃς πόλεμον καὶ ἀγῶνα, καὶ μὴ ὑπακούσῃς, μηδὲ συνδυνθῇς τῇ κα-

A transgressus est mandatum, gravissimi montes ejus incumbunt animo. Ac pravæ cogitationes permixtæ, omnino factæ sunt velut ejus propriæ, nec tamen ulla ipsius propria est, quia possidentur a vitiiis.

XXVI. Debes igitur quærere lucernam, qua accensa reperias puras cogitationes. Illæ enim sunt naturales, quas fecit Dominus; quæ quidem enutritæ in mari didicerunt natæ: nec, si quando assurrexerint tempestates ac fluctus, stupescunt. Sicque sunt Christiani. Velut mens pueri trimi, quæ non potest assequi aut comprehendere mentem perfecti sophistæ, quia interfluxit multum temporis, sic quoque Christiani perinde ac infantes mundum despiciunt, intuentes gradum gratiæ. Hospites enim sunt hujus sæculi. Civitas autem illorum et requies est alia. Habent enim Christiani consolationem Spiritus, lacrymas, luctum et planctum: et ipsæ lacrymæ sunt illis vice deliciarum. Habent quoque metum cum gaudio et exultatione: sicque sunt velut homines gestantes in manibus sanguinem suum, non nimium sibi ipsis confidentes, aut existimantes se aliquid esse, sed sunt neglecti, contempti ac reprobatī apud omnes homines.

XXVII. **60** Quemadmodum si rex apud pauperem quemdam deponat suum thesaurum, is qui accepit ad custodiendum, non reputat illum ut suum, sed ubique fatetur paupertatem suam, non audens dilapidare aliquid ex alieno thesauro: hoc semper in animo versans, non esse solum alienum thesaurum, sed etiam regem virum summæ potentiæ eum deposuisse apud se, ac, quando ei visum sit, a se reposcere: eosdem debent se reputare, qui gratiam divinam consecuti sunt, demisse ac humiliter de se sentire, ac confiteri inopiam suam. Perinde enim ac si pauper, qui thesaurum a rege depositum accepit, alieno thesauro fretus velut suis opibus efferatur, ac cor ejus altos sumat spiritus, aufert ab eo rex thesaurum suum, ac permanet ille, qui depositi loco eum acceperat, qualis erat antea, pauper: sic quoque, qui gratiam consecuti sunt, si extollantur, ac superbiam concipiunt eorum corda, aufert ab illis Dominus gratiam suam, et remanent tales, quales erant priusquam consecuti essent gratiam a Domino.

XXVIII. Verum multi, se vel inhabitante in se gratia, a peccato clam subripi non percipiunt. Quemadmodum si sit in domo aliqua quædam juvenula, similiter et adolescens; cæterum hæc verborum illecebris ab eo devicta, illi consentit, stuprum committit, ac, quæ expellatur, meretur: sic terribilis ille serpens peccati perpetuo adest animæ! eam alliciens ac provocans, quæ si astipuletur, communicat anima incorporea cum vitio spiritus incorporeo, hoc est, spiritus cum spiritu societatem inquit, et adulterium committit in corde suo is, qui societate inita recipit cogitationem nequissimam. Modus ergo certaminis tui hic est, ne adulterium committas in cogitationibus tuis, sed ut relucteris,

et internum bellum ac uignam suscipias, nec mo-
rem geras, neve delecteris a nequitia in cogitatio-
nibus. Quam animi promptitudinem si Dominus in
te deprehendat, in novissimo die recipiet te in re-
gnum cœlorum.

XXIX. Sunt enim quædam, quæ ita moderatur
Dominus, ne nullum testimonium gratiæ diviniæ et
vocationis suæ ediderit : sunt item et alia, quæ ita
permittendo administrat Deus, ut probetur et
exerceatur homo, ac pateat liberum voluntatis
humanæ arbitrium. Afflictionibus enim ac tenta-
tionibus oppressi, si sustinuerint, non excidunt
regno cœlorum. Christiani ergo in rebus asperis
nullo nec dolore nec tristitia afficiuntur. Si inopia
aut contumelia explorantur, non debent admira-
tione affici ; potius paupertate delectari, ac pro di-
vitiis habere, jejunium pro deliciis, ignominiam
pro gloria. Ex adverso si inciderint in res in hac
vita præclaras, quæ eos allectant ad quietem car-
nalem, ad divitias, ad gloriam, aut ad delicias,
omnino non his delectari debent, sed velut ab igni
auferrere.

XXX. Idem oculis subjiciamus : si gens aliqua
exigua moveatur ad bellum regi inferendum, non
valde sollicitus est ipse in eo conficiendo, sed mit-
tit milites cum ducibus, qui bellum gerant. Si vero
gens mota non sit exigui numeri, quæ nempe possit
evertere regnum ejus, cogitur ipse rex cum do-
mesticis et exercitu suo in bellum procedere, atque
collectis copiis bellum profigare. Respice ergo
dignitatem tuam, nempe, Deum exsurrexisse cum
suo exercitu⁹², angelorum, inquam, et sanctorum **SI**
spirituum, ut ea, quæ ad se spectat, legatione ipse
perfunctus te redimeret a morte. Obfirma igitur te
ipsum, ac cogita, quanta providentia tui gratia
facta sit ! Cæterum utimur exemplo e vita humana
petito tanquam in vita adhuc existentes. Perinde
ac si rex incidat in quemdam pauperem, infirmitate
affectum, nec erubescat salubribus medicamentis
ejus curare vulnera, et eum in palatium suum illa-
tum induat purpura ac diademate, atque partici-
pem faciat mensæ suæ : sic cœlestis rex Christus
accedens ad hominem graviter affectum, sanavit
eum atque socium fecit regni mensæ suæ ; et hoc
quidem nulla vi ejus voluntatem compellens, sed
alliciens in tantam dignitatem eum constituit.

XXXI. Scriptum enim est in Evangelio : *Domini-
num dimisisse servos ad vocandum eos, qui volunt
venire, denuntians illis, Prandium meum paratum
est. Qui vero vocati erant excusarunt se, dicentes,
alter quidem. Ego, inquit, juga boum ; alius, Uxorem
duxi* ⁹³. Vides paratum fuisse qui vocavit, vocatos
vero renuisse. Profecto hi sui ipsius rei facti sunt.
Tanta est igitur dignitas Christianorum. Perpende,
Dominum præparasse illis regnum, et vocasse il-

αία ἐν τοῖς λογισμοῖς· καὶ ἐὰν ταύτην τὴν ἐτοιμα-
σίαν εὕρῃ ὁ Κύριος ἐν σοὶ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ πα-
ραλαμβάνει σε ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ.

KΘ. ἔστι γάρ τινα πράγματα, ἃ οἰκονομεῖ ὁ
Κύριος ἵνα μὴ ἀμάρτυρον ἑαυτὸν ποιῆσθαι τῆς θείας
χάριτος καὶ τῆς κλήσεως αὐτοῦ· καὶ ἐστὶ τινὰ πρά-
γματα, ἃ οὕτως οἰκονομεῖ κατὰ παραχώρησιν, ἵνα ἀποδειχθῆ
τὸ αὐτεξούσιον τοῦ ἀνθρώπου. Οἱ γὰρ ἐν θλίψεσι καὶ
πειρασμοῖς ὄντες, ἐὰν ὑπομείνωσιν, οὐκ ἀποτυγχά-
νουσι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. Οἱ οὖν Χριστιανὲ
ἐν τοῖς θλιβεροῖς πράγμασιν οὐκ ἀχθονται ἢ λυποῦν-
ται· ἐὰν ἐν πενίᾳ ἢ κακουρχίᾳ ἐξετασθῶσιν, οὐκ
ὀφείλουσι ξενίζεσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον συνηθύνεσθαι τῇ
πτωχείᾳ, καὶ ἠγεῖσθαι ἀντὶ πλοῦτου, τὴν νηστείαν
ἀντὶ τρυφῆς, τὴν ἀτιμίαν καὶ ἀδοξίαν ἀντὶ δόξης·
πάνιν δὲ, ἐὰν ἐμπέσωσιν εἰς πράγματα ἐνδοξα τῷ
βίῳ τούτῳ, ἅπερ προτρέπεται αὐτοὺς εἰς ἀνάγκασιν
σαρκικῆν, ἢ πλοῦτον, ἢ δόξαν, ἢ τρυφήν, ὀφείλουσι
μὴ συνήδεσθαι τούτοις, ἀλλ' ἀποφεύγειν ὡς ἀπὸ
πυρός.

Λ'. Εἰς το φαίνωμενον· ὄνος ἐὰν ἐλάχιστον ἐπι-
νηθῆ τῷ βασιλεὶ πρὸς πόλεμον, οὐ κάμνει πολεμῶν
αὐτὸς, ἀλλ' ἀποστέλλει στρατιώτας μετὰ τῶν ἀρχόν-
των αὐτῶν, καὶ ποιοῦνται τὸν πόλεμον. Ἐὰν δὲ ἔθνος
μέγιστον ἦ τὸ ἐπινηθὲν, δυνάμενον ἐμπορθῆσαι τὴν
βασιλείαν αὐτοῦ, ἀναγκάζεται αὐτὸς ὁ βασιλεὺς σὺν
τοῖς ἐν τῷ παλατίῳ καὶ τοῖς στρατοπέδοις αὐτοῦ
ἀπελθεῖν συγκροτῆσαι τὴν πόλεμον. Βλέπε οὖν σου τὸ
ἀξίωμα, ὅτι ὁ Θεὸς ἐκινήθη μετὰ τοῦ Ἰησοῦ στρατο-
πέδου, τῶν ἀγγέλων λόγῳ καὶ τῶν ἁγίων πνευμά-
των, εἰς τὴν πρεσβείαν δι' ἑαυτοῦ ἔλθῶν, ἵνα σε
λυτρώσῃται ἐκ τοῦ θανάτου. Ἀσφάλισαι οὖν σεαυτὸν,
καὶ ἐνοθήθητι οἷα πρόνοια διὰ σὲ γεγένηται. Ὑπο-
δείγματι δὲ βιωτικῶ κεκρήμεθα, ὡς ἐν βίῳ. Ὁσπερ
ἂν ἦ βασιλεὺς, καὶ εὕρῃ τινὰ ἐνδεῆ, καὶ ἔχοντα
πάθη, καὶ μὴ ἐπαισχυνθῆ αὐτὸν, ἀλλὰ φαρμάκῳ
ιαματικῶς θεραπεύσῃ αὐτοῦ τὰ τραύματα, καὶ
ἀπενέγκῃ αὐτὸν εἰς τὸ ἑαυτοῦ παλάτιον, καὶ ἐν-
δόσῃ αὐτὸν τὴν πορφύριδα καὶ τὸ διάδημα, καὶ
ποίησθαι αὐτὸν κοινωνὸν τῆς τραπέζης αὐτοῦ· οὕτως
καὶ ὁ ἐπουράνιος βασιλεὺς Χριστὸς, ἔλθῶν πρὸς τὸν
ἄνθρωπον ἔχοντα πάθη ἴασατο, καὶ ἐποίησε κοινωνὸν
τῆς βασιλικῆς αὐτοῦ τραπέζης· καὶ τοῦτο οὐ βια-
σάμενος τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀλλὰ προτρέψάμενος αὐ-
τὸν εἰς τὴν τοιαύτην ἴσθησι τιμῆν.

ΛΑ'. Καὶ γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται, ὅτι
Ἄπεστειλε τοὺς ἑαυτοῦ δούλους ὁ κύριος, καλῶν
τοὺς θέλωτας, δηλώσας αὐτοῖς, ὅτι τὸ ἀριστόν
μου ἡτοίμασται· αὐτοὶ δὲ οἱ κεκλημένοι παρετή-
σαντο λέγοντες, ὅς μὲν, Ἡγόρμισα, φησὶ, Λεύκη
βοῶν· ἄλλος, Γυναικα ἡρμούσαμην. Ὁρᾷς ὅτι ὁ
κλήτωρ ἐτοιμος, οἱ δὲ κληθέντες ἀντεῖπον. Ἄρα αὐ-
τοὶ ἑαυτῶν αἴτιοι γεγόνασι. Τοσοῦτον οὖν ἐστὶ τὸ
ἀξίωμα τῶν Χριστιανῶν. Βλέπε ὅτι ὁ Κύριος ἡτοί-

⁹² Psal. xxxiv, 8. ⁹³ Luc. xiv, 18-20; Matth. xxii, 4.

μασεν αὐτοῖς τὴν βασιλείαν, καὶ καλεῖ αὐτοὺς εἰσελθεῖν, αὐτοὶ δὲ οὐ θέλουσι. Πρὸς τὸ δόγμα οὖν ὁ μέλλουσι κληρονομεῖν, τοῦτο ἄντις ὀρθῶς εἶποι, Εἰ ἕκαστος ἀφ' οὐ ἐκτίσθη ὁ Ἀδάμ, ἕως τῆς συντελείας τοῦ κόσμου, ἐπολέμει πρὸς τὸν Σατανάν, καὶ ὑπέμεινε τὰς θλίψεις, οὐδὲν μέγα ἐποίησε πρὸς τὴν δόξαν ἣν μέλλει κληρονομεῖν. Συμβασιλεύσει γὰρ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας μετὰ Χριστοῦ. Δόξα τῷ ἑστώς ἀγάπησαντι τὴν τοιαύτην ψυχὴν, ὅτι αὐτὸν αὐτὸς καὶ τὴν χάριν αὐτοῦ ἔδωκε, καὶ ἐνεπίστευσε τῇ ψυχῇ. Δόξα τῇ μεγαλωσύνῃ αὐτοῦ.

ΑΒ'. Κατὰ τὰ φαινόμενα πράγματα, ἰδοὺ πάντες οἱ καθεζόμενοι ἀδελφοὶ μίαν εἰκόνα ἔχομεν, καὶ ἐν πρόσωπον τοῦ Ἀδάμ· ἄρα καὶ εἰς τὸ κρυπτόν, καὶ εἰς τὰ ἐνδότεα πράγματα, μία ἐστὶν ἡ προαίρεσις πάντων; καὶ μία καρδία; πάντες ἄρα ἐν ἔσμεν, ἀγαθοὶ καὶ θεοσεβεῖς. Ἡ ἄρα εἰσὶ τινες ἐξ ἡμῶν, ὅτι οἱ μὲν κοινωνοῦσι Χριστῷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, οἱ δὲ τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς δαίμοσι· καὶ ὅλοι ὡς εἰς φαινόμενοι ὁμοῦ καθεζόμεθα· ἐν πρόσωπον τοῦ Ἀδάμ πάντες ἔχομεν. Ὅρᾳς πῶς ἄλλοτε ἐστὶν ἡ νοερά οὐσίτι, ὁ ἔσω ἄνθρωπος, παρὰ τὸν ἔσω; ὅτι εἰς φαινόμεθα οἱ πάντες· καὶ οἱ μὲν μετὰ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων εἰσὶν· οἱ δὲ μετὰ τοῦ Σατανᾷ καὶ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων. Εἰ οὖν ἡ καρδία βᾶθος τι ἔχει ἀπεράντον, ἐκεῖ εἰσι τρίκλινοι, καὶ κοιτῶνες, θύραι, καὶ πρόθυρα, καὶ διακονίαι πολλαί, καὶ διέξοδοι. Ἐκεῖ ἐστὶ τὸ ἐργαστήριον τῆς δικαιοσύνης, καὶ ἀδικίας· ἐκεῖ ὁ θάνατος· ἐκεῖ ἐστὶν ἡ ζωὴ· ἐκεῖ ἐστὶν ἡ ἀγαθὴ ἐμπορία, καὶ ἡ ἐναντία.

ΑΓ'. Ὡσπερ ἐὰν ἡ παλάτιον μέγιστον, καὶ τοῦτο ἐρημωθῆ, καὶ πληρωθῆ πάσης δυσωδίας, καὶ νεκρῶν πᾶλλων· οὕτω καὶ τὸ παλάτιον τοῦ Χριστοῦ ἡ καρδία ἐστὶ, καὶ γέμει πάσης ἀκαθαρσίας, καὶ ὄχλων πολλῶν πονηρῶν πνευμάτων. Χρῆ οὖν τοῦτο ἀνακτισθῆναι, καὶ ἀνοικοδομηθῆναι, καὶ εὐεραπεισθῆναι τὰ ταμεία, καὶ τὰ κουβούκλαια. Ἐκεῖ γὰρ ὁ βασιλεὺς Χριστὸς μετὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἁγίων πνευμάτων ἐρχεται ἐπαναπαῖναι, καὶ οἰκῆσαι, καὶ ἐμπεριπατῆσαι, καὶ θεῖναι τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν. Λέγω δὲ, ὡσπερ ἐὰν ἡ πλοῖον ἔχον πολλὴν κατασκευὴν, ἐκεῖ ὁ κυβερνήτης διοικεῖ τοὺς πάντας, καὶ οἰκονομεῖ, τοῖς μὲν ἐπιπλήττων, ἄλλους δὲ ὀδηγῶν· οὕτως ἐστὶ καὶ ἡ καρδία ἔχουσα τὸν νοῦν κυβερνήτην, τὴν συνείδησιν ἐλέγχουσαν, λογισμοὺς κατηγοροῦντας καὶ ἀπολογουμένους· λέγει γάρ· *Μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγοροῦντων, ἡ καὶ ἀπολογουμένων.*

ΑΔ'. Ὅρᾳς ὅτι ἡ συνείδησις οὐ συγκρίνει τοὺς τοιοῦτους λογισμοὺς τοὺς ὑπακούοντας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀλλ' εὐθύς ἐλέγχει. Οὐ ψεύδεται γάρ, ἐπιτελεῖ εἰς τὸ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, μαρτύρεται, ὡς πάντοτε ἐλέγχουσα. Ὡσπερ ἐὰν ἡ ἄρμα καὶ ἡνίαι, τὰ ζῶα, καὶ πᾶσα ἡ κατασκευὴ ὑπὸ ἑνα ἡνιόχον ἐστὶ, λοιπὸν, ὅτε θέλει ἐκεῖνος, ὀξυτάτη ὄρμη φέρεται ὑπὸ τοῦ ἄρματος· ὅτε δὲ θέλει, ἐπέχει αὐ-

A los ad ingrediendum, ipsos vero noluisse. De munere ergo, quod Christiani hæreditario jure possessuri sunt, recte hoc quis dicere possit : Si quisque, ex quo creatus est Adam, usque ad consummationem mundi, dimicaret contra Satanam, et sustineret afflictiones, nihil magni perageret respectu gloriæ, quam consecuturus est. Regnabit enim in infinita sæcula una cum Christo. Gloria sit illi, qui tanto persecutus est amore talem animam, ut se ipsum ac suam gratiam contulerit ac crediderit animæ. Gloria sit magnificentiæ ejus.

XXXII. Secundum ea, quæ oculis patent, ecce nos omnes fratres, qui sedemus, una sumus præditi imagine, atque una facie Adæ. Estne ergo etiam in secretis et intimis rebus, una omnium voluntas? unum cor? omnes ergo unum erimus. Boni et religiosi : an utique quidam ex nobis sunt, qui societatem inierunt cum Christo ejusque angelis; reliqui vero cum Satana et dæmonibus utcumque omnes velut unus videamur sedere? unam quippe faciem Adæ gestamus. Videsne, quomodo aliud quidpiam sit substantia intellectiva, interior videlicet homo, quam exterior? omnes enim tanquam unus esse videmur. Et hi quidem cum Christo et angelis ejus sunt, illi vero cum Satana et immundis spiritibus. Cum ergo cor profunditatem infinitam habeat, ibi sunt triclinia, cubacula, fores, vestibula, ministeria multa et exitus : ibi est officina justitiæ, atque injustitiæ : ibi mors, ibique vita : ibi bona negotiatio et contraria.

XXXIII. Quemadmodum si palatium sit amplum, ac deseratur illud, et omnis generis graveolentia repleatur, ac cadaveribus multis ; sic quoque cor quod palatium Christi est, abundat omnimoda impuritate et plurimis turbis pravorum spirituum. Oportet igitur id restaurari, et reædificari, ac præparari conclavia et cubacula. Illuc enim rex Christus cum angelis et spiritibus sanctis venit, ut ibi requiescat, habitet et inambulet, atque colloquet regnum suum. Dico autem, perinde ac si navis multo apparatu instructa sit, in qua gubernator regat et moderetur omnes, hos quidem objurgans, illos vero dirigens : eodem modo se habet cor, pro gubernatore habens mentem, conscientiam arguentem, cogitationes accusantes ac defendentes : inquit enim : *Cogitationibus inter se invicem accusantibus et defendentibus* 45.

XXXIV. Vides conscientiam non approbare hujusmodi cogitationes, quæ peccato obtemperant, sed statim arguere. Non enim mentitur, quia quid dictura sit coram Deo in die judicii testificatur, tanquam continue reprehendens. Perinde ac si sit currus, et frena, animalia, et omnis apparatus sub uno moderatore sunt : quando ergo ei placet, velocissimo cursu vehitur a curru; quando vero ei

45 Rom. II, 15.

placet aliter, retinet illam : denuo ubi placet eum A
convertere, ibi sequitur currus ; totus igitur currus
sub potestate dirigentis est : sic quoque cor habet
multas cogitationes naturales, adhærentes sibi,
mens autem et conscientia reprehendunt et diri-
gunt cor, atque sopiunt et sedant naturales cogita-
tiones in corde scaturientes. Membra enim plura
habet anima, licet una sit.

XXXV. Ex quo enim transgressus est Adam
mandatum, accessit serpens, dominusque factus
est domus, et velut altera anima cum anima. Ait
enim Dominus : *Quicumque non renuntiaverit sibi
ipsi, et qui non oderit animam suam, non est meus
discipulus* 66. Et : *Qui diligit animam suam, perdet
eam* 67. Siquidem peccatum postquam invasit ani-
mam, membrum ejus factum est, ipsique corporeo B
homini adhæret, ac scaturiunt inde multæ atque
impuræ cogitationes in corde. Quocirca, qui facit
voluntatem animæ suæ, voluntatem cordis facit ;
quia cum illo connexa et permista est anima. Qua-
propter, qui sub jugum animam suam mittit, et qui
sibi innatisque cupiditatibus succenset, perinde se
habet, ac qui civitatem hostium suorum subjugat ;
hicque dignus habetur assequi bonam mensuram
Spiritus, atque induit virtute divina adjutus purum
hominem, seque ipso præstantior evadit. Ejusmodi
enim qui est, postea divinæ naturæ sit particeps,
et evadit filius Dei, recipiens signaculum cœlestis
in anima sua. Electi enim ejus unguuntur oleo san-
ctificante, in magna dignitate constituuntur, ac res C
evadunt.

XXXVI. Est enim homo ejusmodi naturæ, ut et
qui in profundum nequitiae demersus est et peccato
servit, converti ad bonum, et qui Spiritui sancto
devinctus, et rebus cœlestibus inebriatus est, ad
malum converti possit. Perinde ac si mulier pannis
laceris obsita, esuriens et squalida ; et quæ non
absque multo labore regiam dignitatem consecuta,
induitur porpora et corona, ac fit sponsa regis, in
memoriam sibi revocet pristinas sordes, ac in ani-
mo habeat ad pristinum statum reverti, nec tamen
in pristinam infamiam redire malit : hoc enim sto-
lidum est : ita quoque, qui *gustarunt gratiam di-
vinam, ac Spiritus participes facti sunt* 68, nisi sibi
caveant, deficiunt, ac deteriores evadunt, quam D
cum essent mundani : non, quod Deus sit mutabilis
aut imbecillæ mentis, aut quod extinguatur Spiri-
tus sanctus, verum, quod ipsi homines non con-
sentiant gratiæ, propterea avertuntur, et in infinita
peccata incurrunt. Qui enim donum illud degusta-
runt, utrumque instar comitis habent, gaudium
videlicet et consolationem, metum ac tremorem,
exultationem et luctum. Deplorant enim se ipsos
et universum Adam, quia una est hominum natura.
Et lacrymæ his vice panis sunt, et luctus vice sua-
vitatibus et requiei.

τό· πάλιν ὅπου θέλει μετατρέψαι αὐτό, ἔχει ἐπὶ
συνέρχεται· ὅλον οὖν τὸ ἄρμα ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ
ἡνιοχοῦντος κείται· οὕτως καὶ ἡ καρδία ἔχει πολ-
λοὺς λογισμοὺς φυσικοὺς, συνδεδεμένους αὐτῇ, καὶ
ὁ νοῦς ἐστὶ καὶ ἡ συνείδησις ἐπιτιμῶσα καὶ κατευ-
θύνουσα τὴν καρδίαν, καὶ διὑπνίζουσα τοὺς φυσι-
κοὺς βρούοντα ; ἐν τῇ καρδίᾳ. Μέλη γὰρ πολλὰ ἔχει
ψυχῇ, καὶν μὴ ἐστίν.

ΑΕ'. Ἀφ' οὗ γὰρ παρέβη ὁ Ἀδὰμ τὴν ἐντολήν,
ἐπεισελθὼν ὁ ὄφις δεσπότης γέγονε τοῦ οἴκου, καὶ
ὡς ψυχῇ ἑτέρα μετὰ τῆς ψυχῆς ἐστὶ. Λέγει γὰρ ὁ
Κύριος· Πᾶς ὁστις οὐκ ἀρνεῖται ἑαυτόν, καὶ οὐ
μοσεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐκ ἐστὶ μου μαθητὴς·
καὶ· Ὁ ἀγαπῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει
αὐτήν. Ἐπεὶ ἡ ἡμαρτία ἐπεισελοῦσα τῇ ψυχῇ,
μέλος αὐτῆς γέγονε, καὶ αὐτῷ τῷ σωματικῷ ἀνθρώ-
πῳ κεκώληται, καὶ βρούουσι πολλοὶ καὶ ἀκίθαρτοι
λογισμοὶ ἐν τῇ καρδίᾳ. Ὁ οὖν ποιῶν τὰ θελήματα
τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, τὰ θελήματα τῆς καρδίας ποιεῖ·
ἐπειδὴ συμπλέκεται καὶ συγκέκραται ἡ ψυχῇ. Ὁ
οὖν ὑποτάσσων τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὀργιζόμενος
ἑαυτῷ καὶ τὰς συνοῦσαις αὐτῷ ἐπιθυμίαις, οὕτως
ἐστίν, ὡς ὁ ὑποτάσσων πόλιν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ
οὗτος καταξιοῦται ἔλθειν εἰς μέτρα ἀγαθὰ Πνεύμα-
τος, καὶ ἀπολαμβάνει διὰ τῆς θείας δυνάμεως τὸν
καθαρὸν ἀνθρώπον, καὶ γίνεται ἑαυτοῦ μείζων.
Ἀποθεοῦται γὰρ λοιπὸν ὁ τοιοῦτος, καὶ γίνεται
υἱὸς Θεοῦ, λαμβάνων τὸ οὐράνιον σίγνον ἐν τῇ ψυχῇ
Ε'. Οὕτως καὶ οἱ πλοῦσοι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἔχοντες τὸν πλοῦτον τὸν ἐπουράνιον ἐν ἀληθείᾳ, καὶ κοινωνίαν Πνεύματος ἐν αὐτοῖς, ἐπὶ τισὶ λαλώσι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπὶ τισὶ κοινωνῶσι λόγον πνευματικόν, καὶ εὐφραίνει ψυχὰς θελήσωσιν, ἐκ τοῦ ἰδίου πλοῦτου καὶ ἐκ τοῦ ἰδίου θησαυροῦ, οὗ κέκτηνται ἐν ἑαυτοῖς, ἐξ αὐτοῦ λαλοῦν, καὶ ἐξ αὐτοῦ εὐφραίνουσι τὰς ψυχὰς τῶν ἀκούοντων τὸν πνευματικὸν λόγον, καὶ οὐ δέδοικασι μὴ ἐνδεήσειεν αὐτοῖς, ὅτι κέκτηνται ἐν αὐτοῖς θησαυρὸν οὐράνιον ἀγαθωσύνης, ἐξ οὗ προφέρουσι καὶ εὐφραίνουσι τοὺς πνευματικῶς ἐστιωμένους. Ὁ δὲ πένης καὶ μὴ κεκτημένος ἐκ τοῦ πλοῦτου τοῦ Χριστοῦ, μήτε ἔχων πλοῦτον πνευματικόν ἐν τῇ ψυχῇ, τὸν βρῦοντα πᾶσαν ἀγαθωσύνην λόγων τε καὶ ἔργων, καὶ ἐνθυμημάτων θείων, καὶ μυστηρίων ἀλαλήτων, εἰ καὶ βούλεται οὗτος λόγον ἀληθείας λαλεῖν, καὶ εὐφραίνειν τινὰς τῶν ἀκούοντων, ἀλλ' ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μὴ κεκτημένος ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μόνον ἀπομημονεύων καὶ κιχρῶμενος λόγους ἐξ ἐκάστης γραφῆς, ἢ παρὰ πνευματικῶν ἀνδρῶν ἀκούσας καὶ διηγούμενος καὶ διδάσκων, ἰδοὺ ἄλλους μὲν δοκεῖ εὐφραίνειν, καὶ ἄλλοι ἀπολαύουσι τῶν λόγων· μετὰ δὲ τὸ διηγήσασθαι αὐτὸν, ἕκαστος λόγος πρὸς τὰ ἴδια ἀφ' ὧν ἦρθη, ἀπέρχεται, καὶ αὐτὸς πάλιν γυμνὸς ἀπομένει καὶ πένης, μὴ ἔχων ἴδιον θησαυρὸν Πνεύματος, ἀφ' οὗ προφέρει, καὶ ὠφελεῖ, καὶ εὐφραίνει ἐτέρους, αὐτὸς πρῶτος μὴ εὐφραίνόμενος, μηδὲ ἀγαλλιωμένος τῷ Πνεύματι.

Ζ'. Διὰ τοῦτο χρὴ πρῶτον ζητῆσαι παρὰ Θεοῦ ἐν πόνοι καρδίας καὶ πίστει, ἵνα δῶ ἡμῖν εὐρεῖν τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, τὸν ἀληθινὸν θησαυρὸν τοῦ Χριστοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ἐν δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ Πνεύματος. Καὶ οὕτως πρότερον ὠφέλειαν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ σωτηρίαν, καὶ ζωὴν αἰώνιον εὐρόντες, τὸν Κύριον, τότε καὶ ἄλλους, ὡς δυνατὸν καὶ ἐφικτὸν ἐστίν, ὠφελήσωμεν, ἀπὸ τοῦ ἐνδον θησαυροῦ τοῦ Χριστοῦ προφέροντες πᾶσαν ἀγαθωσύνην λόγων πνευματικῶν, καὶ μυστηρίων ἐπουρανίων ποιούμενοι διηγησιν. Οὕτως γὰρ εὐδόκησεν ἡ ἀγαθότης τοῦ θελήματος τοῦ Πατρὸς, τοῦ κατοικήσαι· ἐν παντὶ τῷ πιστεύοντι καὶ αἰτουμένῳ αὐτόν. Ὁ γὰρ ἀγαπῶν με, φησὶν, ἀγαπήσει με ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μου, καὶ γὰρ ἀγαπήσω

sitissimis rebus instructam præparet, ex divitiis suis et thesauro, quem possidet, sumptus facit, nec metuit, ne sibi aliquid desit, divitias multas possidenti : sicque laute et splendide convivas a se vocatos exhilarat, variis ac novis subinde appositis cibis. At pauper qui est, omnique rerum abundantia destitutus, si voluerit quibusdam cœnam apparare, mutuatur omnia, vel ipsam supellectilem, vestes, ac reliquas species : sicque postea, ubi cœnaverint, qui erant vocati, ut fieri solet in convivio pauperis, denique unicuique, unde mutuo sumpserat, restituit supellectilem argenteam, vestes ac reliquum ornatum : quibus omnibus unicuique sic restitutis, ipse pauper ac nudus remanet, non habens proprias facultates, ex quibus possit recreari.

V. Sic quoque, qui sunt Spiritu sancto locupletates, ac cœlestes divitias revera consecuti communionem Spiritus in se habent, si quibusdam verba veritatis loquantur, et sermonem spiritualem quibusdam communicent, ac animas reficere stauerint ; ex propriis opibus, et ex proprio thesauro, quem possident apud se, ex eo, inquam, loquantur, ex eoque reficiunt animas audientium spiritualem sermonem, nec pertimescunt, ne quid sibi desit : eo quod possideant in se cœlestem bonitatis thesaurum, e quo proferunt et recreant eos qui spirituali cibo vescuntur. Pauper vero, qui nec divitias Christi possidet, nec spirituales obtinet in anima opes, producentes scaturiginis instar omnem bonitatem sermonum, operum, cogitationum divinarum, et mysteriorum ineffabilium, hic, inquam, licet velit verbum veritatis eloqui, ac recreare quosdam audientes, cum tamen secundum virtutem ac in veritate sermonem Dei non obtineat ; verum illos modo sermones, quos aut a quacunque scriptura mutuatur, aut ab aliis spiritualibus audivit, exponat et doceat ; en videtur quidem ille alios recreare, et sane fruuntur alii sermonibus : ubi vero eum sermonem recitaverit, unumquodque verbum ad sua, unde translatum erat, revertitur : tum ille denuo nudus ac pauper remanet, carens proprio thesauro Spiritus, e quo promat, juvet et recreet alios, ac primus ipse non reficitur, nec Spiritu exsultat.

79 VI. Propterea in primis postulandum est a Deo cum contentione cordis ac fide, det nobis, ut inveniamus divitias ejus, verum thesaurum Christi in cordibus nostris in virtute ac efficacia Spiritus. Et hac ratione, ubi prius in nobis commodum, salutem ac vitam æternam, Dominum scilicet, consecuti fuerimus, postmodum quoque alios pro facultate et viribus nostris adjuvemus, ex interiori Christi thesauro promentes omnem bonitatem spiritualium sermonum, ac cœlestium mysteriorum enarrationem instituentes. Sic enim placuit bonitati voluntatis Patris, habitare apud omnem qui credit in eum eumque postulat. *Qui enim diligit me, inquit, diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et*

*manifestabo ei me ipsum*²¹. Et iterum: *Venietus ego et Pater meus, et mansionem apud eum faciemus*²². Sic infinitæ clementiæ Patris visum est, sic incomprehensibili charitati Christi placuit: sic ineffabilis bonitas Spiritus promisit. Gloria sit ineffabili misericordiæ sanctæ Trinitatis.

VII. Qui enim evadere Filii Dei, et ex Spiritu sancto desuper renasci digni sunt habiti, atque Christum illuminantem ac recreantem eos in se possident, variis ac diversis modis a Spiritu diriguntur, et invisibiliter in corde cum requie spirituali a gratia ducuntur. Proferamus vero ex iis, quæ in mundo sunt conspicua, personarum figuras, ut, qua ratione gratia in anima se gerat, aliqua ex parte exemplis veluti demonstremus. Sunt interdum, qui a gratia ducuntur, ut qui in cœna regia lætantur, et exsultant exsultatione ac lætitia ineffabili: alia vero hora similes sunt sponsæ, quæ fruitur in conjugio cum sponso suo voluptate divina. Aliquando fiunt veluti angeli incorporei, in tanta levitate ac subtilitate una cum corpore constituti. Interdum sunt, ut qui potu inebriati et Spiritu delectantur, inebriantur, ebrietate scilicet divinorum ac spiritualium mysteriorum.

VIII. Interdum sunt velut in luctu et lamentatione propter genus humanum, ac precibus pro toto genere humano effusis, ad lacrymas, et ad luctum prolabantur, dilectione spirituali erga humanum genus accénsi. Interdum vero ad tantam exsultationem ac dilectionem a Spiritu inflammantur, ut, si fieri possit, omnes homines in sua viscera conjicerent, nulla nec honorum nec malorum habita ratione. Interdum vero demittuntur infra omnes homines in humilitate Spiritus, ut se ipsos omnium abjectissimæ ac infimæ conditionis reputent. Interdum in gaudio ineffabili a Spiritu conservantur. Interdum sunt velut fortis quispiam, qui, universam armaturam regis induens, et in prælium descendens, adversus hostes fortiter dimicat, eosque vincit. Eodem modo spiritualis homo, assumptis cœlestibus armis Spiritus, hostes invadit, prælioque commisso subjicit illos pedibus suis²³.

IX. Interdum in summo silentio, tranquillitate et pace requiescit anima, in sola spirituali voluptate, et ineffabili requie atque in optimo statu existens. Interdum in intelligentia quadam ac sapientia ineffabili, et notitia Spiritus inscrutabili a gratia instituitur, circa ea, quæ nec lingua nec ore efferi queunt. Interdum ut quivis hominum fit. Ita varie gratia versatur in iis, ac multis modis ducit animam, recreans juxta voluntatem divinam, exercetque eam diversimode, ut illam integram, **80** irreprehensibilem atque puram apud cœlestem Patrem constituat.

X. Cæterum prædictæ hæ Spiritus operationes,

²¹ Joan. xii, 21. ²² Joan. xiv, 23. ²³ Ephes. vi, 12 seq.

αὐτόν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἑμαυτόν. Καὶ πάλιν Ἐλεσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου, καὶ μονήν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Οὕτως ἡ ἀπειρος χρηστότης τοῦ Πατρὸς ἠθέλησεν, οὕτως ἡ ἀνεκλόγητος ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ εὐδόκησεν, οὕτως ἡ ἀβρόχης ἀγαθότης τοῦ Πνεύματος ἐπηγγελάτω. Δόξα τῇ ἀβρίστῳ ἐσπλαγγνίᾳ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Z'. Οἱ γὰρ καταξωθέντες τέκνα γενέσθαι θεοῦ, καὶ ἐκ Πνεύματος ἁγίου ἄνωθεν γεννηθῆναι, καὶ τὸν Χριστὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς ἐλλάμποντα καὶ ἀναπνέοντα αὐτοὺς, ἐν ποικίλοις καὶ διαφόροις τρόποις Πνεύματός εἰσιν ὀδηγούμενοι, καὶ ἀοράτως ἐν τῇ καρδίᾳ, ἐν ἀναπαύσει πνευματικῇ ὑπὸ τῆς χάριτος ἐνεργούμενοι. Πρόσωπα δὲ ἐκ τῶν φαινομένων ἐν κόσμῳ ἀπολαύσεων ἐνέγκωμεν, καὶ ἐν ψυχῇ ἀναστροφῆς τῆς χάριτος ἐκ παραδειγματῶν μερικῶς ὑποδεικνύμεντες. Ἔστιν ὅτε γίνονται ὡς ἐν βασιλείᾳ δειπνῶν εὐφροσύνη ἀνεκκαλήτῳ, καὶ ἀγαλλιωμένους ἀγαλλιάσθαι καὶ εὐφροσύνη ἀνεκκαλήτῳ· ἄλλη ὥρα εἰσιν ὡσπερ νύμφη συναναπαυομένη ἐν κοινονίᾳ τῷ νυμφίῳ αὐτῆς ἀναπαύσει θεικῇ. Ἄλλοτε γίνονται ὡσπερ ἄγγελοι ἀσώματοι, ἐν τοσαύτῃ κορυφαίᾳ ὄντες μετὰ τοῦ σώματος· ἄλλοτε εἰσιν ὡσπερ ἐν μέθῃ ποτῶν, εὐφραίνόμενοι καὶ μεθύοντες τῷ Πνεύματι, μέγιστον μυστηρίων πνευματικῶν.

H'. Ἄλλοτε εἰσιν ὡς ἐν κλαυθμῷ καὶ ὀδυρμῷ ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ δεόμενοι ὑπὲρ ὄλου τοῦ Ἀδάμ, πένθος καὶ κλαυθμὸν ἀναλαμβάνουσιν ὑπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος εἰς τὴν ἀνθρωπότητα ἐκκαίμενοι. Ἄλλοτε ἐν τοσαύτῃ ἀγαλλιᾶσει καὶ ἀγάπῃ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐκπυρρύνονται ὡς, εἰ δυνατὸν, πάντα ἀνθρώπων ἐν τοῖς ὕδασι σπλάγγχνους ἐμβάλεῖν, μὴ διακρίνοντας κακὸν ἀπὸ ἀγαθοῦ· ἄλλοτε τοσοῦτον ταπεινοῦνται ὑποκάτω παντὸς ἀνθρώπου ἐν ταπεινοφροσύνῃ τοῦ Πνεύματος, ὡς ἑαυτοὺς πάντων ἰσχατωτέρους καὶ ἐλάττους νομίζουσιν. Ἄλλοτε ἐν χαρᾷ ἀνεκκαλήτῳ ὑπὸ τοῦ Πνεύματος διατηροῦνται. Ἄλλοτε εἰσιν ὡσπερ τις δυνατὸς, λαβὼν πανοπλίαν βασιλικὴν, καὶ κατελθὼν ἐν πολέμῳ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς ἰσχυρῶς καταγωνίζεται τοὺς τοῦ κατὰ τὸν κόσμον. Ὅμοίως γὰρ καὶ πνευματικῶς λαμβάνει ὅτι ἐπουράνια τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς κατέρχεται καὶ πολεμεῖ, καὶ ὑποστάσσει αὐτοὺς ὑπὸ τοῦ πόδας αὐτοῦ.

Θ'. Ἄλλοτε ἐν πολλῇ τινι ἡσυχίᾳ, καὶ γαλήνῃ ἡ ψυχὴ ἀναπαύεται, εἰς μόνην ἡδονὴν πνευματικῇ καὶ ἀνάπαυσιν ἁβρόχῳ οὐρα, καὶ εὐθηνίαν. Ἄλλοτε ἐν συνείσει τινὶ καὶ σοφίᾳ ἀβρόχῳ, καὶ γνώσει Πνεύματος ἀνεξερευνητοῦ ὑπὸ τῆς χάριτος σοφίζεται, ἅπερ διὰ γλώσσης καὶ στόματος λαλήσει ἀδύνατον. Ἄλλοτε ὡσπερ εἰς τῶν ἀνθρώπων γίνεσθαι. Οὕτως ποικίλως ἐν αὐτοῖς ἡ χάρις ἀναστρέφεται, καὶ πολυτρόπως ὀδηγεῖ τὴν ψυχὴν ἀναπαύουσα κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ γυμνάζει αὐτὴν διαφόρως, ἐν τελείᾳ καὶ ἁμωμον καὶ καθαρᾷ τῷ ἐπουρανίῳ Πατρὶ ἀποκαταστήσει.

I'. Ταῦτα δὲ τὰ προειρημένα τοῦ Πνεύματος ἐν

εργήματα, μεγάλων μέτρων εἰσι τῶν ἐγγύς τῆς τελειότητος ὄντων. Αἱ γὰρ προσηρημένα τῆς χάριτος τοικίαι ἀνακαύσεις, διαφόρως μὲν λαλοῦνται, ἀδιαλείπτως δὲ εἰς αὐτοὺς ἐνεργοῦνται, ἐνεργεῖαν ἐνεργείας διαδεχομένης. Ὅταν γὰρ ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τελειότητα τοῦ πνεύματος κατανήσῃ, τελείως πάντων τῶν παθῶν ἀποκαθαρισθεῖσα, καὶ τῷ Παρακλήτῳ Πνεύματι διὰ τῆς ἀρρήτου κοινωνίας ἐνωθεῖσα καὶ ἀνακραθεῖσα, καὶ καταξωθῆ ἡ πνεῦμα γενέσθαι συγκαρμένη τῷ Πνεύματι, τότε ὅλη φῶς, ὅλη ὀφθαλμὸς, ὅλη καρδιά, ὅλον ἀνάκαυσις, ὅλον ἀγαλλίασις, ὅλον ἀγάπη, ὅλον σπλάγγνα, ὅλον ἀγαθότης καὶ χρηστότης γίνεται. Ὅσπερ γὰρ ἐν ἀθύσει θαλάσσης λίθος πανταχόθεν ὕδατι περιέχεται οὕτως οὗτοι, παντὶ τρόπῳ Πνεύματι ἅγιῳ ἀνακαυμένοι, ἀφομοιοῦνται τῷ Χριστῷ, τὰς ἀρετὰς τῆς θυνάμους τοῦ Ἡνεύματος ἀτρέπτως ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, ἰσῶθεν ὄντες ἕμωμοι, καὶ ἄσπιλοι καὶ καθαροί.

ΙΑ'. Διὰ γὰρ τοῦ Πνεύματος καταρτισθέντες, πῶς θύνανται καρπὸν ἔξωθεν κακίας προαγαγεῖν; Ἀλλὰ πάντοτε διὰ πάντων, οἱ καρποὶ τοῦ Πνεύματος ἐν αὐτοῖς διαλέμπουσι. Παρακαλέσωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεόν, καὶ πιστεύσωμεν ἐν ἀγάπῃ καὶ ἐλπίδι πολλῇ, ἵνα ὀψῆ ἡμῖν τὴν ἐπουράνιον χάριν τῆς θεωρίας τοῦ Ἡνεύματος, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτὸ τὸ Ἡνεῦμα κυβερνήσῃ καὶ ὁδηγήσῃ εἰς πᾶν τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀναπαύσῃ ἡμᾶς ἐν τῇ ποικιλότητι τῆς ἀναπαύσεως αὐτοῦ, ἵνα διὰ τῆς τοιαύτης κυβερνήσεως καὶ τοῦ γυμνασμοῦ τῆς χάριτος, καὶ τροφῆς πνευματικῆς, καταξωθῶμεν εἰς τὴν τελειότητα τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ φθάσαι, ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος: *Ἴνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Χριστοῦ* καὶ πάλιν, *Μέχρι καταρτισθῶμεν οἱ πάντες εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ*. Ἐπηγγέλατο ὁ Κύριος πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, καὶ αἰτουμένοις ἐν ἀληθείᾳ θεωρησασθαι τὰ μυστήρια τῆς ἀρρήτου κοινωνίας τοῦ Πνεύματος. Καὶ ἡμεῖς οὖν ὀλοτελῶς ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ ἀναθέντες τῶν προσηρημένων ἀγαθῶν τυχεῖν σπεύσωμεν, ψυχῇ καὶ σώματι ἀφιερωθέντες, καὶ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ προσηλωθέντες, ἕξιοι τῆς αἰωνίου βασιλείας γενόμεθα, δοξάζοντες Πατέρα, καὶ Υἱόν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνα. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

Οἱ Χριστιανοὶ προκόψαιτε καὶ ἀξάνεσθαι βουλόμενοι ὀφείλουσιν ἑαυτοὺς βιάσθαι πρὸς πᾶν τὸ ἀγαθόν, ὥστε λυτρεύσθαι αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐνοικουσίας ἁμαρτίας, καὶ Πνεύματος ἁγίου πληροῦσθαι.

Α'. Ὁ βουλόμενος προσιθῆναι τῷ Κυρίῳ, καὶ ζωῆς αἰωνίου καταξωθῆναι καὶ κατοικητήριον τοῦ Χριστοῦ γενέσθαι, καὶ Πνεύματος ἁγίου πληρωθῆναι, ἵνα τοὺς καρποὺς τοῦ Πνεύματος, καὶ τὰς ἐντολάς τοῦ Χριστοῦ δυναθῆ ποιῆσαι καθαρῶς καὶ ἀμώμως, οὗτος ὀφείλει ἀρξασθαι πρῶτον πιστεῦειν τῷ Κυρίῳ βεβαίως, καὶ ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν ἐξ ὅλου τοῖς λόγοις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, καὶ ἀποτάξασθαι τῷ κόσμῳ

⁹⁹ Ephes. iii, 10. ¹⁰⁰ Ephes. iv, 15.

A ad summum gradum pertinent eorum, qui proxime a perfectione absunt. Illæ enim, quarum mentionem fecimus, variaz moderationes gratiaz, varie quidem exprimentur, assidue tamen in homines agunt, actione actionem excipiente. Ubi enim anima ad perfectionem spiritus pervenerit, perfecte ab omnibus affectibus expurgata, et Spiritui Paracleto arcana societate unita et permista, ac temperata cum Spiritu digna habetur fieri spiritus; tum tota lux, tota oculus, tota spiritus, tota gaudium, tota delectatio, tota exsultatio, tota dilectio, tota viscera, tota bonitas et clementia fit. Sicut enim lapis in profundo maris undique aqua circumdatur: sic hi, omni modo Spiritui sancto permisti, similes sunt Christi, virtutes potentiaz Spiritus constanter in se ipsis obtinentes, intus existentes, omnis maculae ac reprehensionis expertes atque puri.

XI. Cum enim per Spiritum sint restaurati, quomodo extra possunt fructum malitiaz proferre? Verum perpetue per omnia fructus Spiritus in iis enitescunt. Oremus igitur quoque nos Deum, et credamus in dilectione ac spe magna, ut largiatur nobis caelestem gratiam doni Spiritus, ut et nos ipse Spiritus gubernet, et ducat ad omnem voluntatem divinam, ac nos reficiat variis requiei modis, ut ope hujus gubernationis, et exercitationis gratiaz, ac promotionis spiritualis, digni habeamur ad perfectionem plenitudinis Christi pervenire, ut inquit Apostolus: *Ut impleamini in omnem plenitudinem Christi*⁹⁹. Et rursum: *Donec perveniamus omnes in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi*¹⁰⁰. Promisit Dominus omnibus in se credentibus, et in veritate postulantibus, se largiturum mysteria ineffabilis communionis Spiritus. Quapropter penitus nos ipsos Domino consecremus, et ad praedicta bona consequenda festinemus, corpore animoque consecrati, et cruci Christi affixi, digni regno aeterno flammis, glorificantes Patrem, Filium et Spiritum sanctum in saecula. Amen.

HOMILIA XIX.

Christiani proficere et crescere volentes, debent se vi compellere ad omne id quod bonum est, ut liberentur ab inhabitante peccato, et Spiritu sancto repleantur.

I. Qui exoptat accedere ad Dominum, et vita aeterna dignus haberi, domicilium Christi fieri, ac Spiritu sancto repleti, quo fructus Spiritus producere, et mandata Christi facere pure et absque reprehensione possit, ille hinc initium sumat, ut in primis firmiter Domino credat, seque totum tradat praecipis ac mandatis ejus, ac renuntiet mundo per omnia, ne ullo modo circa ea, quae

oculis patent, tota ejus mens occupetur. Deinde quoque oportet eum perpetuo in oratione perseverare, in fide quæ exspectat Dominum, visitationem et auxilium ejus semper exspectantem, scopumque mentis suæ eo semper dirigentem. Deinde compellere oportet se ipsum ad omne opus bonum, **81** et ad omnia mandata Domini, propter innatum sibi peccatum. Veluti compellat se ipsum ad demissionem animi coram omnibus hominibus, ac se inferiorem et abjectiorem existimet, non quærens honorem, laudem, aut gloriam a quoquam hominum, ut in Evangelio scriptum est: sed solum Dominum semper ob oculos habeat, et mandata ejus, ipsi soli placere studens in mansuetudine cordis, ut inquit Dominus: *Discite a me quod mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris* ⁸⁷.

II. Itidem ut sit misericors, benignus, pronus ad miserandum ac bonus, pro viribus suis se assuefaciat, ut inquit Dominus: *Estote boni ac benigni, sicut Pater vester cælestis misericors est* ⁸⁸. Et rursus inquit: *Si diligitis me, præcepta mea servate* ⁸⁹. Et rursus: *Si contendite intrare per portam angustam* ⁹⁰. Præ omnibus humilitatem Domini, ejusque vivendi rationem, mansuetudinem ac conversationem, tanquam exemplar in omni memoria minime obliviosa retineat, in orationibus perseveret, semper orans in fide, ut Dominus veniat, habitet in eo, consummet ac corroboret eum in omnibus mandatis suis; atque etiam ipse Dominus fiat domicilium animæ; et ita quæ nunc vi inviti cordis facit, sponte aliquando peragat, assuefaciens se ipsum perpetuo ad id quod bonum est, Domini semper recordans, et exspectans eum perpetuo in summa dilectione. Tum vero Dominus, cognito tanto ejus proposito et consilio ac laudabili ejus studio, nimum quomodo se compellat ut Dominum in memoria retineat, et ad id quod bonum est, ad mansuetudinem ac dilectionem cor vel invitus compellat, ac dirigat pro viribus suis omni violentia; exercet in eum misericordiam suam, et redimit eum ab inimicis suis, et inhabitante peccato, Spiritu eum sancto replens; et ita postmodum absque ulla vi ac labore vere facit omnia mandata Domini. Quinimo Dominus in eo sua mandata facit, et fructus spirituales tunc pure producit.

III. Oportet autem primum quempiam sic accedentem ad Dominum vi compellere se ipsum ad bonum, quamvis renitatur animus, exspectantem perpetuo in fide indubitata misericordiam ejus, ac compellere se ipsum ad dilectionem, si dilectione destitutus sit: compellere se ipsum ad mansuetudinem, si ea careat: compellere se ipsum ad misericordiam, et ad animum ad miserandum pronum: compellere se ipsum ad contemptum preferendum,

κατὰ πάντα, ἵνα μὴ περὶ τι τῶν φαινομένων διὰ ὁ νοῦς ἀσχολεῖται. Καὶ εἰς τὴν εὐχὴν χρῆ αὐτὸν πάντοτε προσκαρτερεῖν, ἐν πίστει προσδοκίας τοῦ Κυρίου τὴν ἐπίσκεψιν καὶ βοήθειαν αὐτοῦ πάντοτε ἐπιπέμμενον, τὸν σκοπὸν τοῦ νοῦς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχοντα διὰ παντός. Ἐἴτα βιάζεσθαι χρῆ αὐτὸν εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν καὶ εἰς πάσας τὰς ἐντολάς τοῦ Κυρίου, διὰ τὴν συνοῦσαν αὐτῷ ἁμαρτίαν· οἶον, βιάζεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ ταπεινοφρονεῖν ἐνώπιον πάντος ἀνθρώπου, καὶ αὐτὸν ἐλάττω ἡγεῖσθαι καὶ χειρόνα, μὴ ζητῶν τιμὴν, ἢ ἵπταινον, ἢ δόξαν ἀνθρώπων παρὰ τινος, καθὼς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται· ἀλλὰ μόνον αἰετὸν τὸν Κύριον προὐφθαλμῶν ἔχων καὶ τὰς ἐντολάς αὐτοῦ, αὐτῷ βουλιόμενος ὁρέσκειν μόνῳ εἰς τὴν πραότητα τῆς καρδίας, ὡς φησὶν ὁ Κύριος· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πραὸς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὐρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.*

Β'. Ὁμοίως εἰς τὸ εἶναι ἐλεήμονα, χρηστὸν, εὐσπλαγγχον, ἀγαθὸν, ὄση δύναμις, αὐτὸν ἐδιέτω, ὡς φησὶν ὁ Κύριος· *Γίνεσθε ἀγαθοὶ καὶ χρηστοὶ, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οὐκ ἐκτρέφει ἄσπί.* Καὶ πάλιν φησὶν· *Ἐὰν ἀγαπήτε με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσατε· καὶ πάλιν· Βιάζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς θύρας.* Ἐπὶ πᾶσι τὴν τοῦ Κυρίου ταπεινώσιν καὶ πολιτείαν, καὶ τὴν πραότητα, καὶ τὴν ἀναστροφὴν, ὡσπερ ὑπογραμμὸν ἐν πάσῃ μνήμῃ ἀληθαργῆται ἔχέτω, ταῖς εὐχαῖς προσκαρτερεῖτω, διὰ πάντος δεόμενος καὶ πιστεύων, ἵνα ἐλθὼν ὁ Κύριος ἐνοικήσῃ ἐν αὐτῷ, καὶ καταρτίσῃ καὶ δυναμώσῃ αὐτὸν ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ· καὶ ἵνα αὐτὸς ὁ Κύριος γένηται κατοικητήριον τῆς ψυχῆς· καὶ οὕτως ἂ νῦν μετὰ βίας ἐκούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἐκούσιως πράξει ποτὲ, ἐθιζῶν αὐτὸν ἐκ παντός εἰς τὸ ἀγαθόν, καὶ τοῦ Κυρίου μνημονεύων αἰετὸν, καὶ προσδοκῶν αἰετὸν ἐν πολλῇ ἀγάπῃ αὐτοῦ. Τότε θεωρῶν ὁ Κύριος τὴν τοιαύτην προαίρεσιν, καὶ τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ σπουδὴν, πῶς βιάζεται αὐτὸν εἰς μνήμην τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸ ἀγαθὸν αἰετὸν καὶ εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην καὶ πραότητα καὶ ἀγάπην ἔχει καὶ μὴ θέλουσαν τὴν καρδίαν, καὶ ἀγει ὄση δύναμις αὐτῷ μετὰ βίας, ποιεῖ μετ' αὐτοῦ εἰς ἔλεος αὐτοῦ, καὶ λυτροῦται αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ καὶ τῆς ἐνοικουσης ἁμαρτίας, Πνεύματος ἁγίου ἐμπιπλὼν αὐτόν· καὶ οὕτω λοιπὸν ἀνευ βίας καὶ καμάτου ποιεῖ πάσας τὰς ἐντολάς τοῦ Κυρίου ἐξ ἀληθείας· μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας ἐντολάς, καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ Πνεύματος τότε καρποφορεῖ καθαρώς.

Γ'. Χρῆ δὲ πρότερον προσελθόντα τινὰ τῷ Κυρίῳ, οὕτω βιάζεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ ἀγαθόν καὶ μὴ θελοῦσης τῆς καρδίας, προσδοκῶντα διὰ παντός ἐν πίστει ἀδιστακτῶ τῷ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ βιάζεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν ἀγάπην, μὴ ἔχοντα ἀγάπην· βιάζεσθαι αὐτὸν εἰς τὴν πραότητα, μὴ ἔχοντα πραότητα· βιάζεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ οἰκτερεῖσθαι, καὶ ἐλεήμονα ἔχειν καρδίαν· βιάζεσθαι αὐτὸν εἰς τὸ καταφρονεῖσθαι, εἰς τὸ καταφρονούμενον μακροθυμεῖν, καὶ ἐξουδενούμενον

⁸⁷ Matth. xi, 29. ⁸⁸ Luc. vi, 36. ⁸⁹ Joan. xiv, 15. ⁹⁰ Luc. xiii, 24.

ἡ ἀτιμαζόμενον μὴ ἀνανακτεῖν, κατὰ τὸ εἰρημένον· **A** *Μὴ ἑαυτοῦς δουρικουρτεας, ἀγαπητοί.* Βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὴν εὐχὴν, μὴ ἔχοντα εὐχὴν πνευματικὴν· καὶ οὕτως ὁ Θεὸς, θεωρῶν τὸν οὕτως ἀγωνιζόμενον, καὶ βία ἑαυτὸν ἀγχοῦσα, μὴ θελοῦσης τῆς καρδίας, δίδωσιν εὐχὴν ἀληθινὴν Πνεύματος, δίδωσιν ἀγάπην ἀληθινὴν, πραότητα ἀληθείας, σπλάγχνα οἰκτιρῶν, χρηστότητα ἀληθινὴν, καὶ ἀπαξιαπλῶς, πληροῖ αὐτὸν τῶν καρπῶν τοῦ Πνεύματος.

Δ'. Εἰ δὲ τις εἰς τὴν εὐχὴν μόνην ἐχυτὸν βιάζεται, μὴ ἔχων εὐχὴν, ἵνα σχῆ εὐχῆς χάριν, εἰς δὲ τὴν πραότητα καὶ ταπεινοφροσύνην καὶ ἀγάπην καὶ τὰς λοιπὰς ἐντολάς τοῦ Κυρίου ἑαυτὸν οὐ βιάζεται, οὔτε μέριμναν καὶ πόνον καὶ ἀγῶνα ἔχει ἐκεῖνα κατορθῶσαι, ὅσον τὸ ἐκ προαιρέσεως, καὶ αὐταξουσίου θελήματος, ἐνίοτε δίδεται αὐτῷ εὐχῆς χάρις ἐν ἀναπαύσει καὶ εὐφροσύνῃ τοῦ Πνεύματος μερικῶς κατὰ τὸ αἶτημα αὐτοῦ. Τοῖς δὲ τρόποις ὁμοίος ἐστὶ καθ' ὃ καὶ πρὶν ἦν, οὐκ ἔχει πραότητα, ὅτι οὐκ ἐζήτησε πόνον, καὶ πρῶτευρέπισεν ἑαυτὸν οὕτως γενέσθαι· οὐκ ἔχει ταπεινοφροσύνην, ἐπειδὴ οὐκ ἦτησε, καὶ ἑαυτὸν οὐκ ἐβιάσατο εἰς τοῦτο. Οὐκ ἔχει ἀγάπην πρὸς πάντας, ἐπειδὴ περὶ τούτου μέριμναν καὶ ἀγῶνα οὐκ ἔσχεν ἐν τῇ αἰτήσει τῆς εὐχῆς· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιτεθεύσει τοῦ ἔργου, οὐκ ἔχει πίστιν καὶ πεποιθήσιν πρὸς τὸν Θεόν, ἐπειδὴ ἔγνωκεν ἑαυτὸν, οὐκ ἐδοκίμασεν μὴ ἔχειν, καὶ οὐκ ἐπόνησεν ἐν θλίψει, ζητῶν παρὰ Κυρίου σχεῖν τὴν πρὸς αὐτὸν βεβαίαν πίστιν, καὶ πεποιθήσιν ἀληθινῆν.

Ε'. Χρὴ γὰρ ἕκαστον ὡσπερ εἰς τὴν εὐχὴν βιάζεσθαι ἑαυτὸν καὶ ἀγχοῦσα, μὴ θελοῦσης τῆς καρδίας· οὕτως καὶ εἰς τὴν πεποιθήσιν, οὕτως καὶ εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, οὕτως εἰς τὴν ἀνάπην, οὕτως εἰς τὴν πραότητα, ἀκεραιότητά τε καὶ ἀπλότητα· οὕτως εἰς πᾶσαν ὁπομονὴν καὶ μακροθυρίαν καταγεγραμμένον μετὰ χαρᾶς· οὕτως βιάζεσθαι εἰς τὸ ἑαυτὸν ἐξουθενεῖν. Καὶ πτωχὸν καὶ ἔσχατον λογιζέσθαι· οὕτως εἰς τὸ μὴ ὀμιλεῖν τὰ μὴ ὄντα χρήσιμα, ἀλλὰ ἀεὶ τὰ τοῦ Θεοῦ μελετᾶν, καὶ λαλεῖν στόματι καὶ καρδίᾳ. Οὕτως εἰς τὸ μὴ θυμοῦσθαι, καὶ κραυγάζειν κατὰ τὸ εἰρημένον, *Πᾶσα πικρία, καὶ θυμὸς, καὶ ὀργή, καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὁμῶν σὺν πάσῃ κακίᾳ.* Οὕτως εἰς πάντας τοὺς τοῦ Κυρίου τρόπους, εἰς πᾶσαν ἄσκησιν ἀρετῆς, καὶ πολιτείας ἀγαθῆς καὶ καλῆς· εἰς πᾶσαν ἀναστροφὴν ἀγαθότητος, εἰς πᾶσαν ταπεινοφροσύνην πραότητος, εἰς τὸ μὴ ἐπαίρεσθαι, καὶ ὑψηλοφρονεῖν, καὶ φυσιοῦσθαι, καὶ λαλεῖν κατὰ τινος.

Γ'. Εἰς ταῦτα πάντα ὀφείλει βιάζεσθαι ἑαυτὸν, ὁ θέλων εὐδοκιμῆσαι καὶ εὐαρεστῆσαι Χριστῷ, ἵν' οὕτως ὁ Κύριος ἰδὼν αὐτοῦ τὴν προθυμίαν, καὶ προαίρεσιν, τοῦ οὕτως εἰς πᾶσαν ἀγαθότητα καὶ ἀπλότητα, καὶ χρηστότητα, καὶ ταπεινοφροσύνην,

et in eo fortiter perdurandum, ne despectui habitus aut deonestatus indignetur, juxta dictum: *Non vosmetipsos ulciscentes, charissimi*²: compellere se ipsum ad preces, si preces spirituales non habeat. Sic itaque Deus, conspiciens eum, qui lan-
topere contendit, ac vi, reluctante animo, se ipsum constringit, veram Spiritus precationem largitur, veram dilectionem concedit, veram mansuetudinem, viscera misericordiae, clementiam veram, atque, ut unico verbo dicam, replet eum fructu Spiritus.

IV. Quod si quis, cum affectu precandi careat, ad preces solas se ipsum adigat, ut consequatur precationis gratiam: ad mansuetudinem vero, humilitatem animi, dilectionem et reliqua mandata Domini, minus se ipsum compellat, nec ullam curam, laborem ac studium adhibeat, ut ea recte **82** constituat: quoad illius propositum ac liberam voluntatem, conceditur illi interdum precandi gratia cum delectatione ac lætitia Spiritus, ex parte tamen juxta petitionem ejus: moribus tamen idem est, quibus antea erat, destitutus mansuetudine, eo quod non laborarit, nec se prepararit, ut talis evaderet: destitutus humilitate, eo quod non postularit, nec se ipsum ad eam compulerit: destitutus dilectione erga omnes, eo quod de ea nihil omnino sollicitus fuerit in postulatione orationis suae: et in ipsa operis administratione non habet fidem, nec fiduciam erga Deum, eo quod in cognitione sui carere se non expertus est, neque contendit cum afflictione Dominum postulare, ut obtineat firmam in illum fidem ac veram fiduciam.

V. Oportet enim unumquemque perinde ut ad preces se compellere atque adigere, repugnante animo; sic quoque ad fiduciam, sic quoque ad humilitatem, sic quoque ad dilectionem, sic quoque ad mansuetudinem, sinceritatem et simplicitatem: sic quoque ad omnem patientiam et longanimitatem cum gaudio ac prompte collimare: sic quoque se compellere ad sui ipsius despectum, ac se pauperem infimæque sortis homuncionem reputare: sic, ne intentus sit rebus minus utilibus, sed semper quæ Dei sunt meditetur, et proferat ore et corde: sic ne ira excandescat aut clamet, sicuti dictum est: *Omnis amarulentia tollatur a vobis cum omni malitia*³. Sic ad omnes mores Domini induendos, ad omnem virtutis, probi honestique vitæ instituti exercitationem, ad omnem conversationem bonitatis, ad omnem humilitatem mansuetudinis; nec extollatur, nec altum sapiat, aut infletur, vel cuiusdam famam detrectet.

VI. Ad hæc omnia se compellere debet qui cupit probari ac placere Christo, ita ut Dominus, conspecta ejus promptitudine, ac intentione, ejus, inquam, qui ad probitatem, simplicitatem, benignitatem, humilitatem, dilectionem et precationem

² Rom. xii, 19. ³ Ephes. iv, 31.

se ipsum compellit, ac vi quadam adigit, se totum illi offerat : ipse, inquam, Dominus, implens vera hæc omnia in eo pure absque ullo labore et vi, quæ ne vi quidem ulla antea observare poterat, propter inhabitans in eo peccatum. Fiantque illi hæc omnia virtutum exercitia et studia, velut altera natura. Postmodum Dominus adveniens et versatus cum eo, et ille cum Domino, ipse perficit in eo sua mandata citra omnem laborem, replens eum fructu Spiritus. Quod si vero ad solam precationem se quis adigit, donec consequatur gratiam hanc a Deo ; ad ea vero, quæ prædicta sunt, se non compellat, cogat et assuefaciat, ille vere, pure ac sine reprehensione hæc adimplere nequit. Verum ita convenit se præparare pro viribus ad id quod bonum est. Interdum enim pervenit ad eum petentem ac precantem gratia divina. Bonus enim et benignus est Deus, ac petentibus a se largitur quæ petierant. Verum qui caret iis, de quibus locuti sumus antea, nec se ad ea assuefacit aut præparat, gratiam quam consecutus jam erat, perdit, ac cadit præ nimia arrogantia ; aut nihil proficit, nec augetur in gratia sibi concessa, quoniam mandatis Domini deliberato animo se non dedit : domus enim et requies Spiritus est humilitas, dilectio et mansuetudo, et reliqua Domini mandata.

83 VII. Debet ergo, quicumque Deo vere placere cupit, ab eoque recipere cœlestem Spiritus gratiam et in Spiritu sancto crescere ac perfici, ad omnia præcepta Dei se ipsum compellere, et vel invitum animum subjugare, secundum quod dicitur : *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar : omnem viam iniquam odio habui* *. Quemadmodum enim aliquis ad perseverandum in precatione se ipsum compellit atque adigit, donec id recte constituerit : eodem modo, si liberit, ad omnia quoque virtutum exercitia se ipsum compellit atque adigit, bonæ consuetudini assuescens ; et sic, ubi assidue Dominum obtestatus ac deprecatus, et quæ petierit, adeptus fuerit, Deum gustare cœpit, ac Spiritus sancti particeps factus fuerit, hoc agit, ut crescat et soveat gratiam sibi concessam, requiescentem in humilitate, in dilectione et mansuetudine ejus.

VIII. Ipse Spiritus largitur hæc ei, atque instruit eum vera precandi ratione, vera dilectione, vera mansuetudine, ad quæ antea vi se compellebat, quæ inquirebat, de quibus sollicitus erat, ac quæ meditabatur, quæque donata tandem ei sunt : et ita auctus et consummatus in Deo, qui hæres regni evadat, dignus habetur. Humilis enim nunquam habetur. Unde enim labi liceret ei, qui sub omnibus est ? Nimia itaque animi elatio summa est humilitas : humilitas vero magna est exaltatio, existimatio atque dignitas. Nos ergo quoque nos compella-

και ἀγάπην, και εὐχὴν ἀγχοτος ἑαυτὸν, και ἀγχοτος μετὰ βίας, δώσῃ ἑαυτὸν ὅλον αὐτῷ, αὐτὸς ὁ Κύριος ποιῶν ἐξ ἀληθείας ταῦτα πάντι καθαρῶς ἐν αὐτῷ ἀκόπως και ἀδιάστως, ἀ πρὶν οὐδὲ μετὰ βίας φυλάξαι : ἡδύνατο, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ οἰκοῦσαν ἀμαρτίαν · και γίνεται αὐτῷ τὰ τῆς ἀρετῆς πάντα ἐπιτηδεύματα ὡς φύσις. Τὸ λοιπὸν ἐλθὼν ὁ Κύριος, και γενόμενος ἐν αὐτῷ, και αὐτὸς ἐν τῷ Κυρίῳ, αὐτὸς ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας ἐντολάς ἀνευ καμάτων, πληρῶν αὐτὸν τὸν καρπὸν τοῦ Πνεύματος. Εἰ δὲ εἰς εὐχὴν μόνον βιάζεται τις ἑαυτὸν, ἕως οὐ λάβῃ χάρισμα παρὰ Θεοῦ, εἰς ταῦτα δὲ τὰ προειρημένα ὁμοίως ἑαυτὸν οὐ βιάζεται, και ἀγχει και ἐθίζει, οὐ δύναται ἐξ ἀληθείας, καθαρῶς και ἀμώμως αὐτὰ ποιῆσαι. Ἄλλ' οὕτω χρὴ προουτρεπίσει ἑαυτὸν, ὅσον δυνατόν εἰς τὸ ἀγαθόν · ἐνίοτε γὰρ γίνεται πρὸς αὐτὸν ἡ θέλα χάρις αἰτοῦντα και δεόμενον. Ἀγαθὸς γὰρ και χρηστός ἐστὶν ὁ Θεός, και τοὺς αἰτούσιν αὐτὸν δίδωσι τὰ αἰτήματα αὐτῶν · μὴ ἔχων ἔθ, μῆτε ἐθίσας, μῆτε προουτρεπίσας ἑαυτὸν εἰς τὰς προειρημένους, εἴγε λάθοι, ἀπολεῖ τὴν χάριν ἣν ἔλαβε, και πίπτει ὑψηλοφρονήσας, ἣ οὐ προκόπτει και αὐξεί ἐν τῇ χάριτι τῇ πρὸς αὐτὸν γενομένη, ἐπειδὴ ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου ἐκ προαιρέσεως ἑαυτὸν οὐ δίδωσι · τὸ γὰρ κατοικητήριον και ἡ ἀνάγκαις τοῦ Πνεύματος, ἡ ταπεινοφροσύνη ἐστὶν, ἡ ἀγάπη τε και πραότης, και αἱ λοιπαὶ τοῦ Κυρίου ἐντολαί.

Z' Ὁφείλει οὖν ὁ βουλόμενος ἐξ ἀληθείας εὐαρεστησαι τῷ Θεῷ, και δέξασθαι παρ' αὐτοῦ τὴν ἐπουράνιον τοῦ Πνεύματος χάριν, και αὐξῆσαι και τελιωθῆναι ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς πάσας τὰς ἐντολάς τοῦ Θεοῦ βιάζεσθαι ἑαυτὸν, και μὴ θλώσαν τὴν καρδίαν ὑποτάσσειν κατὰ τὸ εἰρημένον · διὰ τοῦτο πρὸς πάσας τὰς ἐντολάς σου καταρθώμην, πᾶσαν ὁδὸν ἀδικῶν ἐμίσησα. Ὡσπερ γὰρ τις εἰς τὴν προσκαρτέρησιν τῆς εὐχῆς βιάζεται ἑαυτὸν και ἀγχει, ἕως οὐ τοῦτο κατορθώσῃ · ὁμοίως ἐάν θέλῃ και εἰς πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπιτηδεύματα βιάζεται ἑαυτὸν και ἀγχει, και ἐθίζει ἔθος ἀγαθόν, και οὕτως αἰτούμενος και δεόμενος τοῦ Κυρίου διὰ παντός, και τυχὼν τῆς αἰτήσεως, και μεταλαθῶν γεύσεως Θεοῦ, και Πνεύματος ἁγίου μέτοχος γενόμενος, αὐξαν ποιεῖ και θάλλειν τὸ χάρισμα τὸ δοθὲν αὐτῷ, ἀνταυόμενον ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ αὐτοῦ, ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῇ πραότητι.

H' Αὐτὸ τὸ Πνεῦμα χαρίζεται αὐτῷ ταῦτα, και δίδασκει αὐτὸν ἀληθινὴν εὐχὴν, ἀληθινὴν ἀγάπην, ἀληθινὴν πραότητα, ἀ προεδιάσαστο και ἐξήγησε, και ἐμερίμνησε, και ἐμελέτησε, και ἐδόθη αὐτῷ · και οὕτως αὐξήσας και τελιωθεὶς ἐν Θεῷ, κληρονόμος τῆς βασιλείας γενέσθαι καταξιοῦται. Ὁ γὰρ ταπεινός οὐδέποτε πίπτει · πόθεν γὰρ πεισὶν ἔχει ὑποκάτω πάντων ὄν ; μεγάλη ταπεινωσις, ἡ ὑψηλοφροσύνη · και μεγάλη ὑψωσις, και τιμιότης, και ἀξίωμα, ἡ ταπεινοφροσύνη. Και ἡμεῖς τοίνυν βιασώμεθα και ἀγχωμεν ἑαυτοὺς εἰς τὴν ταπεινοφροσύνην, και μὴ

* Psalm. cxviii, 104.

θελούσης τῆς καρδίας, καὶ εἰς τὴν πραότητα, καὶ εἰς τὴν ἀγάπην δέομενοι καὶ παρακαλοῦντες τὸν Θεὸν ἐν πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, ἀδιαλείπτως ἐν προσδοκίᾳ τοιαύτῃ καὶ σκοπῷ, ἵνα ἀποστελῆ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, ἵνα εὐξώμεθα καὶ προσκυνήσωμεν τῷ Θεῷ ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ.

Θ'. Καὶ αὐτὸ τὸ Πνεῦμα διδάξει ἡμᾶς εὐχὴν ἀληθινήν, ἣν νῦν καὶ μετὰ βίας οὐ δύναμεθα ποιεῖν· ἐπλάγγνα οἰκτιρῶν, χρηστότητα, καὶ πάσας τὰς ἐντολάς τοῦ Κυρίου, διδάξει ἡμᾶς ποιῆσαι ἐξ ἀληθείας ἀλύτως καὶ ἀδιάστως, ὡς αὐτὸ τὸ Πνεῦμα οἶδε πληροῦν ἡμᾶς τὸν καρπὸν αὐτοῦ, καὶ οὕτως τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ πληρωθεισῶν ὑφ' ἡμῶν διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, τοῦ μόνου γινώσκοντος τὸ θέλημα τοῦ Κυρίου, καὶ τελειώσαντος ἡμᾶς τοῦ Πνεύματος εἰς ἑαυτὸ, καὶ τελειωθέντος εἰς ἡμᾶς καθαρισθέντος ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ καὶ σπύλου τῆς ἁμαρτίας, ὡς περ νύμφας καλὰς, τὰς ψυχὰς ἡμῶν καθαρὰς καὶ ἁμώμους παραστήσει τῷ Χριστῷ, ἀναπαυομένων ἡμῶν ἐν Θεῷ, ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ ἀναπαυομένου τοῦ Θεοῦ ἐν ἡμῖν εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. Δόξα τοῖς αἰκτιρμοῖς αὐτοῦ καὶ τῷ ἔλεει, καὶ τῇ ἀγάπῃ, ὅτι εἰς τοιαύτην τιμὴν καὶ δόξαν κατηξίωσε τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, υἱοὺς Πατρὸς ἐπουρανοῦ κατηξίωσεν αὐτοῦς, καὶ ἰδίους ἀδελφοὺς προσηγόρευσεν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

OMILIA K'.

Μόνος ὁ Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἰατρὸς, θεραπεύσαι δύναται τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτὴν τῷ τῆς χάριτος ἐνδύματι διακοσμήσαι.

A. Ἐφ' ἵνα τις γυμνὸς ἐστὶν ἀπὸ τοῦ ἐνδύματος τοῦ θεϊκοῦ καὶ ἐπουρανοῦ, ὅπερ ἐστὶν ἡ τοῦ Πνεύματος δύναμις, καθὼς εἰρηται· *Εἰ δέ τις Πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἐστὶν αὐτοῦ· κλαιέτω καὶ παρακαλεῖτω τὸν Κύριον, ἵνα λάβῃ τὸ ἐξ οὐρανοῦ πνευματικὸν ἔνδυμα· ἵνα ἁμφοισθῇ τὴν ἀπὸ θείας ἐνεργείας γεγυμνωμένην ψυχὴν· ὅτι πολλὴν αἰσχύνην ἀτιμίας παθῶν περιβέβληται, ὁ μὴ ἐνδεδυμένος τὸ τοῦ Πνεύματος ἔνδυμα.* Ὡς περ γὰρ ἐν τοῖς φαινομένοις ἐάν τις γυμνὸς ᾖ, ἐν πολλῇ αἰσχύνῃ καὶ ἀτιμίᾳ ἐστὶ, καὶ φίλοι φίλους ἀποστρέφονται γυμνοὺς, καὶ γνήσιοι ἰδίους, καὶ τέκνα ἰδόντα γεγυμνωμένον πατέρα ἔστρεψαν τὰς ἑαυτῶν ὄψεις, τοῦ μὴ ἐνατενίσαι γυμνῷ τῷ σώματι τοῦ Πατρὸς, καὶ ὀπισθοφανῶς ἀπελθόντες ἐπεχάλυψαν αὐτὸν, καὶ οὕτως ἐπέστρεψαν τὰς ὄψεις. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἀπέστραπτα· τὰς ψυχὰς τὰς μὴ ἐνδεδυμένας τὸ τοῦ Πνεύματος ἔνδυμα ἐν πληροφορίᾳ, τοὺς μὴ ἐνδεδυμένους τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ.

II. Αὐτὸς ὁ πρῶτος ἀνθρωπος θεασάμενος ἑαυτὸν γυμνὸν ἠσχύνθη· τοσαύτη ἀτιμία τῇ γυμνότητι πρόσκειται. Εἰ οὖν ἐπὶ τῶν σωματικῶν τοσαύτην αἰσχύνην δείκνυσιν ἡ γυμνότης, πόσῃ μᾶλλον ἡ γυμνὴ ἀπὸ θείας δυνάμεως ψυχὴ, ἡ μὴ φοροῦσα καὶ ἡμφιεσμένη τὸ ἀρρήτον καὶ ἀφθαρτον, καὶ πνευματικὸν ἔνδυμα, αὐτὸν τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν ἀλη-

mus atque cogamus nos ipsos ad humilitatem, vel invito animo, et ad mansuetudinem et ad dilectionem, precantes atque obsecrantes Deum in fide, spe ac dilectione, indesinenter hac expectatione atque scopo freti, ut mittat Spiritum suum in corda nostra, quo precemur et adoremus Deum in Spiritu et veritate.

IX. Ipse quoque Spiritus docebit nos veram primum rationem, quas nunc, ne vi quidem adhibita, possumus facere. Viscera quoque misericordiae, benignitatem et omnia mandata Domini docebit nos facere revera absque ulla molestia aut coactione, prout novit Spiritus ille replere nos fructu suo. Atque hoc pacto mandatis Dei a nobis impletis beneficio Spiritus sui, qui solus novit voluntatem Domini, quique Spiritus nos consummat in se, ac perfectus in nobis, purificatis ab omni inquinamento, ac sordibus peccati, velut sponsas venustas, animas nostras puras et immaculatas Christo exhibebit, requiescentibus nobis in Deo, in regno ejus, ac Deo requiscente in nobis in infinita saecula. Gloria sit miserationibus ejus, misericordiae ac dilectioni, quod tanto honore et gloria dignatus sit genus humanum, quos dignos judicaverit, ut vocaret filios Patris caelestis ac proprios fratres. Ipse gloria in saecula. Amen.

HOMILIA XX.

Solus Christus, verus medicus interioris hominis, sanare potest animam, eamque vestimento gratiae suae exornare.

I. Si quis nudus sit et careat indumento divino ac caelesti, quod est potentia Spiritus, sicut dictum est: *Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*: ploret atque obsecret Dominum, ut caelitus consequatur spirituale indumentum, quae induat animam divina virtute spoliata: qui multo pudore ac infamia affectionum induitur, qui vestimento Spiritus amictus non est. Quemadmodum enim in rebus externis, si quis nudus sit, summo pudore atque infamia afficitur; et amici nudos aversantur amicos, et germani suos, et liberi viso nudo patre, averterunt facies suas, ne intuerentur nudum corpus patris, et retrorsum progressi operuerunt eum, et sic averterunt vultum: eodem modo Deus aversatur animas, non exornatas indumento Spiritus cum fidei certitudine, eos, inquam, qui non induerunt Dominum Jesum Christum in virtute et veritate.

II. Primus quoque homo, conspiciens se nudum esse, erubuit. Tanta ignominia nuditatem comitatur. Si ergo in rebus corporalibus tantum dedecus conciliat nuditas, quanto majore anima, quae denudata est virtute divina, nec gestat, aut exornata est ineffabili, incorruptibili ac spirituali indumento, ipso scilicet Domino Jesu Christo in veritate,

* Rom. viii, 9. * Gen. ix, 25. † Gen. iii, 7.

quanto majore, inquam, pudore atque ignominia affectionum circumdata et amicta est? Quicumque ergo caret divina illa gloria, ita debet sui ipsius pudore duci, atque agnoscere suam ipsius ignominiam, sicut Adam erubuit corpore nudus cum esset. Quamvis construxisset sibi ex foliis ficus amictum⁸, nihilominus pudore afficiebatur, mendicitate et nuditate sua cognita atque perspecta. Postulet igitur ejusmodi anima a Christo, qui largitur atque exornat eam gloria in lumine arcano: nec consuta sibi veste vanarum cogitationum arbitretur, propriæ justitiæ opinione decepta, se habere vestimentum ipsius salutaris.

III. Si enim in sua justitia atque redemptione solum quis perstiterit, frustra ac temere labores ille suscipit. Omnis enim opinio justitiæ ejus, velut pannus menstruatae apparet in extremo die, ut inquit propheta Isaias: *Facta est universa justitia nostra tanquam pannus menstruatae*⁹. Obsecremus igitur Deum atque rogemus, ut amiciamur indumento ipsius salutaris, Domino nimirum Jesu Christo, arcano lumine, quem gestantes animæ non exuentur in sæculum; sed in resurrectione corpora quoque eorum glorificabuntur gloria luminis, quo amictæ nunc sunt fideles ac generosæ animæ, sicut Apostolus ait: *Qui excitavit Christum ex mortuis, vivificabit et mortalia corpora nostra, propter ipsius Spiritum inhabitantem in nobis*¹⁰. Gloria sit ineffabili ejus miserationi atque inenarrabili misericordiae ejus.

IV. Et iterum: *Quemadmodum mulier fluxu sanguinis laborans, cum crederet fidevera, et fimbriam vestimenti Domini contingeret*¹¹, statim sanitatem consecuta est, atque exsiccatus est fluxus impuri fontis sanguinis: sic omnis anima incurabili vulnere peccati percussa, ac fonte obscenarum pravatumque cogitationum obruta, si progressa ad Christum supplices preces fecerit, eique vere crediderit, sanitatem salutarem consequitur ab incurabili fonte affectionum, atque exsiccatur fons ille deficiens, qui immundas cogitationes ejaculabatur, virtute solius Jesu: alius vero hoc vulnus curare prorsus nequit. Tantam enim operam ac diligentiam adhibuit hostis in Adæ transgressione, ut vulneraret ac tenebris offunderet interiorem hominem, mentem nimirum ducem hominis, quæ Deum intuebatur. Respexerunt ergo postmodum oculi ejus ad vitia et affectiones, a bonis cælestibus exclusi.

85 V. Tantis igitur vulneribus affectus est, ut nemini datam sit ea curare, nisi soli Domino, cui soli possibile est. Ipse enim veniens, *Sustulit peccata mundi*¹², hoc est, impurum illum fontem cogitationum animæ exsiccavit. Quemadmodum enim illa, quæ sanguinis profluvio laborabat, cum omnia sua bona in medicos impendisset¹³, a nullo tamen eorum curata est; donec progressa ad Dominum,

Α θεία, πλεονα καὶ αἰσχύνῃ καὶ ἀτιμίαν παθῶν περιδέληται; καὶ πᾶς τις ὢν γυμνὸς ἀπὸ τῆς θείας ἐκείνης δόξης, οὕτως ὀφείλει ἑαυτὸν ἐπαισχύνεσθαι, καὶ γινώσκειν ἀτιμίαν αὐτοῦ, ὡσπερ σωματικῶς: Ἄδὰμ ἤσχύνετο γυμνὸς ὢν, κὰν ἐποίησεν ἑαυτῷ ἐκ συκῆς φύλλον περιδῆλμα, ὁμῶς τὴν αἰσχύνῃ ἐφέρει τὴν πτωχείαν ἑαυτοῦ ἐπιγινώσκων· αἰτεῖται οὖν ἢ τοιαύτη ψυχὴ παρὰ τοῦ διδόντος καὶ ἀμφιεννύτας δόξαν Χριστοῦ ἐν φωτὶ ἀρρήτῳ, μὴ ποιούσα ἑαυτῇ ἱμάτιον λογισμῶν ματαίων, δοκῆσαι ἰδίας δικαιοσύνης ἀπατωμένη καὶ νομιζούσα ἔχειν ἀμφιον σωτηρίου.

Β. Εἰ τις γὰρ ἐν τῇ ἐξουτοῦ μόνον ἱσταται δικαιοσύνη καὶ ἀπολυτρώσει, ματαίως καὶ κενῶς κοπιᾷ. Πᾶσα γὰρ ἡ ὀφθαλμὸς τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης φανεροῦται ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ, ὡς φησὶν Ἡσαίας ὁ προφήτης, Ἐγενήθη πᾶσα ἡ δικαιοσύνη ἡμῶν ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης. Αἰτησωμεν οὖν καὶ δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ ἐνδύσασθαι τὸ ἱμάτιον τοῦ σωτηρίου, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸ ἀρρήτῳ φῶς, ὃν φορέσασαι ψυχὰ οὐκ ἀποδυθήσονται εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλλ' ἐν τῇ ἀναστάσει καὶ τὰ σώματα αὐτῶν δοξασθήσονται ὑπὸ τῆς δόξης τοῦ φωτός, οὐ περιδέληται ἀπὸ τοῦ νῦν αἰ πιστῶν καὶ εὐγενεῖς ψυχῶν, καθὼς φησὶν ὁ Ἀπόστολος· Ὁ ἐγγεγραμμένος Χριστὸν ἐκ νεκρῶν, ζωοποιήσῃ καὶ τὰ θνητὰ σώματα ἡμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ἡμῖν. Δόξα τῇ ἀρρήτῳ εὐσπλαγχνίᾳ, καὶ τῷ ἀφράστῳ ἐλεει αὐτοῦ.

Γ. Καὶ πάλιν, Ὡσπερ ἡ αἰμορροοῦσα γυνὴ πιστεύσασα ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἀψυμένη τοῦ κρασπέδου τοῦ Κυρίου, εὐθέως ἰάσασθαι ἔτυχεν, καὶ ἐξηράνθη ἡ ῥύσις τῆς ἀκαθάρτου πηγῆς τοῦ αἵματος· οὕτω πᾶσα ψυχὴ ἔχουσα τὸ ἀνίατον τραῦμα τῆς ἀμαρτίας, τὴν πηγὴν τῶν ἀκαθάρτων καὶ κτηνῶν λογισμῶν, ἐὰν προσέλθῃ τῷ Χριστῷ, καὶ δεηθῇ πιστεύσασα ἐν ἀληθείᾳ, ἰάσεως σωτηρίου τυγχάνει ἐκ τῆς ἀνιάτου πηγῆς τῶν παθῶν, καὶ ξηραίνεται ἐκλείπουσα ἢ πηγὴ ἐκείνη, ἢ τοὺς ἀκαθάρτους λογισμοὺς βρῦουσα, διὰ τῆς δυνάμεως Ἰησοῦ μόνου· ἄλλω δὲ τινι ἰάσασθαι τὸ τραῦμα τοῦτο ἀδύνατον. Οὕτως γὰρ ἐπατήδευσεν ὁ ἐχθρὸς ἐν τῇ τοῦ Ἄδὰμ παραβάσει, ὥστε τραυματίσαι καὶ σκοτίσαι τὸν ἕω ἄνθρωπον, τὸν ἡγεμόνα νοῦν τὸν ὄρῳνα Θεόν. Διέβλεψαν λοιπὸν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὰ κακὰ καὶ τὰ πάθη, ἀποκλεισθέντες τῶν ἐπουρανίων ἀγαθῶν.

Δ. Οὕτως οὖν ἐτραυματίσθη, ὥστε μηδὲν δυνατὸν εἶναι ἰάσασθαι, εἰ μὴ μόνῳ τῷ Κυρίῳ, τῷ μόνῳ δυνατόν ἐστιν. Αὐτὸς γὰρ εἰπὼν, Ἦος τῆς ἀμαρτίας τοῦ κόσμου, τοῦτέστι, τὴν ἀκαθάρτων πηγὴν τῶν διαλογισμῶν τῆς ψυχῆς ἐξήρανε. Ὡσπερ γὰρ ἐκείνη ἡ αἰμορροοῦσα πάντα τὰ ἑαυτῆς δακνύσασα τοῖς ἰατροῦσαι δυναμένοις, παρ' οὐδενὸς ἐθεράπευθη τούτων, ἕως οὗ πρόσήγγισεν τῷ Κυρίῳ.

⁸ Gen. iii, 7. ⁹ Isa. lxiiv, 6. ¹⁰ Rom. viii, 11.

¹¹ Matth. ix, 20. ¹² Joan. i, 20. ¹³ Matth. ix, 20.

πιστεύσασα ἐν ἀληθείᾳ, καὶ ἀψαμένη τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ, καὶ οὕτως εὐθέως ἤσθετο τῆς ἰάσεως· καὶ ἔστη ἡ ῥύσις τοῦ αἵματος· οὕτω τὴν ψυχὴν τραυματισθεῖσαν ἐξ ἀρχῆς τραῦμα ἀνίαντον παθῶν κακίας, οὐδέεις οὔτε δικαίων, οὔτε Πατέρων, οὔτε προφητῶν, οὔτε πατριαρχῶν ἴσχυσε θεραπεῦσαι.

Γ'. Μωϋσῆς ἦλθεν, ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθη ἰασιν παντελῆ δοῦναι· ἱερεῖς, δῶρα, ἀποδεκατώσεις, σαββατισμοί, νεομηνίαι, βαπτίσματα, θυσίαι, ὀλοκαυτώσεις, καὶ πᾶσα ἡ λοιπὴ δικαιοσύνη ἐπετελεῖτο ἐν τῷ νόμῳ, καὶ ἡ ψυχὴ ἰαθῆναι ἐπὶ τῆς ἀκαθάρτου ῥύσεως τῶν κακῶν λογισμῶν οὐκ ἠδυνήθη, καὶ πᾶσα ἡ δικαιοσύνη αὐτῆς θεραπεῦσαι αὐτὸν οὐκ ἴσχυσεν, ἕως οὗ ἦλθεν ὁ Σωτὴρ ὁ ἀληθινὸς ἰατρὸς, ὁ ὠρεᾶν ἰώμενος, ὁ ἑαυτὸς ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων λύτρῳσι καὶ ἰασιν τῆς ψυχῆς ἐποίησεν· αὐτὸς ἡλευθέρωσεν αὐτὴν ἐκ τῆς δουλείας, καὶ ἐξήγαγεν αὐτὴν ἐκ σκοτίας, ἰδίῳ φωτὶ δοξάσας αὐτήν· αὐτὸς ἐξήρανε τὴν ἐν αὐτῇ πηγὴν τῶν ἀκαθάρτων λογισμῶν· Ἰδοὺ γάρ, φησὶν, ὁ Ἄμνός τοῦ Θεοῦ, ὁ αἱρῶν τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

Ζ'. Οὐ γὰρ ἠδύνατο τὰ ἴδια ἐκ γῆς φάρμακα, τουτέστι τὰ ἑαυτῆς δικαιώματα μόνον θεραπεῦσαι καὶ ἰάσασθαι αὐτὴν ἐκ τῆς τηλικαύτης ἀοράτου πληγῆς, ἀλλὰ διὰ τῆς οὐρανοῦ καὶ θείας φύσεως τῆς ὠρεᾶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ τοῦτου φαρμάκου μόνου ἠδυνήθη ἰάσεως τυχεῖν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ζωῆς ἐπιφέσθαι, καθαρισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὴν καρδίαν. Ἀλλ', ὥσπερ ἐκεῖ ἡ γυνὴ κἄν ἰαθῆναι οὐκ ἠδυνήθη, καὶ τετραυματίστο, ἀλλ' ὁμῶς πύδας εἶχε τοῦ ἐλθεῖν πρὸς τὸν Κύριον, καὶ ἐλθοῦσα τυχεῖν ἰάσεως· ὁμοίως καὶ ὁ τυφλὸς ἐκεῖνος, κἄν ὑπερβῆναι οὐκ ἠδύνατο, καὶ ἐλθεῖν πρὸς τὸν Κύριον διὰ τὸ μὴ βλέπειν, ἀλλ' ὀφύτεραν ἀγγέλων ἀπέστειλε τὴν φωνήν. Ἐλεγε γάρ, *Υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με*· καὶ οὕτω πιστεύσας, ἰάσεως ἔτυχεν, ἐλθόντος τοῦ Κυρίου πρὸς αὐτὸν καὶ διαβλέψαι ποιήσαντος, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ, κἄν τετραυματίσται τραύμασι παθῶν ἀτιμίας, κἄν τετύφλωται ὑπὸ τοῦ σκοτοῦ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ὁμῶς ἔχει θέλημα τοῦ βοῆσαι καὶ καλεῖσαι Ἰησοῦν, ἵνα αὐτὸς ἐλθὼν λύτρῳσιν αἰώνιον ποιῆσῃ τῇ ψυχῇ.

Η'. Ὅσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ τυφλός, εἰ μὴ ἐδόξασε, καὶ ἡ αἰμοβρόουσα προσῆλθε τῷ Κυρίῳ, οὐκ ἂν ἐτύγχανον ἰάσεως· οὕτως, ἐὰν μὴ τις ἐκ τοῦ ἰδίου θελήματος, καὶ ὀλης προαιρέσεως ἔλθῃ πρὸς Κύριον, καὶ μετὰ πληροφροῦν πίστεως δεηθῇ, ἰάσεως οὐ τυγχάνει. Διὰ τί γὰρ ἐκεῖνοι πιστεύσαντες ἰώντο εὐθέως, ἡμεῖς δὲ οὕτω διεβλέψαμεν ἐξ ἀληθείας, καὶ οὐκ ἰάθημεν ἐκ τῶν κρυφίων παθῶν; καίτοι μάλλον ὁ Κύριος φροντίδα ποιεῖται ὑπὲρ τῆς ἀθανάτου ψυχῆς, ἢ ὑπὲρ τοῦ σώματος· ἥτις ἐὰν διαβλέψῃ κατὰ τὸν λέγοντα, *Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου*, οὐκέτι εἰς τὸν αἰῶνα τυφλωθήσεται, καὶ λαθεῖσα οὐκέτι τραυματισθήσεται. Εἰ γὰρ ἐπιμέλειαν τῶν

et credens in veritate, tetigit simbriam vestimenti ejus; et sic mox sanitatem se consecutam esse sensit, ac stetit profluvium sanguinis: sic quoque animam sauciatam ab initio vulnere incurabili vitiosarum affectionum, nullus nec justorum, nec Patrum, nec prophetarum, nec patriarcharum curare potuit.

VI. Moses quidem venit, sed sanitatem perfectam conferre nequivit. Sacerdotes, munera, decimationes, sabbatismi, neomeniæ, ablutiones, sacrificia, holocausta, et universa reliqua justitia consummabatur in lege; nec tamen anima sanari ac purificari ab impuro fluxu pravatum cogitationum potuit; nec universa justitia ejus curare ipsum valuit, donec venit Salvator, verus medicus, qui gratis sanat: qui se ipsum pro humano genere in pretium redemptionis tradens, solus ipse magnam et salutarem redemptionem ac sanitatem animæ operatus est. Ipse liberavit eam a servitute, et eduxit eam ex tenebris, suo lumine eam illustrans: Ipse exsiccavit in ea fontem immundarum cogitationum: *Ecce enim, inquit, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi* ¹⁴.

VII. Non enim potuerunt terrena ejus medicamenta, hoc est justificationes ejus solæ, curare et sanare illam a tanta invisibili plaga: sed cœlestis et divinæ naturæ beneficio, doni nimirum Spiritus sancti, hujus medicamenti solius ope potuit sanitatem consequi homo, et ad vitam pervenire, purificato corde a Spiritu sancto. Cæterum, quemadmodum ibi mulier, quamvis vulnerata, curari non poterat; nihilominus pedes habebat, quibus accederet ad Dominum, et veniens sanationem consequeretur: itidem et cæcus ille, quamvis incedere non poterat, et venire ad Dominum eo quod visu destitueretur, acutiorem tamen angelis emisit vocem. Agebat enim: *Fili David, miserere mei* ¹⁵: et ita credens, sanitatem consecutus est, veniente ad illum Domino, eique visum restituente: sic quoque anima, quamvis sauciata sit ignominiosarum affectionum vulneribus, quamvis obcæcata sit tenebris peccati, nihilominus habet voluntatem clamandi et invocandi Jesum, ut ipse veniens æternam redemptionem animæ procuret.

VIII. Quemadmodum enim cæcus ille, nisi clamasset, et nisi quæ profluvio sanguinis laborabat, ad Dominum accessisset, sanationem non fuisset consecutus: eodem modo, nisi quis proprio motu ac integro proposito ad Dominum accedat, et cum plenitudine fidei eum deprecetur, nullo modo sanationis sit particeps. Cur enim illi simul ac crederent sanabantur, nos autem nondum revera visum recepimus, nec ab occultis affectionibus sanati sumus? Verum Dominus majorem gerit curam immortalis animæ, quam corporis. Quæ quidem visui restituta, secundum eum, qui dicit: *Revela oculos meos* ¹⁶, in æternum non amplius excæcabi-

¹⁴ Joan. 1, 29. ¹⁵ Matth. xv, 22. ¹⁶ Psalmi. cxviii, 18.

tur, et sanata non amplius vulnerabitur. Si enim corruptibilem corporum curam suscepit Dominus, in mundum cum venisset; quanto magis animæ immortalis **86** et secundum imaginem ejus conditæ? Propter incredulitatem autem nostram et seditionem nostram, quod non diligamus eum ex toto corde, neque vere ei credamus, nondum spiritualem sanitatem ac salutem consecuti sumus. Credamus ergo ei, et accedamus in veritate, ut velociter veram sanationem in nobis adimpleat. Promisit enim se largiturum *postulantibus a se Spiritum sanctum, ac pulsantibus aperturum, et a quærentibus inventum iri*¹⁷. Atque: *Non mentitur, qui promisit*¹⁸. Ipsi gloria et potentia in sæcula. Amen.

HOMILIA XXI.

Christiano homini duplex incumbit bellum, internum videlicet et externum. Hoc quidem, cum recedit ipse a distractionibus terrenis; illud vero in corde adversus cogitationes spirituum malorum.

I. Quicumque vere Deo placere exoptat, ac veras adversus adversariam partem inimicitias suscipit, hunc duplici conflictu ac duplici certamine dimicare oportet: tum in rebus visibilibus hujus vitæ, a distractionibus terrenis, ac dilectione vinculorum mundanorum, atque affectionibus peccati abhorrentem: tum in occultis contra ipsos malitiæ spiritus præliantem, de quibus Apostolus aiebat: *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus mundi dominos, rectores tenebrarum sæculi hujus, adversus spirituales astutias in caelestibus*¹⁹.

II. Duobus enim modis et vinculis devinctus homo est, postquam mandatum transgressus extra limites paradisi projectus est. In hac nimirum vita, rebus ad vitam pertinentibus, ac dilectione mundi, carnalium nempe voluptatum et affectionum, divitiarum et gloriæ; ac creaturarum, uxoris et liberorum; consanguinitatis, patriæ, locorum, et indumentorum, et, ut summam dicam, omnium quæ visui patent, et quibus verbum Dei præcipit eum exsolvi propria voluntate (qui ea, quæ oculis subjecta sunt, sponte quisque sectatur), ut ab iis omnibus se expediens ac liberans, perfecte mandatum observare possit. Intus vero intricata, circumvallata, muris cincta, atque catenis tenebrarum devincta est anima, per spiritus malitiæ, ita ut non possit pro lubitu diligere Dominum, nec pro lubitu credere, nec pro lubitu adorare. Nam penitus contrarietas tam in manifestis quam occultis rebus post transgressionem primi hominis nos invasit.

III. Si quis itaque audite verbo Dei pugnam inierit, atque ad hanc vitam spectantia et laqueos mundi a se projecerit, omnesque carnis voluptates repudiaverit, ex his se ipsum expediens; tum in Domini intentione perseveraverit: cognoscere hic

obtineant. Non licebit de alio monasterio, sine voluntate ejus qui præest Patris, fratres recipere (22), sed nec videre oportet, dicente Apostolo: *Quia qui primam fidem irritam fecit, est infideli deterior*²². Quod si precatus fuerit ab eo qui præest Patre, ut in alio monasterio ingrediatur, commendetur ab eo ei qui præest, ubi esse desiderat; et sic suscipiatur. Nam sine voluntate (23) qui præesse debet in monasterio Patris, nullatenus alibi recipiatur frater. Quod si præsumpserit talia facere, noverit se in synodo episcoporum, aut in conventu fratrum suorum in audientiam venire: et tunc recedet tanquam junior suus, donec ab eo cui injuriam fecit veniam petat; ut non per ipsius vitium alii despiciantur Patres. Ille vero monachus quantos fratres in alio monasterio invenerit, tantos se noverit habere priores. Nec attendendum est, qui fuit antea; sed probandum est, qualis esse cœperit. Susceptus 245 vero si habere videatur aliquid, sive in rebus, sive in codicibus, ultra ei possidere non licebit, ut possit esse perfectus, quod alibi non potuit. Residentibus vero fratribus, si fuerit aliqua de Scripturis collatio, et fuerit ex his (24) talis scitus, non ei licebit aliquid dicere, nisi præceptum ei fuerit a Patre (25).

CAP. XIV.

Idemque: Qualiter clerici hospites suscipiendi sunt in monasterio.

Cum omni reverentia ut ministri altaris: non licebit nisi ipsis orationem complere, sive ostiarius, sive minister est templi Dei. Quod si aliquo casu lapsus est, et in eo quod dicitur probatus crimine, non liceat ei ante eum qui præest Patrem, vel secundum complere. Nulli permittatur clerico in monasterio habitare, nisi ei tantummodo quem lapsus peccati ad humilitatem deduxit, et est vulneratus; ut in monasterio humilitatis medicina sanetur. Hæc vobis tenenda sufficiant, fratres, custodienda convenient, et eritis irreprehensibiles in populo Dei.

CAP. XV.

Qualiter culpæ singulorum emendentur.

Nec hoc tacendum est, qualiter culpæ singulorum emendentur: pro qualitate culpæ erit excommunicatio. Ergo iste ordo teneatur. Si quis ex fratribus sermonem otiosum emiseric, ne reus sit concilii, præcipimus eum triduo a fratrum congre-

¹⁴ I Cor. iv, 12. ¹⁵ I Cor. ix, 27. ¹⁷ Joän. xii, 6. ¹⁸ I. Tim. iii, 13. ²⁰ Matth. xviii, 16. ²¹ I Tim. v, 12.

(14) *Præcepit. Ms. Præcepit dicens.*

(15) *Quod si infirmus est animo. Ms. Quod si firmus est corpore.*

(16) *Præveniant.* Post hanc vocem addit ms. *iste ordo teneatur.*

(17) *Et decernere debet ille.* Hæc desunt in ms. Et statim idem cod. *qualis habet pro quomodo.*

(18) *Gradum. Ms. gradum sibi aca.*

(19) *Meruit. Ms. meruerit.*

(20) *Alius. Ms. Item alius.*

(21) *Nec. Ms. Nec hoc tac.*

(22) *Recipere.* Post verbum hujusmodi addit ms. *et non solum non recipere*: quæ quidem ob ejusdem verbi repetitionem librario exciderint, ut ex contextu liquet.

(23) *Nam sine voluntate cæt.* Hæc et sequentia usque ad ea, *Ille vero monachus*, desunt in ms.

(24) *Ex his*]. Deest præpositio in ms. et quidem rectius.

(25) *A Patre*], Ms. *ab eo qui præest.* Hic vero desinit codex. Vat. neque tria ultima capita agnoscit.

gatione vel colloquio esse alienum, ut nullus cum A eo jungatur. Si vero aliquis deprehensus fuerit in risu, vel in scurrilitate sermonis, sicut ait Apostolus, *quæ ad rem non pertinet* ²¹, jubemus hujusmodi duarum hebdomadarum spatio in nomine Domini omni flagello humilitatis coerceri, dicente Apostolo: *Si quis frater nominatur iracundus, aut superbus, aut maledicus, hunc notate* ²². Et: *Non odite ut inimicum, sed corripite ut fratrem* ²³. Et in alio loco: *Si quis frater fuerit præventus in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite hujusmodi* ²⁴, et corripite fratrem; ita ut per humilitatis frequentiam non reprobis, sed probatus in congregatione perseveret.

CAP. XVI.

Ut sine personarum acceptione æqualiter judicetur.

Hoc ante omnia præcipimus vobis qui huic officio præestis, ut personæ a vobis non accipiantur, sed æquali affectu omnes diligantur, et per correctionem omnes sanentur: quia æqualitas placet apud Deum, dicente Propheta: *Si vere utique* **246** *justitiam loquimini, juste judicate, filii hominum* ²⁵. Nec latere vos volumus, quia qui non corripit errantem, noverit se pro eo rationem redditurum. Estote fideles et boni doctores ad omnes: corripite inquietos: suscipite infirmos: patientes estote ad omnes: et quantos fueritis lucrati, pro tantis mercedem accipietis, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

²¹ Ephes. v, 4. ²² I Cor. v, 11. ²³ II Thess. III, 15. ²⁴ Gal. vi, 1. ²⁵ Psalm. LVII, 2.

REGULA ALIA AD MONACHOS.

PRÆFATIO.

Cum resideremus in unum in nomine Domini nostri Jesu Christi, secundum traditionem Patrum sanctorum virorum, visum est nobis conscribere vel regulam ordinare, quæ in monasterio teneatur ad profectum fratrum; ut neque nos laboremus, neque sanctus præpositus qui constitutus est in loco, dubitationem aliquam pati possit: ut omnes *unanimis*, sicut scriptum est, *et unum sentientes* ²⁶, invicem honorantes, ea quæ statuta sunt a Domino jugi observatione custodiant.

CAP. I.— *De unanimitate charitatis, et de diligendo ac obtemperando abbati.*

Ante omnia habentes charitatem, humilitatem, patientiam, mansuetudinem, vel cætera quæ docet sanctus Apostolus ²⁷; ita ut nemo quidquam suum vindicet, sed, sicut scriptum est in Actibus apostolorum, habeant omnia communia ²⁸. Ille vero qui præpositus est, Dei judicium et ordinationem sacerdotis in omnibus timere, diligere et obaudire debet secundum veritatem: quia si quis illum putat se spernere, Deum spernit, sicut scriptum est: *Qui vos audit, me audit: et qui vos spernit, me spernit: et qui me spernit, spernit eum qui me misit* ²⁹. Ita ut sine ipsius voluntate nullus frater quidquam agat, neque accipiat ab aliquo aliquid, neque det, nec usquam prorsus recedat sine verbo.

CAP. II. — *Ut non se fabellis vanis destruant, et ut in conventu nisi interrogatus quis loquatur.* **D**

Observantes etiam hoc, ut non se invicem fabulis vanis destruant, sed unusquisque opus suum meditetur et custodiat, et cogitationes habeat apud

B Deum. In conventu omnium nullus junior quidquam nisi interrogatus loquatur. Cæterum si quis vult consolationem accipere vel verbum audire, secretum et opportunum tempus requirat.

CAP. III. — *Ut advenienti peregrino, nihil plus exhibeat quis, quam occursum humilem et pacem.*

Advenienti peregrino nihil plus exhibeat quam pacem: reliquum non sit illi cura unde venerit, pro quo venerit, vel quando ambulaturus sit, nec se jungat ad fabulas cum illo.

CAP. IV.— *Ut præsentem seniore psallendi loquendive non habeat facultatem.*

Illud quoque observandum est, ut præsentem seniore quocunque, vel præcedente in ordine psallendi, sequens non habeat facultatem loquendi vel aliquid præsumendi, nisi tantum is qui in ordine, ut dictum est, præcedere videtur. Hoc usque ad imum ante omnia in oratione, seu in opere, sive in responso, dando erit servandum. Si vero simplicior fuerit, vel impeditior sermone, et dederit locum, ita demum sequens loquatur. *Omnia tamen in charitate fiant* ³⁰, non per contentionem vel aliquam præsumptionem.

CAP. V. — *De cursu orationis, et horis operandi, ac de correctione delinquentium.*

Cursus vero orationum vel psalmodiarum, sicut dudum statutum est, ultra tempus istud meditandi operandique servabitur. Ita meditationem habeant fratres, ut usque ad horam secundam legant; si tamen nulla causa extiterit, qua necesse sit etiam **247** prætermissa meditatione aliquid fieri in commune. Post horam vero secundam unusquisque ad

²⁶ Philipp. II, 2. ²⁷ Coloss. III, 12-14. ²⁸ Act. IV, 32. ²⁹ Luc. X, 16. ³⁰ I Cor. XVI, 14.

opus suum paratus sit : et usque ad horam nonam **A** quidquid injunctum fuerit, sine murmuratione vel hæsitatione ⁴¹ perficiat, sicut docet sanctus Apostolus. Si quis autem murmuraverit, vel contentiosus exstiterit, aut opponens in aliquo contrariam voluntatem præceptis, digne correctus tam diu abstineat, quam diu vel culpæ qualitas poposcerit, vel se pœnitendo humiliaverit atque emendaverit. Correctus autem non audeat usquam recedere. Si quis vero de fratribus, vel qui in oratorio sunt, vel qui in cellis consistunt, ejus errori consenserit, culpabilis erit, atque excommunicatione dignissimus.

CAP. VI. — *De his qui ad opus Dei tarde occurrunt.*

Ad horam vero orationis dato signo si quis non statim prætermissis omni opere quod agit (quia nihil orationi præponendum est) paratus fuerit, foras excludatur confundendus. Operam vero dabunt **B** singuli fratres, ut tempore quæ missæ (26) fiunt, sive die, sive nocte, quando diutius ad orationem standum est non deficiant, vel superfluo foras recedant; quia scriptum est in Evangelio: *Oportet autem semper orare, et non deficere* ⁴². Et alio loco: *Non impediarius orare semper* ⁴³. Si quis autem non

⁴¹ Philipp. II, 14. ⁴² Luc. XVIII, 1. ⁴³ Eccli. XVIII, 22. ⁴⁴ I Petr. V, 5. ⁴⁵ Luc. XIV, 11. ⁴⁶ Matth. XVIII, 27.

(26) *Missæ*. Orationes et collectæ quæ in fine versus a sacerdote dicebantur dictæ *Missæ*, eo quod Deo missæ sint. Aliquando accipiuntur pro horis canonicis et cursibus nocturnis, prout hic.

necessitate, sed magis vitio procedendum putaverit, sciat se, cum deprehensus fuerit, culpabilem iudicandum, quia per suam negligentiam et alios in vitium mittit. In vigiliis observandum est, quando omnes conveniunt, quicumque gravatur somno, et exit foras, non se fabulis occupet, sed statim redeat ad opus ad quod convenitur. In congregatione autem ipsa ubi legitur, aurem semper ad Scripturas habeant, et silentium observent omnes.

CAP. VII. — *Ut frater qui pro qualibet culpa arguitur, patientiam habeat; et ut ad mensam nemo loquatur.*

Hoc etiam addendum fuit, ut frater qui pro qualibet culpa arguitur vel increpatur, patientiam habeat, et non respondeat arguenti; sed humiliat se in omnibus secundum præceptum Domini dicentis: *Quia Deus humilibus dat gratiam, superbis autem resistit* ⁴⁴. Et, *Qui se humiliat exaltabitur* ⁴⁵. Qui vero sæpius correptus non se emendaverit, novissimus in ordine stare jubeatur; sicut Dominus dixit: *Sit tibi sicut ethnicus et publicanus* ⁴⁶. Ad mensam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui præest, vel qui interrogatus fuerit.

Vide Menardum ad Concord. regul., pag. 331, 376, 377, qui alias declarationes affert. HOLSTEN., in *Indict. declar.* v. *MISSÆ*.

REGULA TERTIA AD MONACHOS.

CAPUT I. — *De conversis.*

Cum in nomine Domini una cum fratribus nostris convenissemus, imprimis placuit ut regula et instituta Patrum per ordinem legerentur: quibus lectis placuit, si de sæculo quis in monasterio converti voluerit, regula ei introeundi legatur, et omnes actus monasterii illi patefiant. Quod si omnia apte susceperit, sic digne a fratribus in cellula suscipiatur: tum si aliquam in cellulam voluerit inferre substantiam, in mensa ponatur coram omnibus fratribus, velut regula continet. Quod si susceptus fuerit, non solum de substantia quam intulit, sed etiam nec de se ipso ab illa iudicabit hora.

CAP. II. — *Ut abbas nihil sibi proprium vindicet.*

Abbati vero nulli liceat sibi quidquam proprie vindicare, cum omnia Deo proptio in illius maneant potestate. Si quis vero, quod in regula junioribus prohibetur, sibi aliquid ex successione parentum, seu quolibet donato retinere præsumserit, et non omnia in commune posuerit, a fratribus arguatur. Si in vitio perstiterit, in notitiam episcopi deferatur: qui si ab episcopo correptus nec sic emendaverit, deponatur.

C CAP. III. — *De vestimentis monachorum.*

Vestimenta vero fratribus necessaria ita abbas omnibus ordinare debet, quæ monachis deceant; non diversis coloribus tincta, exceptis cucullis quæ comparantur, si fuerint nigræ, uti eas debere censemus.

CAP. IV. — *Ut nulla mulier ad monasterium vel agrum monachorum accedat.*

Familiaritatem mulierum, tam parentum, quam extranearum pro custodienda vita, **248** vel caveadis laqueis diaboli, ab omnibus monasteriis vel culturis monachorum; seu frequentationem monachorum a monasteriis puellarum, sicut regula docet, prohibere, censemus. Neque ulla mulier interius atrium monasterii ingredi audeat. Quod si cum consilio vel voluntate abbatis monasterium vel cellulas monachorum quædam fuerit ingressa, merito ipsis abbas et nomen abbatis reponat, et inferiorem se omnibus presbyteris recognoscat: quia talis sancto gregi præponi debet, qui eos immaculatos Deo offerre procuret; non per quaslibet familiaritates diabolo sociare festinet.

CAP. V. — *De lectione et operatione monachorum.*

Matutino dicto fratres lectioni vacent usque

ad horam secundam : si tamen nulla causa exstiterit, qua necesse sit etiam prætermissa lectione aliquid fieri in commune. Post horam secundam unusquisque ad opus suum paratus sit usque ad horam nonam : quod injunctum fuerit, *Sine murmuratione perficiet* ⁴⁷.

CAP. VI. — *De his qui ad opus Dei tarde occurrunt.*

Ad horam vere orationis dato signo, qui non statim prætermisso omni opere quod agit (quia nihil orationi præponendum est) paratus fuerit, ab abbate vel præposito corripitur : et nisi prostratus veniam petierit, excommunicatur.

CAP. VII. — *De silentio ad mensam.*

Ad mensam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui præest, vel qui interrogatus fuerit.

CAP. VIII. — *Ut ad necessaria quærenda bini vel terni mittantur.*

Ad necessaria quærenda in cellula, bini egrediantur vel terni fratres : et ita illi, quibus creditur, non qui verbositatem aut gulam sectantur.

CAP. IX. — *Ut nusquam sine præcepto senioris egrediantur.*

Si quis vero extra conscientiam abbatis vel præpositi, qualemcunque locum ingressus, gulæ vel ebrietati se sociaverit ; aut si in proximo transmissus, pro sua levitate vel gula, non statim expedita necessitate ad cellam redierit ; cum in id facinus fuerit detectus, ut canones docent, aut triginta diebus a communione separetur, aut virgis cæsus emendetur.

CAP. X. — *De his qui de monasterio exire voluerint.*

Quod si casu quis frater de cellula ex qualibet scandali causa exire voluerit, nihil penitus nisi nugalissimo (27) induatur vestimento, et extra communionem infidelis discedat.

⁴⁷ Philipp. II, 14.

(27) *Nugalissimo*. Id est, quod risum moveat currentibus, interprete Gangio, qui hunc ipsum recitat in *Glossar.* v. *Nugalissimus*. Eodem sensu accipiendum *notatissimum vestimentum*, cujus inen-

A CAP. XI. — *Ut abbas cum fratribus reficiat omni tempore.*

Illud quoque statuimus, ut abbates omni tempore cum fratribus reficiant : quia eo tempore, quo fratres aut pro negligentia arguere, aut spirituali debent sermone imbuere, absque certa necessitate se removere non debent.

CAP. XII. — *Ut nullus monachus in infirmitate positus parentum studio commendetur.*

Id etiam pro custodienda fama specialiter statuimus, ut nullus monachus in infirmitate positus relicto monasterio parentum suorum studio commendetur : quia magis eum sæcularium spectaculorum visu aut auditu pollui censemus, quam ab ægritudine posse purgari.

CAP. XIII. — *De his qui furtum faciunt.*

Si quis vero monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinandum ; ut junior virgis cæsus tanti criminis reus nunquam officium clericatus excipiat ; si vero jam clericus in id facinus fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur : cui sufficere potest pro actus sui levitate, impleta pœnitentiæ satisfactione, communio.

CAP. XIV. — *Ut nullus alterius monasterii monachum sine permissu abbatis suscipiat.*

Monachum nisi abbatis sui aut permissu aut voluntate ad aliud monasterium commigrantem, nullus abbas aut suscipere aut retinere præsumat. Quod si ad districtiorem regulam non pro actus sui levitate tendentem abbas suus ipsum ad alterum monasterium transire permiserit, ut inde postea sub aliqua occasione aggredi præsumat, nulla ratione permitimus. Sane si quis post hanc diligentissimam sanctionem non observare quæ sunt superius comprehensa præsumpserit, reum se divinitatis pariter et fraternitatis iudicio futurum esse cognoscat.

fio in superiore regula S. Macarii cap. 28, quod Holstenius interpretatur, *parvi momenti ac nullius valoris*.

REGULA ORIENTALIS

EX PATRUM ORIENTALUM REGULIS COLLECTA

A VIGILIO DIACONO.

249 I. Ut neque seniores in regendis fratribus inaniter laborent, neque disciplina juniorum vacillet, quæ abbatibus conversatione stabilita firma sit, oportet abbatem irreprehensibilem esse, severum, patientem, jejunum, pium, humilem : ut doctoris et patris locum impleat, se ipsum formam præbens bonorum operum⁴⁶. Ad cuius ordinationem omnes fratres respiciant, nihil sine consilio et auctoritate ipsius facientes. Qui sustinens monasterii necessitates, de omnibus quæ in monasterio sunt libere iudicabit; nullius personam accipiens, nec ulli gratiam præstans; sed unumquemque secundum merita quotidianæ conversationis in veritate iudicans, admoneat, hortetur, castiget, condemnet : vel suscipiat, si ita utile videtur, venientes ad monasterium; vel ejiciat, si ita necessitas fuerit, male habitantes.

II. In monasterio seniores sint duo, ad quos vel præsentem abbatem vel absentem omnium fratrum disciplina, et omnis cura monasterii pertineat : dantes sibi vices per dies, et dividentes inter se pondus ac necessitatem monasterii; ex quibus unus tempore suo præsentem in monasterio semper erit, ad præstandum abbati solatium, vel obsequium advenientibus fratribus; et ad procedendum ubi necessitas communis exegerit, atque diligentiam circa omnia quæ ad quotidianam custodiam et conversationem monasterii pertinent adhibendam : ut quæcunque ad obsequium usumque monasterii faciendæ sunt, sine negligentia et querela faciant. Alius cum fratribus erit, tempore suo exiturus cum ipsis ad omnia opera et omnem necessitatem, providens ne quid contra disciplinam faciant. Qui considerans omnes actus singulorum, si qua contra rationem facta viderit, vel per se emendet, vel abbati indicet.

III. Ille vero qui secundum ordinem disciplinæ ordinatione abbatibus ex consilio et voluntate omnium fratrum fratribus præpositus est, omnem ad se curam de disciplina fratrum et diligentiam monasterii revocabit; habens potestatem abbate absente faciendi omnia quæ abbas præsentem facit. Ille autem patientiam, mansuetudinem, humilitatem, charitatem, æquitatem, sine personarum acceptione servabit; ita agens, ut nec abbati tedium generet, nec

fratres intemperantia illius laborent. Hæc observabit senior monasterii qui fratribus præpositus est, referens ad abbatem omnia, vel præcipue illa quæ per se non valuerit explicare.

IV. Commendatum aliquod etiam a germano fratre nullus accipiat : nihil in cella sua absque præpositi jussione quispiam habeat, ne poma quidem vilissima, et cætera hujusmodi.

V. Operantes vero fratres nihil loquantur sæculare : sed aut meditentur ea quæ sancta sunt, aut certe silebunt.

VI. Qui autem coquinat, antequam fratres reficiant, non gustabit quidquam.

VII. Nemo in cella aut in domo sua habeat quidquam præter ea quæ in communi monasterii lege præcepta sunt.

VIII. Cumque ad dormiendum se collocaverint, alter alteri non loquatur. Cellam alterius, nisi prius ad ostium percutiat, introire non audeat.

IX. Mutare de his quæ a præposito acceperit cum altero non audebit. Nec accipiat melius, et dabit deterius; aut e contrario dans melius et deterius accipiens. Nemo ab altero accipiat quidpiam, nisi præpositus jusserit.

X. Clausa cella nullus dormiat; nec habeat cubiculum quod claudî possit : nisi forte ætati alicujus vel infirmitati Pater monasterii concesserit.

XI. Nemo a terra solvat funiculum absque jussione patris. Qui in monasterio fratrum invenerit quidpiam, suspendat, ut tollat qui cognoverit.

XII. Ad collectam et ad psallendum nullus sibi occasionem inveniat, quibus se dicat occupatum quasi ire non possit. Et si in monasterio, vel in agro, aut in itinere, aut in quolibet ministerio fuerit, orandi et psallendi tempus non prætermittat.

XIII. Qui minister est, habeat studium ne quid operis pereat in monasterio. In qualicumque omnino arte quæ exercetur a fratribus, si quid perierit, et per negligentiam fuerit dissipatum, increpetur a Patre minister operum : et ipse iterum increpet alium, qui opus perdidit; duntaxat juxta volun-

⁴⁶ Tit. II, 7.

tatem et præscientiam principis, absque quo nullus A increpandi fratrem habebit potestatem.

XIV. Si inventus fuerit unus e fratribus aliquid per contentionem agens, vel contradicens majoris imperio, increpabitur juxta mensuram peccati sui.

XV. Qui mentitur, aut odio quemquam habere fuerit deprehensus, aut inobediens, aut plus joco quam honestum est deditus, aut otiosus, aut dure respondens, aut habens consuetudinem fratribus detrahendi, vel his qui foris sunt; et omnino quidquid contra regulam Scripturarum est et monasterii disciplinam, et audierit Pater monasterii, vindicabit juxta mensuram opusque peccati.

250 XVI. Si omnes fratres viderint præpositum nimium negligentem, aut dure increpantem fratres, et mensuram monasterii excedentem, referant hoc Patri, et ab eo increpetur. Ipse autem præpositus nihil faciat, nisi quod Pater jusserit; maxime in re nova. Quæ ex more descendit, servabit regulam monasterii.

XVII. Præpositus vero non inebrietur, nec sedeat in humilioribus locis. Ne rumpat vincula quæ Deus in cælo condidit, ut observentur in terris. Ne luceat in die festo Domini Salvatoris: dominetur carni suæ, juxta mensuram sanctorum. Non inveniat in excelsis cubilibus, imitans morem gentilium. Non sit duplicis fidei. Non sequatur cordis sui cogitationes, sed legem Dei. Non resistat sublimioribus tumentis animo potestatibus. Ne fremat, nec hirriat iratus super humiliores: nec transferat terminos regulæ. Non sit fraudulentus, neque in cogitationibus verset dolos; nec negligat peccatum animæ suæ; nec vincatur carnis luxuria. Non ambulet negligenter. Non loquatur verbum otiosum. Non ponat scandalum ante pedes cæci. Non doceat voluntatem animam suam. Non resolvatur risu stultorum ac joco. Non capiatur cor ejus ab his qui inepta loquuntur et dulcia. Non vincatur muneribus: non parvulorum sermone ducatur. Non deficiat in tribulatione. Non mortem timeat, sed Deum: non prævaricator sit propter imminentem timorem. Non relinquat verum lumen propter modicos cibos. Non nutet ac fluctuet in operibus suis. Non mutet sententiam, sed firmus sit solidique decreti: justus, cuncta considerans: judicans in veritate absque appetitu gloriæ; manifestus Deo et hominibus, et a fraude procul. Nec ignoret conversationem suorum, nec ad eorum scientiam cæcus existat. Nulli noceat per superbiam; nec sequatur concupiscentias oculorum. Veritatem nunquam prætereat: oderit injustitiam. Secundum personam nunquam judicet pro muneribus, nec condemnet animam innocentem per superbiam. Non rideat inter pueros: non deserat veritatem timore separatus. Non despicat eos qui indigent misericordia. Non deserat justitiam propter lassitudinem; ne perdat animam

suam propter vrecundiam: ne respiciat dapes lautioris mensæ: nec pulchra vestimenta desideret; nec se negligat, sed semper dijudicet cogitationes suas. Non inebrietur vino; sed humilitati junctam habeat veritatem. Quando judicat, sequatur præcepta majorum et legem Dei, quæ in toto orbe prædicata est.

XVIII. Si deprehensus fuerit aliquis e fratribus libenter cum pueris ridere et ludere, et habere amicitias ætatis infirmæ, tertio commoneatur, ut recedat ab eorum necessitudine, et memor sit honestatis, et timoris Dei: si non cessaverit, corripatur ut dignus est correptione severissima.

XIX. Qui contempnunt præcepta majorum et regulas monasterii quæ Dei præcepto constitutæ sunt, et parvipendunt seniorum consilia, corripantur juxta ordinem constitutum, donec corrigantur.

XX. Majores qui cum fratribus mittuntur foras, quandiu ibi fuerint, habebunt jus præpositorum et eorum cuncta regentur arbitrio. Docebunt fratres per constitutos dies; et si forte inter eos ortum fuerit aliquid simultatis, audient ipsi majores, et dijudicabunt causam, et dignum culpa increpabunt; ut ad imperium eorum statim pacem pleno corde consociant.

XXI. Si quis frater contra præpositum suum habuerit tristitiam, aut ipse præpositus contra fratrem aliquam querimoniam; probatæ fratres conversationis et fidei eos audire debent, et dijudicabunt inter eos. Si tamen absens est Pater monasterii vel alicubi profectus, primum quidem expectabunt eum: sin autem diutius vident foris demorari, tunc audient inter præpositum et fratrem; ne diu suspensio judicio tristitia major oriatur; ut et ille qui præpositus est, et ille qui subjectus est, et illi qui audiunt, juxta timorem Dei cuncta faciant, et non dent in ullo occasionem discordiæ.

XXII. Nullus mittatur foras ad aliquod negotium solus. Missi vero non singuli, sed bini vel terni ambulent: ut dum se invicem custodiunt et consolantur, et seniores eorum de honesta eorum conversatione securi sint, et illi non periclitentur. Observantes tamen hoc, ut non se invicem fabulis inanibus destruunt, neque negligentiam dent locum destructionis; sed unusquisque in actu suo attentus sit, prout tempus fuerit.

XXIII. Quando autem reversi fuerint in monasterium, si ante ostium viderint aliquem quærentem suorum affinium, de his qui in monasterio commorantur, non valebunt ire ad eum, et nuntiare, vel evocare. Et omnino quidquid foris gesserint, in monasterio narrare non præsumant.

XXIV. Omnibus erit potestas legendi usque ad horam tertiam: si tamen nulla causa exstiterit, qua necesse sit etiam aliquid fieri. Post horam vero tertiam si quæ statuta sunt, sicut scriptum est,

per superbiam, vel negligentiam, vel desidiam, intercedentem non custodierit, sciat se cum in hoc errore deprehensus fuerit, culpabilem iudicandum; quia per suum errorem et alios in vitium mittit.

XXV. Cellarii vero cura sit, ut abstinentiam et sobrietatem studens, illata in monasterio ad sumptus fratrum diligenter et fideliter servet: nihil suscipiens, nec quidquam tradens sine auctoritate vel seniorum consilio. Qui etiam omnia utensilia quæ in monasterio sunt, id est, vestem, vas, ferramentum, et quidquid usibus quotidianis necessarium est, custodiat; et unamquamque rem proferens, cum fuerit necessarium, ab eo iterum ad reponendum cui utendo consignaverit recepturus. Ad vitium vero fratrum proferat ac tradat septimanariis; ad condiendos cibos det necessaria secundum quotidianæ expensæ consuetudinem, neque profuse neque avare; ne vitio ipsius vel monasterii substantia gravetur, vel fratres patiantur injuriam. Sed et necessitatem infirmorum fratrum ac laborem considerans, nihil ægotantium desideriis neget ex his quæ habuerit, quantum illis necesse fuerit. Advenientibus diversis fratribus escas parabit. Hæc erit cura custodis cellarii, recurrens semper ad seniorum consilium, et requirens de omnibus, vel præcipue de his quæ proprio suo intellectu non potuerit adimplere.

XXVI. Ostiarii cura sit, ut omnes advenientes intra januas recipiat; dans eis responsum honestum **251** cum humilitate et reverentia, ac statim nuntians vel abbati vel senioribus, quis venerit et quid petierit. Nec ullus extraneorum patiatu injuriam: neque habeat cum aliquo de fratribus necessitatem ac facultatem loquendi, absque conscientia abbatis vel seniorum præsentia. Si quid vero cuicumque de fratribus missum mandatumque fuerit, nihil ad ipsum perveniat priusquam abbati vel senioribus indicetur. Ante omnia ostiarius monasterii hæc observabit, ne quemquam de fratribus foris januam exire permittat.

XXVII. Si quis accesserit ad ostium volens sæculo renuntiare, et fratrum aggregari numero, non habeat libertatem intrandi: sed prius nuntietur Patri monasterii, et manebit paucis diebus foris ante januam, ac docebitur orationem Dominicam, et psalmos, quantos potuerit discere; et diligenter sui experimentum dabit, ne forte mali quidpiam fecerit, ut turbatus ad horam timore discesserit, aut sub aliqua potestate sit; et utrum possit renuntiare parentibus suis, et propriam contemnere facultatem. Si eum viderint aptum ad omnia, tunc docebitur et reliquas monasterii disciplinas; quæ facere debeat, quibusque servire, sive in collecta omnium fratrum, sive in domo cui tradendus est, sive in vescendi ordine: ut instructus atque perfectus in omni opere bono fratribus copuletur. Hæc observa-

bit custos januæ, referens omnia, sicut superius scriptum est, et annuntians senioribus.

XXVIII. Septimanarii ad cibos parandos, vel ad luminaria concinnanda, vel ad nitores faciendos, et quæ ad obsequium ususque monasterii pertinent, semper parati sint. Hos nulla alia necessitas occupet, sed in hoc studium impendant, ut rem susceptam utiliter et diligenter impleant. Et si quid forte nesciunt de his quæ agere debent, sine dissimulatione seniores suos semper interrogent.

XXIX. Hi itaque quibus disciplina, vel utilitas, vel opinio, vel obsequium monasterii creditur, officia sibi injuncta fideliter custodiant et impleant. Hos enim errare non decet, qui ad omnes errores emendandos præpositi sunt. Qui si vel superbia, vel negligentia, vel desidia aliqua ex his prætermiserint quæ in regula continentur, per ipsosque destructio esse cøperit per quos debet ædificatio crescere, omnibus condemnationibus quas regula continet, subjacebunt.

XXX. Inter omnes fratres hoc observabitur, ut obedientes senioribus suis, et deferentes sibi invicem, habeant patientiam, moderationem, humilitatem, charitatem, pacem sine figmento et mendacio, et maledictione, et verbositate, et jurandi consuetudine: ita ut nemo suum quidquam vindicet, neque ullus aliquid peculiariter usurpet; sed habeant omnia communia.

XXXI. Sine seniorum verbo et auctoritate nullus fratrum quidquam agat: neque accipiat aliquid, neque det; neque usquam prorsus procedat.

XXXII. Cum vero inventa fuerit culpa, ille qui culpabilis invenitur, corripiatur ab abbate secretius. Quod si non sufficit ad emendationem, corripiatur a paucis senioribus. Quod si nec sic emendaverit, excommunicetur; et non manducet quidquam. Cui si ne hoc quidem profuerit, in quolibet loco fuerit, postremus inter omnes in psallendi ordine ponatur. Quod si in pravitate perseverat, etiam psallendi ei facultas auferatur. Quem si vel hæc confusio non commoverit, absteineatur a conventu fratrum; ita ut nec mensæ, nec Missæ intersit, neque cum eo ullus frater de junioribus colloquatur. Abstinebitur autem tam diu, quam diu vel qualitas culpæ poposcerit, secundum abbatis ac seniorum arbitrium; vel se ex corde pro culpa penitentiam humiliaverit, et veniam erroris sui omnibus præsentibus petierit. Quod si in fratrem peccavit, etiam ab eo fratre veniam petat, cui injuriam fecit.

XXXIII. Si quis errori ejus consenserit, et secundum duritiam illius magis consilium dederit, ut se tardius humiliet, sciat se cum in hoc errore fuerit deprehensus, simili modo culpabilem iudicandum.

XXXIV. Hoc etiam addendum fuit; ut frater qui

pro qualibet culpa arguitur vel increpatur, patientiam habeat, et non respondeat arguenti se : sed humiliet se in omnibus, et emendet.

XXXV. Si vero fuerit aliquis tam durus et tam alienus a timore Domini, ut tot castigationibus et tot remissionibus non emendet, projiciatur de monasterio, et velut extraneus habeatur : ne vitio ipsius alii periclitentur.

XXXVI. Quod si aliquis locutus fuerit, vel riserit in vescendo, increpetur, et agat pœnitentiam.

XXXVII. Si quis ad manducandum tardius venerit absque majoris imperio, similiter agat pœnitentiam, aut ad cellam suam jejunos revertatur.

XXXVIII. Si aliquid necessarium fuerit in mensa, nemo audebit loqui, sed ministrantibus signum soni dabit. Ministri vero absque his quæ in commune fratribus præparata sunt, nihil aliud comedant, nec mutatos cibos sibi audeant præparare.

XXXIX. Nemo plus alteri dabit quam alter accepit : quod si obtenditur infirmitas, præpositus domus perget ad ministros ægrotantium, et ab his quæ necessaria sunt accipiet.

XL. Quando ad ostium monasterii aliqui venerint, si clerici fuerint aut monachi, majori honore suscipientur : lavabuntque pedes eorum, juxta

(28) *Psitho*. *Psiatnum* sive *Psathium*, est teges sive storea, ex junco sive papyro confecta, qua pro lecto et stragulo utebantur monachi. Vid. Roswey-

A Evangelii præceptum, et præbebunt eis omnia quæ apta sunt usui monachorum.

XLI. Si quis ad ostium monasterii venerit, dicens velle se videre fratrem suum vel propinquum, janitor nuntiabit abbati, et permittente eo accipiet comitem cujus fides probata est ; et sic mittetur ad fratrem videndum vel proximum.

XLII. Si propinquus alicujus mortuus fuerit, prosequendi funus non habebit licentiam, nisi Pater monasterii præceperit.

XLIII. Nullus de horto tollat olera, nisi ab hortulano acceperit.

XLIV. Nemo alteri loquatur in tenebris : nullus in psitho (28) cum altero dormiat : manum alterius nemo teneat : sed sive steterit, sive ambulaverit, sive sederit, uno cubito distet ab altero.

XLV. Si quis tulerit rem non suam, ponetur super humeros ejus ; et sic agat pœnitentiam publice in collecta.

XLVI. Si præpositus injuste judicaverit, injustitiæ ab aliis condemnabitur.

XLVII. Qui consentit peccatis, et defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum et homines, et corripietur increpatione severissima.

dum in *Onomast.* ad Vit. PP. 1035, et Menardum ad *Concordiam Regul.*, pag. 758. HOLSTEN. — Videsis Cangium in *Glossario*, v. *Psiatium*.

PALLADII

HELENOPOLITANI EPISCOPI

HISTORIA LAUSIACA.

PRÆFATIO GENTIANI HERVETI.

De monachorum vita, moribus et institutis, cum multi multa sparsim scripserint. Lausus præpositus utilem historiam: Cassianus collationes: Sophronius Hierosolymitanus paratum et novum paradysum titulo ediderit: Hieronymus aliquorum vitas: Basilius in ascetico regulas: Damianus et Odo res gestas: duo tamen celeberrimi et magni nominis auctores, Palladius et Theodoretus, ea litterarum monumentis mandaverunt, quæ (cum in de quibus scribunt, Sytiotæ et Tabensiotæ videlicet, vel illorum temporibus, vel paulo ante eorum tempora vixerint) aut a viris fide dignis qui ea viderant, acceperø, aut ipsi suis oculis præsentibus perspexere. Quorum alter quidem, nempe Palladius, antea Latine versus, sub Heraclidis nomine in lucem exiit, sed non integer, cum in eo plus quam triginta vitæ desiderentur. Itaque non satis habui id quod ei deerat, supplere, nisi eum denuo a capite verterem. Hoc autem esse opus Palladii, nemo dubitaverit qui legerit caput 44, lib. II *ecclesiasticæ Historiæ* Nicephori: *Palladius*, inquit, *Evagrii discipulus, vitas sanctorum optime exposuit*. Non dubitaverit etiam qui legerit cap. libri VII. *Hist. Trip.* Cass. et 23 Socratis scholastici: qui loquens de sanctis de quibus paulo ante scripserat, hæc dicit: *Si quis autem velit scire ea quæ ipsi egerint et fecerint, et quæ ad eorum qui audierunt, locuti sint utilitatem, et quemadmodum eis obedirent bestiæ; a Palladio monacho scriptus est liber unus, qui Evagrii quidem erat discipulus: de iis autem omnia accurate pertractavit: in quo etiam meminit mulierum quæ par vitæ institutum cum viris prius dictis susceperunt*. Quod autem hic liber scriptus sit ad Lausum, probatur testimonio Joannis Damasceni in libro qui inscribitur: *De iis qui in fide dormierunt*. Quod si quis dixerit, id quod Macario ab eo ascribitur, non inveniri in hoc nostro Opere: duorum alterum necesse est, vel id fuisse in hoc opere tempore Damasceni, et fuisse postea ab hæretico aliquo malitiose sublatum: vel eum librum qui inscribitur: *De doctrinis Patrum*, fuisse etiam Palladio conscriptum: quem constat fuisse e Græco conversum: cum, de capite mortui, miraculum quod Macario ascribit Damascenus, iisdem verbis in eo opere referatur, libro quarto, capite de exemplis et doctrinis vitæ spiritualis. Non est autem quod a Palladio nostro Ciceroniana expectetur eloquentia. Nam cum ipse nullo adhibito orationis ornamento, humilique ac plane plebeio stylo; visus sum mihi fidelis interpretis non functurus officio, si aliter vertissem quam scripsisset. Lege ergo non ut ex ejus lectione sis eloquentior, sed ut melior, et in iis quæ ad pietatem et pulcherrimæ historiæ cognitionem pertinent, eruditior, imitatus videlicet vitam angelicam eorum virorum, qui in carne minus carnalem vitam, sed angelicam degerunt: juxta exemplum quod et tibi proposuit Theodosius princeps optimus, qui quarto cujusvis hebdomadis die jejunabat, hymnos Deo cum sororibus alternis canebat, et ne ab asceterio monachorum aula

sua differret, spiritus verba semper in ore habuit, cum episcopis et sacerdotibus congressus, obscuros locos, *τρίψα*, et nodos Scripturarum, haud aliter quam si sacris ipse initiatus esset, explicuit, noctu libris legendis *ἀστράτων* lucernam excogitavit, *ἀοργησταν*, id est, injuriarum remissionem, invexit. Sacerdotes adeo dilexit, ut episcopi Chebronensis defuncti sagulum sub imperiali chlamyde gestaverit: tanti fecit monachos, ut a quodam excommunicatus, cui quidpiam denegaverat, non prius cibum sumpserit quam ab eodem diu multumque quæsito, vinculis solutus esset. Vixit autem Palladius imperante Theodosio. Vale.

Ut probe noscas, lector, quisnam Palladius fuerit, accipe judicia Patrum de ipso. Sanctus Hieronymus, cujus in hac re iudicium probat sanctus Gelasius I, præfatione in libro adversus Pelagianos, ait: *Palladius servilis nequitiae hæresim Pelagianam instaurare conatus est.* Sanctus Epiphanius epist. ad Joannem Hierosolymitan. sic inquit: *Palladium vero Galatam, qui quondam nobis charus fuit, et nunc misericordia Dei indiget, cave, quia Origenis hæresim prædicat et docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris.* Hæc sanctus Epiphanius. At res Palladii gestas, vafritiem et odium in sanctum Hieronymum pluribus exponunt Annal. Ecclesiastici tom. V. Ex quibus omnibus disces, quæ fides adhibenda sit hæretico homini Origenistæ et Pelagiano, in his præsertim quæ de quibusdam sui similibus monachis eadem fuligine tinctis in hoc opere prodit: ac maxime verendum ne aliquos pro sanctis venditet, qui fuerunt Origenistæ, vel Pelagiani. Sagaci conjectura suis locis in opere quosdam istius furfuris indicabimus. Ut magis autem faciem et intima Palladii introspicias, scito ipsum fuisse discipulum Evagrii Pontici, Origenistæ hæretici toties ab Ecclesia damnati, de quo plura annotavimus tomo V, initio libri Evagrii. Hoc de se testatur Palladius in hac Lausiaca, cum ait: Respondi me esse peregrinum, et de Galatiæ partibus venire, et unum ex Evagrii fratribus esse confessus sum. Idem affirmarunt Socrates lib. iv, cap. 18, et Nicephorus lib. ii, cap. 44, ut nihil miram sit, si eodem luto errorum, quo magister, tinctus Palladius fuerit. Quocirca ut hoc opus laudent Socrates et Nicephorus, ut non imus inficias multa illi inesse utilia et recta, ita certum est illos, qualis Palladius fuerit, non penitus perspectum habuisse.

ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΛΕΝΟΥΠΟΛΕΩΣ Η ΠΡΟΣ ΛΑΥΣΟΝ ΙΣΤΟΡΙΑ

ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΑ ΒΙΟΥΣ ΟΣΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.

Gentiano Herveto interprete.

DUCÆUS, Supplementum Biblioth. Patrum ed. Paris. 1624, fol. t. II, p. 893.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ ἀναγέγραπται ἐνάρετος ἀσκήσις, καὶ θαυμαστὴ βίου διαγωγή, τῶν μακαρίων καὶ ἁγίων Πατέρων μοναχῶν, καὶ ἀναχωρητῶν τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν τῶν τῆν οὐρανίων πολιτείαν ἐθελόντων κατορθοῦν, καὶ τὴν εἰς βασιλείαν οὐρανῶν βουλομένων ὁδεύειν ὁδόν· καὶ γυναικῶν πρεσβυτέρων καὶ αἰοιδίμων θεοπνεύστων μητέρων μνήμαι, τῶν ἀνδρείων καὶ τελείων φρονήματι πῶς τῆς ἐναρέτου ἀσκήσεως ἄθλους ἐξυψασῶν, πρὸς ὑπογραμμὸν καὶ ἔρωτα θεῖον, τῶν ἐθελοσῶν τὸν τῆς ἐγκρατείας καὶ ἀγνείας ἀναδῆσασθαι στέφανον· διὰ τὸ ὑπὸ ἀνδρὸς τινος παγκρατίστου, καὶ τῇ γνώμῃ πολυμαθοῦς, καὶ τῷ ἤθει εἰρηνικοῦ, καὶ τῇ καρδίᾳ εὐσεβοῦς, καὶ τῇ διανοίᾳ θεοφιλοῦς, καὶ τοῦ πρὸς θεομένους τῶν χρειῶν κοινωνικοῦ, καὶ αὐτῇ κορυφῇ τῶν ἀξιομάτων διὰ χρηστότητα τρῖπων πολλῶν λογάων ἀνδρῶν προτετιμημένου, καὶ τὸ ὅλον τῇ δυνάμει τοῦ θείου Πνεύματος φρουρουμένου, ἐπιτάξαντος ἡμῖν, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, πρὸς τὴν τῆς τῶν κριτετῶν θεωρίας τὸν καθρὸν ἡμῶν νοῦν διεγείραντος πρὸς μίμησιν καὶ ἀμιλλαν τῶν ἀρετῶν τῆς ἀσκήσεως· τῶν ὁσίων καὶ ἀθανάτων πνευματικῶν ἡμῶν Πατέρων, τῶν ἐν ἀρεσεύᾳ Θεοῦ, ἐν σκληραγωγίᾳ πολλῇ τοῦ σώματος· βεβιωκότων· ὡς ἀναγραφάμενους ἡμᾶς τοὺς τῶν ἀνικῆτων ἀθλητῶν βίους διαπέμψασθαι τούτῳ, ἀνακηρύττοντας ἐνὸς ἐκάστου τῶν μεγάλων τῆς ἐνεργείας ἀρετάς. Ἔστι δὲ ὁ τοῦ θεοῦ τούτου καὶ πνευματικοῦ πόθου ἐραστῆς ὁ ἀριστος τῶν ἀνδρῶν Λαῦσος ὁ μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ῥοπήν φύλαξ τεταγμένος τῆς ἐνθέου καὶ εὐσεβοῦς βασιλείας.

Ἐγὼ τοίνυν ὁ καὶ τῇ γλυπτῇ ἀπαίδευτος, καὶ πνευματικῆς γνώσεως ἀκροθιγῶς πῶς γευσάμενος, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ἁγίων Πατέρων πνευματικοῦ βίου ἀνάξιος, δεδοικώς τὸ ὑπὲρ ἐμὲ ἄμετρον τῆς ἐπιταγῆς μέγεθος, δυσανησχέτουν ἐγγειρησαί τοῦτῳ τῷ ἐπιτάγματι πολλῆς θεομένης καὶ σοφίας τῆς ἐξωθεν, καὶ πνευματικῆς συνήσεως. Ὅμως καταιδεσθεῖς πρῶτον τὸ σπουδαῖον τῆς ἀρετῆς τοῦ εἰς ταύτην τὴν σπουδὴν ἡμᾶς διεγείραντος, ἀναλογισάμενος δὲ καὶ τῶν ἐντυγχανόντων τὴν ὠφέλειαν, δεδιώς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τῇ εὐλόγῳ παρακοῇ κίνδυνον, Θεοῦ προνοίᾳ πρῶτον ἀναθετικῶς τὸ γενναῖον ἐπίταγμα, καὶ πολλῇ προσεχείᾳ χρησάμενος τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων πρεσβείᾳ, πετροῦμενος ἀνέδην εἰς τοὺς ἀγῶνας τοῦ σκάμματος, καὶ ὡς ἐν ἐπιτομῇ τῶν γενναίων ἀθλητῶν καὶ μεγάλων ἀνδρῶν τὰ ἔπακρα μόνον καὶ σημεῖα ἀναγραφάμενος.

Οὐ μόνον ἀνδρῶν αἰοιδίμων κατορθωκότων πολιτείαν ἀρίστην, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν μακαρίων καὶ εὐσημῶν ἀκραν πολιτείαν ἐξασκησασῶν. Καὶ τῶν μὲν τὰ ἱεροπρεπῆ πρόσωπα αὐτοπροσώπῳ θῆξ ἰδεῖν κατηξιώθη· τῶν δὲ ἤδη τελειωθέντων ἐν τῷ σκάμματι τῆς εὐσεβείας παρὰ θεοφόρων ἀθλητῶν τοῦ Χριστοῦ τὴν οὐράκιον τούτων ζωὴν ἐκμεμάθηκα. Πολλὰς δὲ πόλεις, καὶ πλείστας κώμας, σπήλαιά τε ἅμα καὶ πάσας σκηνάς τῆς ἐρήμου τῶν μοναχῶν πολλῇ τῇ πορείᾳ περινοστήσας· θεοσεβείας σκοπῶν, μετὰ πάσης ἀκριβείας, ἃ μὲν αὐτὸς ἱστορήσας ἀνεγραψάμην, ἃ δὲ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἀκήκοα, ἄθλους μεγάλων ἀνδρῶν καὶ ἀνδρειοτέρων τῆς φύσεως γυναικῶν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα, ἐσημήνας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ ἀπέσταλα καὶ τῇ τῶν θεῶν λογίων φιλῆ ἀκοῇ σου, ἀνδρῶν ἀρίστων καὶ θεοφιλῶν ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῆς πιστοτάτης καὶ θεοφιλοῦς βασιλείας ἀγλάισμα, γνήσιε καὶ φιλόχριστε δοῦλε Θεοῦ Λαῦσε, ἐγγαράξας κατὰ τὴν προσοῦσαν ἐμοὶ βραχυτέτα ἐκάστου τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀθλητῶν ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν τὸ αἰοιδίμον ὄνομα· ἐξηγητήμενός τε ἀπὸ πολλῶν καὶ πάνυ μεγάλων ἄθλων ἐκάστου ὀλίγους καὶ σφόδρα βραχείας, προσθετικῶς τῶν πλείστων καὶ τὸ γένος, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸν τρόπον τῆς μονῆς.

Ἐμνημονεύσαμεν δὲ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν κατορθωκότων μὲν εἰς ἄκραν τὴν ἀρετὴν, διὰ δὲ τὴν μητέρα τῆς ὑπερηφανίας, τὴν καλουμένην κενοδοξίαν, εἰς ἔσχατον βάραθρον καὶ πυθμένα ἄδου κατενεχθέντων, καὶ τὰ ἐκ μακρῶν χρόνων καὶ πολλῶν κόπων κτηθέντα αὐτοῖς ἐπέραστα καὶ περιμάχητα τῆς ἀσκήσεως κατορθώματα, ἐν μὲν καιροῦ ῥοπῇ ὑπὸ τοῦ τύφου καὶ τῆς οἰήσεως διαρρέοντα· χάριτι δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ προνοίᾳ τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ συμπαιθεῖα σκλάγγων πνευματικῶν, ἐξαρπασθέντων τῶν τοῦ διὰ τοῦ δικτύου, καὶ ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων τῶν πρότερον ἀνακτησαμένων ἐνάρετον βίον.

PALLADII EPISCOPI HELENOPOLEOS

HISTORIA AD LAUSUM

CONTINENS VITAS SANCTORUM PATRUM.

PROCEMIUM.

In hoc libro scripta est, qua in virtute utebantur, exercitatio et admirabilis vitæ agendæ ratio beatorum et sanctorum Patrum qui degebant in solitudine; ut eos æmulentur ac imitentur qui cœlestem volunt vitam agere, et quæ ad regnum cœlorum deducit, vitam ingredi; annumque mulierum memoria, et inclytarum matrum a Deo inspiratarum, quæ magno et forti animo virtutis exercitationis peregere certamina, ut exemplar proponatur, et amor excitetur iis quæ continentia ac castitatis volunt corona redimiri, ex sententia et voluntate viri, qui est varia ac multiplice doctrina præditus, moribus pacificus, et corde pius, menteque religiosus, et in iis quæ sunt opus egentibus communicandis liberalis, et propter morum bonitatem multis viris eximii est in summis honoribus præpositus, et omnino custoditur virtutè divini Spiritus. Qui quidem nobis jussit, vel, si verum potius dicere oporteat, ad eorum quæ sunt mœlora contemplationem hebes nostrum et obtusum excitavit ingenium, ut ad proponendam adimitandum virtutum exercitationis decertationem sanctorum et immortalium et spiritalium patrum nostrorum, qui, ut Deo placerent, in dera et aspera tractatione corporis vitam egerunt; præclarorum athletarum vitam a nobis descriptam ad eum mitteremus, unusquisque ex magnis strenuas prædicando virtutes. Divini autem hujus et spiritalis desiderii amator est Lausus, cui post divinum auxilium mandata est custodia divinitus afflati et religiosi imperii.

Ego igitur qui et lingua sum ineruditus, et spiritalem cognitionem summis quodammodo labris atigi, et indignus sum qui recenseam catalogum spiritalem vitam agentium sanctorum Patrum, et si reformidem præcepti magnitudinem quod meas vires superat, et jussum ægre feram, quod et magnam externam sapientiam, et spiritalem requirit intelligentiam; reveritus tamen primum et ejus qui ad hoc exsequendum nos excitavit virtutem, et reputans eorum qui hæc legent utilitatem, et extimescens periculum quod essem aditurus, etsi jure parere recusarem; cum egregium primum jussum divinæ ascripsissem Providentiæ, magnaque usus essem diligentia; sanctorum Patrum intercessione erectus, ad ea sum aggressus, veluti quodam compendio præclarorum athletarum et magorum virorum summa solum certamina et signa describens.

Nec solummodo clarorum virorum, qui optimam ac præstantissimam ex virtute vitam egere, sed etiam beatarum mulierum quæ in excellentissimæ vitæ genere se honeste exercuere. Et aliquorum quidem ex iis sacros voltus ut ipse coram viderem sum dignatus, qui jam ante sunt consummati in certamine pietatis; aliquorum autem cœlestem vitæ institutionem didici a divinis athletis. Multas autem urbes, et multos vicos, et spelæas, et omnia tabernacula deserti monachorum pedestri itinere obiens, diligentissime consideravi eorum pietatem ac religionem. Atque cum quæ partim quidem ipse vidi scripsissem, partim autem quæ a sanctis Patribus audivi, magnorum virorum certamina, et mulierum, quæ propter spem in Christum erant fortiores quam earum ferebat natura, hujus libri scriptis mandassem, nisi ad tuas aures amicas divinatorum eloquiorum, optimorum virorum et religiosorum decus, fidelissimique et religiosi imperii splendor, germane et Christi amico serve Dei Lause, pro ea quæ mihi inest exiguitate, uniuscujusque ex Christi athletis tam masculis quam feminis insigne nomen, exprimens, et ex multis et magnis uniuscujusque certaminibus pauca breviter exponens; plurimorum quoque genus etiam adjiciens, et urbem, et locum mansionis.

Meminius autem virorum et mulierum, qui ex virtute quidem vitam perfecte instituerunt, propter arrogantia autem matrem inanem quæ vocatur gloriam, in infimum inferorum barathrum, et fundum præcipitati fuerant, et quæ longo tempore et plurimo labore sibi pepererant, amplectenda, et acerrimo stadio comparanda exercitationis benefacta, uno temporis momento arrogantia et vana de se persuasionem amiserant. Gratia autem nostri Servatoris, et sanctorum Patrum providentiæ, et viscerum miseratione, erepti sunt a spiritalibus diaboli laqueis, et sanctorum precibus recuperaverunt priorem vitam quam agebant ex virtute.

EXEMPLAR EPISTOLÆ SCRIPTÆ AD LAUSUM PRÆPOSITUM ,

AB HERACLIDE EPISCOPO * CAPPADOCIÆ.

Laudo magnopere tuum institutum. Par est enim ut incipiat epistola a laudatione : quod cum omnes vanis rebus inhient, et lapides ædificent, ex quibus nullam capient utilitatem, libros ædifices, et velis doceri. Solus enim est universorum Deus qui nequit doceri, quandoquidem et ipse per se est, et ante se non habet alium. Alia autem omnia doceri possunt, quoniam sunt et facta et creata. Atque primi quidem ordines magistram habent summam Trinitatem, secundi autem discunt a primis, tertii autem a secundis; et sic deinceps, et per ordinem, usque ad extremos. Qui enim sunt præstantiores honore et virtute, docent eos qui sunt inferiores cognitione. Qui ergo existimant se non egere magistris, aut non parent iis qui docent in charitate, laborant morbo ignorationis, quæ est mater arrogantia. Inter quos primas partes tenent ad interitum, qui eodem vitio exciderunt a cœlesti habitatione in aere volantes dæmones, ut qui aufugerint ab iis qui erant in cœlo magistris. Non enim dictiones aut syllabæ sunt doctrinæ, quas nonnunquam habent etiam qui sunt pessimi; sed mores recte compositi, et molestiæ et terroris, metus et iræ vacuitas, et in rebus omnibus fiducia ac dicendi libertas, et quæ sermones non secus gignit quam ignis flammam, mansuetudo. Nam si ita non esset, non diceret magnus magister suis discipulis : Di-cite a me, quoniam mitis sum et humilis corde (*Math. xi*), non verborum ornatu instituens et dirigens apostolos, sed morum bonitate neminem molestia afficiens, præter eos qui verbum habent odio, et oderunt magistros. Oportet enim animam, quæ Christo convenienter exercetur, vel fideliter discere ea quæ non novit, vel aperte docere ea quæ scit. Si enim alterutrum horum nolit, laborat insania. Defectionis enim principium est doctrinæ satietas, et verbi fastidium, quod semper curret anima ejus qui Deum diligit. Vale ergo, et sis sanus et fortis, et (quod magnum est) tibi Deus concedat cognitionem Christi.

EXEMPLAR EPISTOLÆ SCRIPTÆ AD LAUSUM PRÆPOSITUM ,

A PALLADIO EPISCOPO CAPPADOCIÆ

Cum multi multa et varia diversis temporibus scripta huic sæculo reliquerint, quorum alia quidem, ex Dei supernæ gratiæ inspiratione, sunt ad ædificationem et securitatem eorum qui fideli proposito sequuntur dogmata Servatoris; alia autem, ex corrupto et quod hominibus placere cupit proposito, luxuriant ad eorum consolationem qui inanis gloriæ morbo laborant; alia autem, ex importuna quadam insania, et dæmonis, quæ sunt honesta habet odio, impulsione, ad levium hominum perniciem, et intemperatæ catholicæ Ecclesiæ labem, ira et arrogantia irruerunt in mentes stultorum, ut vitam honestam et param obscurarent; visum et mihi quoque humili propter spem in Christum, et magnificentia tuæ jussu reverenti, vir studiosissime, primum omnium narrare ea omnia quæ ad me pertinent, et ætatem et mentis meæ ad virtutem in Deum profectum, incipiendo a juvenili ætate.

hodiernam diem, et qualem te novi rursus meliorem a moribus, et electum præpositum maxime pil cubi- culi. Nam cum sis in tanta dignitate, in tot et tantis pecuniis, et tanta potestate, non fecisti pejus quam Dei postulare metus. Is est Christo dedicatus, qui audiit a diabolo: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me (*Matth. iv*). Sed eum Dominus pudore affecit, dicens: Vale post me.

Quem quidem tu quoque imitans, fluentibus ex- pulsus divitiis, et umbratili gloria vitæ præsentis,

ROSWEYDI NOTATIO.

Ad hunc librum recensendum, cum in prima editione pauca Palladii Excerpta, partim ex Augustana Bibliotheca prompte submitte Davide Hoeschelio, partim Venetiis a Gabriele archiepiscopo Philadelphensi Græce impetrassem, aliquam subinde in tenebris lucem ex iis tunc hausimus. Nunc postquam Græcolatina Palladii editio Parisiis ex Ms. Regio (quem etiam cum Palatino a Meursio Lugduni edito contulit), curante Frontone nostro Ducazo, prodiit, majore luce illustrati sumus. Juverit quoque in dubiis recurrere ad veterem Palladii interpretationem, et Heraclidis Paradisum, quæ Palladianæ historiæ magna est pars. Utrumque habes. *Patrol. lat. t. LXXIII.*

(1) *Isidor.* De hoc Socrates, l. iv, c. 43; Sozomenus, lib. vi, cap. xxix; Nicephorus, lib. xi, capite 54.

Baronius, tomo III, anno Christi 340. Quod autem, ait, pertinet ad Athanasii Romam adventum, reperimus duxisse secum inter alios Isidorum illum, de quo plura Palladius, qui eum nitritice commendat (*Pallad., in Lausiæ., cap. 1*).

(2) *Extra vitam.* Ita legendum liquet ex Heraclide, qui de capitis tegumento hic habet. Græce est in Ms. Veneto, ἐπὶ τὸς φακιολίῳ, in Ms. Regio et Palatino, φακιολίῳ.

(3) *Dorotheus.* De hoc Sozomenus, lib. vi, cap. 29, et ex eo Cassiodorus, hist. Trip., lib. viii, cap. 1, et Nicephorus, lib. xi, cap. 35.

(4) *Et minutorum olerum fasciculum.* Τὸ λεπτολαχάνων δέμα. Hervetus legisse videtur λεπτολαχάνων δέμα; vertit enim, et minutorum olerum decem, at Heraclidis interpres lectionem receptam tuetur; unumque fasciculum oleris vilissimi, et alius vetus interpres in appendice Vitarum Patrum, et de minutis olerum condimentis fasciculum. Sic apud Pollucem legitimus φρυγίων δεισμός et δεισμα. Nicephorus de hoc ipso Dorotheo, lib. xi, c. 35: "Ἐξ δ' οὐγκίαι ἄρτου ἢ αὐτῶ τροφῆ, καὶ ἀπίδισμος λαχάνων λεπτῶν. « Cibus ei erat panis sex uncie, et tenuium olerum fasciculus. » FRONTO.

(5) *Funem ex ramis.* Hoc maluimus, quam quod interpres, catenam ex ramis. σιρά enim non catenam solum, sed et funem sonat. Eustathio, πλεγματὰ τενα ἀπὸ σχοινίων, ἢ σπάρτων, ἢ κεννάβως, Heraclidæ, funem quemdam ex arbore dactylorum. Synesius in Dione, de Vita Monachorum, pag. 46: "Ἡ τὶ αὐτοῖς οὐ καλάθοι βούλονται, καὶ τὰ πλεγματὰ ἅττα μεταχειρίζονται; « Quid sibi calathi volunt, textaque quæ tractare solent? » FRONTO.

(6) *Panis quoque.* Ψωμός hic panem, non frustum significat, ut verterat Hervetus.

(7) *Ubi crux adest.* Quasi legisset σωτήρ, non σταυρός, vertit Hervetus, Quo venit Servator; at feliciter Heraclides: Ubi crux adest, ibi nihil Satanæ malignitas. Et alter vetus interpres: Ubi crux Christi superducitur, non prævalebit malitia diaboli. Hieronymus, in Vita Hilarionis: Christi crucem signavit in fronte. Prudentius in Hymino ante somnum:

Crux pellit omne crimen,
Fugiuit crucem teuebræ,
Tali dicatu signo
Mens fluctare nescit.

Ita Fronto.

coelestem desiderasti et immortalem vitam, regnumque æternum, et manentem gloriam, et bona arcana, quæ neque oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt (*Isa. LXIV; I Cor. II*): quorum Dominus efficiat hæredes cum sanctis ejus patriarchis et prophetis, et apostolis et martyribus, et iis quorum mentionem fecimus in hoc libro, gratia ipsius Servatoris nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

(8) *Potamiæna.* Baronius, tomo III, anno Christi 310, Eusebii papæ 2, Constantini imp. 5. Hæc, si nomen, sique ultimi supplicii genus spectes, una eademque videri posset cum ea quæ ponitur ab Eusebio lib. vi, cap. 4. Porro diversam hanc esse ab illa, differentia plures constituunt, nimirum diversis personarum status (nam illa ingenua, hæc serva), diversumque supplicii tempus plane declarat. Passa hæc sub Maximiano, sed sub Severo illa. Quæ non Potamiæna, sed Potamiæna dicta haberetur; verum non in lebetem immissa, sed tantum pice perfusa. Cæterum et ejusdem quoque nominis fuisse diversis temporibus plures virgines, iisdemque pœnis affectas, in amplissima civitate quis neget facile potuisse contingere? Hactenus Baronius.

Quod autem ait Baronius hanc Palladii dictam Potamiænam, alteram illam Eusebio dictam Potamiænam, potius tribuendum corrupto textui Palladii, quo Baronius usus est. Nam ita habet Paradisus Heraclidis, quem Palladii comæ edidit Lipomannus, sed prima Herveti editio Potamiænam. In Græco textu est Ποταμίνα. In Palladii vetere interprete nomen hoc de st. Potamiæna facile in Potamiænam transire potuit.

Potamiæna sub Severo martyro afficere celebris memoria agit in Martyrologio Romæ, 28 Junii, de qua Eusebius lib. vi, cap. 4, quam Laurentius de la Barre in sua Palladii editione eandem cum hac nostra existimavit.

Palladii editio omnis ex interpretatione Herveti loco Maximiani habet Maximini; ita quoque Græca Parisiensis editio. Vereor ut erronee. Nam in aliis Græcis est Μαξιμιανού. Et ita quoque legit vetus Heraclidis et Palladii interpres.

(9) *Præfecto Alexandrino.* Græce est, ἀρχὴν Ἀλεξανδρινῶν. Non recte Hervetus verterat, præsidii. Bene vetus Palladii et Heraclidis interpres, præfecio.

(10) *Per caput imperatoris.* Solemne fuit olim jurare per caput imperatoris.

(11) *Didymi.* De hoc Hieronymus in catalogo illustr. Ecclesiæ Scriptorum, cap. 109; Sozomenus libro vi, cap. 2 et ex eo Cassiodorus, Tripart. hist. lib. viii, cap. 8; Nicephorus, lib. ix, cap. 17, et lib. x, cap. 35.

Frater Joannes Maria Brasichellensis, magister sacri Palatii, in indice librorum expurgandorum, ita loco hoc ascribit: Hic Didymus tametsi et sanctitate et doctrina vir magnus ab initio fuerit, ut plura de eo Patrum elogia testantur: et tandem in Origenis errorem præcipitatus, et præcipuus Origenista habitus, tanquam hæreticus condemnatus est, una cum Origene et Evagrio Pontico, in synodo generali, ut auctores sunt sanctus Tarasius episcopus Constantinopolitanus in confessione fidei quæ habetur in synodo VII, actione 3. Nicephorus, lib. xvii histor., capite 27; Cedrenus in Annalibus. Eundem cum hisdem damnavit quoque sanctus Martinus papa et martyr, in concilio Lateranensi, secretario V, can. 18.

(12) *Orbus.* Carens oculis. Græce est, ὁ ἀπὸ ὀμμάτων γινόμενος. Phrasis ea Græcis usitata.

(13) *Dominus illuminat cæcos.* Editio Lugdunensis mendose σοφορίζει. Communis editio Psalmorum, psal. cxlv, 8, σοφοὶ τυφλοῦς. Augustinus et vetus Psalterium, sapientifical; et Heraclidis interpres hoc loco, *Dominus sapientes facit cæcos.* At Chrysostomus admonet alium Græcum interpretem edidisse, κύριος σοφίζει: unde Romanum Psalterium, et vulgata Latina: *Dominus illuminat.* FRONTO.

(14) *Ut obruatur præ cura cognatorum.* Vide egregiam Collationem super hac re sancti Antonii apud Cassianum, collat. xxiv, cap. 11.

(15) *Macarius.* Heraclides hæc tribuit Isidoro. Et ne error sit in ambiguo vocabulo μακάριος, quod nunc appellative *beatus*, nunc proprie *Macarius* vertitur, exprimit nomen Isidori.

(16) *Lapidarius.* Meursius in Lexico Græco barbaro notat hic in Græco esse καβιδάριος. Certe Hervetus recens Palladii, et vetus Heraclidis interpres, uterque vertit *lapidarius*. In Græco textu, qui nunc prodit est: Λιθοργός, ἢ λίθουσι καβιδάριον.

(17) *Arsisii.* Ita caput hoc inscripsi, quia hic post in textu vocatur *Arsisius*. In edito onibus Palladii per Hervetum caput hoc hæctenus inscriptum fuit, *Arsacii*. Fuit quidem *Arsacius* aliquis genere Persa, ex milite, et regionum leonum custode, confessor tempore Licinii, post monachus in arce Nicomedie, ubi et obiit. De quo Sozomenus, lib. iv, cap. xv; Nicephorus, lib. ix, cap. 58.

Sed alius hic videtur *Arsisius*, apud quem Palladius habitasse se dicit. De quo Sozomenus, libro vi, cap. 50, et Nicephorus, lib. xi, cap. 37.

Meursius hic, in præfatione regulæ Pachonii, *Arsesii* pro *Orsiesii* substituit, minus recte. Orsiesius vixit cum Pachonio, et ei post Petronium successit, ut habetur in ejus Vita, cap. 53: *Arsisius obiter dicit se eum vidisse.*

(18) *Quinque millia virorum.* Sic hodie in Athomonte xii insignia sunt monasteria Græcorum monachorum ordinis sancti Basilii, quæ tributi nomine Turcarum tyrauno quotannis ex vineis et olivetis suis pendunt 6000 obolorum Turcicorum. Mons is a Christianis ἅγιος ὄρος, hoc est, *sanctus mons* dicitur, a Ruthenis *Suaita hora*. Ita notavit Joan. Langus ad lib. xi; Niceph., c. 58.

(19) *Agionem.* Apud Sozomenum, libro vi, cap. 50, et Nicephorum, lib. xi, cap. 37, *Arsisio* seu *Arsesio* jungitur *Arsion*. Heraclides hic *Agionem* habet. Fors *Arsion* ex *Agione* depravatum, vel contra.

(20) *Flagellum.* Ecce vetustam disciplinam, ut vocant, memoriam, de quibus vide Gretzerium nostrum accurate disserentem, peculiari ea de re libro.

(21) *Ammon.* De hoc Socrates, lib. iv, cap. 18; Sozomenus, lib. i, cap. 14; et ex eo Cassiodorus, histor. Tripar. lib. i, cap. 11; Nicephorus, libro viii, cap. 41.

(22) *Et corona redimiri.* Et sponsus et sponsa olim corona redimiri soliti.

(23) *Domina et soror.* Qui continenter in matrimonio vivebant, uxores suas vocabant sorores.

(24) *Or.* De eo Nicephorus, lib. xi, cap. 54.

Hic est ille Or hæreticus Origenista, quem Evagrius Ponticus (imo Rufinus, ut privilegio veno & docui) inter sanctos alios, suo de Vita Patrum libro (supra hic, lib. ii, cap. 2) immerito inseruit, ut auctor est sanctus Hieronymus, epist. ad Ctesiphontem. Eo quales sanctos nobis obrudat Palladius. Vide Scholium nostrum, tom. V (Bibliotheca Patrum) ad initium Operis Evagrii, ubi quoque observavimus, ex decreto sancti Gelasii I, ideam esse judicium Romanæ Ecclesiæ de ejusmodi hominibus, et sancti Hieronymi. Ita magister sacri palatii supra citatus.

(25) *Pambo.* De hoc Socrates, lib. iv, cap. 18; Nicephorus, lib. ix, cap. 14.

(26) *Ammonii et Eusebii, et Euthymii fratrum, et*

Origenis filii. Ita suppletum ex Græco Codice Parisiensis editionis, cum ante esset, *Ammonii et Joannis filii.* Bene Heraclides.

(27) *Qui se duos quidem obolos.* Qui hic oboli, Marci xii, 42, dicuntur λεπτά.

(28) *Curassem.* Latinis *curare*, quod Græcis ἐκράσεν. Hervetus hic *sepelire* verterat, non recte.

(29) *Origene presbytero ac œronomo.* Ita est in Græco Parisiensi. In aliis: Μακάριος τὸ πρεσβυτήριον, quod hic proprium videtur esse nomen, non appellativum, ut cepit Hervetus, qui vertit, *beato presbytero*. Apud Heraclidem, c. 2, est, *Parlo presbytero*. Nisi forte per *beatum presbyterum* intelligatur Isidorus.

(30) *Pior.* De hoc infra hic, cap. 87.

(31) *Ammonii.* De hoc Sozomenus, libro vi, cap. 30; et ex eo Cassiodorus, lib. x hist. Trip., capite 7; Nicephorus, lib. xi, cap. 52.

Baronius, tomo III, anno Christi 340, Julii papæ 4, Constantini, Constantii, et Constantis imperatorum 4. Quod pertinet, ait, ad Athanasii Romam adventum, reperimus duxisse secum inter alios Ammonium admirandæ sanctitatis virum (alius hic ab illo, quem tempore Constantini in Domino quiescere diximus; nam hic longe post Antonii obitum defunctus est), comitem habuit. De quo sic Socrates, lib. iv, cap. 18: « Alius quidam monachus erat vir plane admirabilis, qui Ammonius vocabatur. Iste idem parum curiosus fuit, ut cum Romæ una cum Athanasio forte versaretur, nihil ex magnificis urbis operibus, præter templum Petro et Paulo dicatum videre omnino desideraret. » Pervenit iste usque ad Theophili Alexandrini episcopi tempora, a quo creandus episcopus cum Evagrio, auriculam sibi præcidit, ne (quod sibi videbatur) eligeretur indignus.

Magister sacri Palatii, supra citatus, hic notat: Hic Ammonius fratresque ejus fuere palam hæretici Origenistæ, qui ex Ægypto Constantiopolim fugientes, magiarum turbarum in ecclesia causa fuere. Quos nimium execrati sunt Hieronymus epistola ad Ctesiphontem, et Theophilus Alexandrinus epistola ad sanctum Epiphanium, quæ 67 apud sanctum Hieronymum. Horum res nefarie gestas et turbines ab ipsis excitatas, ex certissimis auctoribus et monumentis exactissime exponit tom. V Annalium Ecclesiast. Ita ille.

(32) *Memoriter.* Græce, ἀποστυβίζεν. Eo fere verbo in hac re utuntur Græci, quod et infra, capite 21, in Marco, et cap. 39, in Aphthonio occurrit.

(33) *Impatibilis.* Miser Palladius præceptoris sui Evagrii dogma de impassibilitate Stoica hic obtrudere conatur. Vide Divum Hieronymum epist. ad Ctesiphontem. Ita magister sacri palatii hic annotat.

Heraclides hic immediate ante Benjamin quædam interserit de Evagrio et Ammonio, et ecclesia Rufiniana. Videtur Evagrio tribuere quod Rufinum e fonte suscepit, et sic citat et intelligit Baronius tomo IV, anno Christi 394.

(34) *Benjamin.* De hoc Sozomenus, lib. vi, capite 29; et ex eo Cassiodorus, hist. Trip. lib. viii, capite 10; Nicephorus, lib. xi, cap. 55.

(35) *Sella latissima.* Δίπρος πλατύτατος. Hervetus fuit *currus latissimus*. Nos *sellam* maluimus vertere cum Heraclide; cui suffragatur et Nicephori Callisti interpres lib. xi, cap. 55: δίπρος πλατύτατος ἰκρίβητα, *latiore sella consedit.* FRONTO.

(36) *Apollonii.* Illos etiam meminuit Sozomenus, lib. vi, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. viii, cap. 1; Nicephorus, lib. ix, cap. 14, et lib. xi, c. 55.

(37) *Vasa medica omne genus.* Πεντροῖα ἰατρικῆ, καὶ κελλαρικά. Heraclides: *omnem remedium speciem atque cellaria comparans.* Meursius in Glossario τὰ κελλαρικά exponit res que in cellario et peniculis recondi solent, et citat Maruenopolium, l. ii, tit. 10.

Quæ in fine dicuntur *frivola*, Græce est *γρυτάρια*. A

(38) *Pæcii et Isaiæ.*] De his Nicephorus, l. ix, c. 14.

(39) *Mercatore Hispanico.*] Græce, *ἐμπόρου Σπανοδρόμου*. Heraclidis vetus interpretes vertit: usque ad Hispaniam semper negotiando pergebat. Vidi Excerpta, in quibus erat *Πανελόμου*. An a civitate Panos in Ægypto? Hic, infra, cap. 39: *Ἐς Πανὸς τὴν πόλιν. Ἰν Πανὸς civitatem. Patrol. Gr., t. LXXXVIII, in Vita S. Joannis Eleemosynarii, c. 36, occurrit Gallodromus.*

(40) *Nobis pedes tuos attingentibus.*] Ita restitutum ex Græco, cum ante nullo sensu esset in Herveto, *ex tuis pedibus*. Obsecrationis species est, *pedes attingere, pedibus advolvi*.

(41) *Deum.*] Græca sonant, ut vertit Heraclides, *Ante Deum vobis loquor, utrosque in paradiso simul stare comperi*. Ita Paulus, in Corinth. xii, 19: *κατενώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. Coram Deo in Christo loquimur*, et ad Gal. 1, 20: *Ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, οὐ ψεύδομαι. Ecce coram Deo, quia non mentior*; ut intelligatur esse quædam species jurisjurandi III Tim. ii, 14: *Διαμαρτυροῦμενος ἐνώπιον τοῦ κυρίου. Testificans coram Domino*. Simile illud infra, cap. 113: *Ὡς ἐπὶ Θεοῦ ἡμᾶς ἔκιστον, Ὡς coram Deo loquens nobis persuadebat*. FROSTO.

(42) *Macarii junioris.*] Sozomenus, libro vi, cap. 29: et ex eo Cassiodorus, hist. Tripart. lib. viii, cap. 1; Nicephorus, lib. xi, cap. 35.

(43) *Solitudine.*] Interpretes ediderat, *ut desperet dæmones solitudinis insultantes*, quasi esset *ἐντυρωπώνας*. At Heraclides tuetur receptam lectionem capite 4: *Ut exultans solitaria vita illuderet dæmones atque despiceret*. FROSTO.

(44) *Et taurea.*] Non, *taurina pelle indutus*, ut Hervetus scripserat.

(45) *Macarii Ægypti et Alexandrini.*] De his Sozomenus, libro vi, cap. 29; Socrates, lib. iv, cap. 18; et ex eo Cassiodorus, hist. Tripart. lib. viii, cap. 7; Nicephorus, lib. ix, cap. 14; et lib. xi, cap. 42, 43. C

De poena culicum a se exacta Petrus Damianus, lib. v, epist. 8: « Nunquid et beatus ille Macarius digne ridebitur, qui dum se inimicum quid admisit e poenituit, acutissimis culicum rostris, quæ videlicet apros transsilerunt, per sex menses membra sua nudus exposuit? »

(46) *Cum Deo versari quam hujus mundi rebus occupari.*] Interpretes Hervetus aliter: *et majori tempore vel cum Deo, vel in rebus versari celestibus. Ἡ ὑπ' οὐρανῶν, orbis terrarum.*

(47) *Erga conjugem suam virginitatis.*] Edidimus, cum antea legeretur *erga suam maritum Parthenicum*, quasi nimirum Parthenicus proprium esset mariti nomen; imo *παρθενικός ἀνὴρ* in Scriptura dicitur, qui apud Plutarchum in Pompeio dicitur *παρθένιος ἀνὴρ*. Πάπλ. α (sic) τὸν παρθένιον ἀνδρα καίμενον. *Publium qui me virginem adhuc duxit*. Joel. i, 8: *Θρήνησον ὑπὲρ νύμφην περιωσμένην σάκκον ἐπὶ τὸν ἀνδρα τὸν παρθένιον*. A *Plange magis quam virgo ciliicio præcineta propter virum suum virginem*. Vulgata lat., *Super virum puertatis suæ*. Poetis est *χοιρίδιος πόσις, ὁ ἐκ παρθενίας γεγαμηκὸς γυναικα*. Sic *Ἰδιὸς Ἐ. κοιρίδιον ποθίουσα πόσιν τὸν ἀριστον Ἀχαιῶν*. FROSTO.

(48) *Amphoræ unius Cilicensis.*] Græce *Ἀμφορία κιλικίου ὕδατος*.

(49) *Spiritus fornicationis.*] Videtur Hervetus alio Græco textu usus, ut et vetus Palladii interpret. Plinius et alio sensu in Græco.

(50) *Ex lapidibus quadratis.*] *Ἐκ τετροπίδων λίθων*. Hervetus verierat, *quatuor pedum magnitudine*.

(51) *Locus humidus.*] Græce *ὕπκμος*, ex Ms., non ut est in excuso Lugdunensi *ὕπκμος, locus humidus*. Hervetus, *locus qui cedit facile*, quasi esset *εὐκτικός*:

vel *εὐκτικός, vel εὐκτός, παρὰ τὸ εὐκός*. Heraclides suffragatur nostræ correctioni: « Puteum quoque fecerunt, eo quod sine aliquo videretur humore idem locus esse. » Alter vetus interp., *Humectus est enim locus*. Ratio enim redditur, cur maximum puteum effoderint. FROSTO.

(52) *Narravit autem nobis.*] Hoc loco Heraclides interserit narrationem Macarii de Marco, quæ habetur et sequitur hic, cap. 21. Inde sequitur hic narratio Paphnutii etiam de Marco. Et dicitur Marcus dedisse Athanasio pellem, et Athanasio Melaniæ. Forte Marcus positus pro Macarius, ex compendio literarum. Tamen quod de ætate narratur, sexaginta videlicet annorum fuisse post baptismum, et quadraginta ante baptismum, ut habet Heraclides, convenit Marco, quem dicit centum annos vixisse. Rufinus vero, libro ii Histor., c. 4, Macario tribuit historiam de læana, uti et Græcus textus hic.

Similem historiam habes *Patrol. Lat., t. LXXXIII, lib. iv, cap. 8, ex Severi Sulpicii dialogo 1, cap. 9, de anachoreta anonymo circa Memphis, et quinque cæcis læanæ catulis ab eo illuminatis*.

(53) *Marci.*] Sozomenus, lib. vi, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. viii, cap. 1; et Nicephorus, lib. xi, cap. 35.

(54) *Mosis.*] Sozomenus, lib. vi, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, hist. Tripart. lib. viii, capite 1; Nicephorus, lib. xi, cap. 36 et 46. De eo etiam Theodoretus, lib. iv Hist. cap. 21.

(55) *Cum saltem Iulicorum circiter octodécim.*] Græce, *σαίτη ὡς ἰταλικῶν δεκαοκτώ*.

(56) *Communica sacramentis.*] Magna olim sacra communio reverentia fuit, ut quicumque somnii voluptuosis fuissent inquietati, in communione eo die abstinerent.

(57) *Pauli.*] De hoc Sozomenus, lib. vi, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. viii, cap. 1; Nicephorus, lib. xi, cap. 36; Cassianus, collat. vii, cap. 26 de Paulo apud Panephy-in.

(58) *Calculum.*] Vel hinc probatur vetus usus calculorum rosarii; ut frustranei sint hæretici, qui vel recentem inventionem vel superstitionem calumniantur.

(59) *Cronio.*] Nicephorus, lib. xi, cap. 37.

(60) *Inter Babylonem.*] Hervetus, *inter Babylonem et Herculeas*. Heraclides, *inter loca quæ Babylonis et Herculis habent nomen*. Alius vetus interp., *In er medium Babylonis et Heracleæ*. Capite 72 hic mentio *Ἡρακλίου ὀνηθαΐδος*; apud Rufinum, in regionibus *Heracleos*.

(61) *Eulogio.*] Nicephorus, lib. xi, cap. 25, de alio Eulogio agit.

(62) *Abi hinc, scelerate fugitive.*] Græce, *σχάτα, γλουττων, φυγοκύρι*. Meursius in Glossario pro *σχάτα, γλουττων*, legendum hic censet *σαταγλουττων*: quod idem est quod apud Aristophanem in Pluto *σαταφάγος*, id est, *stercorivorus*. Idem pro *φυγοκύρι* scriptum reperit *φαγοκύρι*, quod exponit *dominus helluo*, quasi *φάγων κυρίως*, idque dictum fuisse vult in convicio. Apud Vitas Patrum, lib. vii, interprete Paschasio, legimus, « Fugitive, qui propriam domum devorasti »; et apud veterem interpretem Palladii: *Multa mala commisisti, fugitive, forsitan domini tui alienas pecunias furatus es.* » Itaque Paschasius, cum vertit, *qui propriam domum devorasti*, legisse videtur *φαγοκύρι*, quasi *κυρίων φάγος*; sed idem tamen habet vocem *fugitive*, quemadmodum et Hervetus, et interpretes vetus Palladii; proinde verior lectio *φυγοκύρι*; quasi *φυγὰς κυρίου, qui dominum fugis, ut φυγοδέμιος, φυγοπόλεμος, et φυγαργός*. Sic Plautus in Pseudolo:

Fur, fugitive, fraus populi, fraudulente.

FROSTO

(63) *Mutilate, maculate.*] Græce est, *λαλωθημῆς, πεπηλωμῆς*. Apud Paschasium, sup., lib. vii, cap. 19, n. 5: *Elephantiosæ, cæno et luto horride*. Vetus Pallad-

(15) *Dominus* mendose appellatur. Psal. cxlv, 8. Psalterium, sap. loco, *Dominus* admonet a

κύριος πορίζουσα
gala Latina: *D*
(14) *Ut obri-*
giam Collatione
Cassianum, co

(15) *Macari-*
ne error sit in
appellative be
exprimit nom

(16) *Lapida-*
baro notat hic
vetus recens l
uterque vertit
prodiit est: A

(17) *Arsisu-*
in textu vocat
Hervetum cap

Fuit quide
lite, et regio
Lleini, post
obit. De quo
rus, lib. ix, t

Sed alius i
dius habitas
cap. 50, et N

Meursius
sesii pro *Or-*
vixit cum P.
ut habetur i
se eum vidi

(18) *Quin-*
monte xxii
nachorum
nomine T.
olivetis sui
Mons is a
mons dicit
Joan. Lang

(19) *He-*
50, et Nic
sesio jump
Fors *Arsi-*

(20) *Et*
vocant, n
strum acc

(21) *A-*
Sozomen
stor. Triq
cap. 41.

(22) *Et*
corona r

(23) *I-*
menio vi

(24) *C-*

Hic est
Ponticus
sanctos
lib. ii, ca
Hierony
ctos nob
strum, to
Evagrii,
Gelasii
ejusmodi
sacri pal

(25) *P-*
cep

ut qui meditatur defectionem, ad eam tendit. Sic A
Jouas 1, 4: *Et navis putavit conteri, ut ex Hebræo*
Vatablus; vulgata, *periclitabatur conteri*. FRONTO.

(94) *An divina voluntate.*] Interpres ediderat an po-
tentiori voluntate. Rectius Heraclides, *utrum studio*
hominum, an voluntate divina, ἐξ εὐδοκίας τοῦ κρείττο-
νος, quæ vox Numen divinum etiã apud profanos
significat. Plutarchus, in Pyrrho: *Ὅς τινὰ τῶν κρείτ-*
τόνων θαυμάσαντες, tanquam aliquem ex diis admiran-
tes. Socrates, lib. 1, cap. 4, Histor. *Ὁμολογῆσαι χάριν*
τῷ κρείττονι, τοῦ κρείττονος ἐπιεικύντος. Deo opitulante,
Nicephorus, lib. xvi, cap. 29. Ita hujus Lausiacæ his-
toria cap. 52, *τὴν εὐδοκίμωσιν οὕτω σχοίη παρά τῷ*
κρείττονι, quod perperam interpres, *dignu laboribus*
consequatur a potentiore. FRONTO.

(95) *Nuntiata est.*] Retinuerat vocem Græcam in-
terpres: « Hodie, aiebat, venerunt Alexandria in epi-
nicia maxime pii Theodosii. » Prosper in Chronico,
ad annum Christi 495, meminit hujus Prophetiæ
Joannis: « Joannes anachoreta, clarus habetur; qui
ornatus prophetiæ gratia Theodosium consulentem,
de eventu belli, quod adversus Eugenium movebat,
victorem futurum prædixit. » FRONTO.

(96) *Ammonæ.*] De hoc vide dicta ad Rufinum
lib. II, cap. 3. [Patrol. Lat., tom. XXI.]

(97) *Be.*] *Benus* hic dicitur Rufino lib. II, capite 4.
[Ibid.]

(98) *Theona.*] *Theon* hic dicitur Rufino lib. II,
cap. 6. [Ibid.]

(99) *Elia.*] Vide citatos de hoc auctores ad librum
II Rufini cap. 12. [Ibid.]

(100) *Apollo.*] De eo citatos auctores vide ad dic-
tum librum Rufini cap. 7. [Ibid.]

(101) *Et nicolaos maximos, et panes mundos et cali-*
dos.] Græcus Ms. Venetus: *καὶ νικολάους παμμεγέθεις,*
ἄρτους δὲ καθαρούς καὶ θερμούς. Parisiensis editio
Græca loco δὲ habet *δέκα, decem*. Deceptus Hervetus,
qui verterat: *Et nicolaos panes maximos, et puros lupi-*
nos. Nempe *θίρμους* legit, id est, *lupos*, pro *θερ-*
μούς, calidos.

(102) *Copre.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 28; Cassio-
dorus, lib. VIII, cap. 50; Nicephorus, I, II, c. 34.

(103) *Anuph.*] Nicephorus, lib. XI, cap. 14.

(104) *Hellenis.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 28; Cas-
siodorus, lib. VIII, cap. 50; Nicephorus, lib. XI,
c. 34.

(105) *Apelle.*] Sozomenus, Cassiodorus, Nicepho-
rus, ibidem.

(106) *Joannis.*] Nicephorus lib. XI, cap. 30.

(107) *Mittebat eulogias.*] Hervetus interpres verte-
rat, *mandabat benedictiones*. Vide Onomast.

(108) *Paphnutio.*] De variis Paphnutiis vide dic-
ta ad lib. II Rufini, cap. 16. [Ibid.]

(109) *Mercatore.*] Sozomenus, lib. VI, c. 31. Nice-
phorus lib. XI, cap. 38.

(110) *Apollonii.*] Dubito an de hoc Sozomenus lib.
VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII Tripart.,
cap. 3; Nicephorus, lib. IX, cap. 14. Vide notata ad
Rufinum, supra, lib. II, cap. 19 Patrol. t. XXI.

(111) *Philemone.*] Vide dicta ad Rufinum eodem
libro et capite.

(112) *Martyrio.*] Id est, templo martyrum. Vide
Onomasticon.

(113) *Tabernacula.*] Græce *σκηνώματα*. P. Fronto
noster hic substituit *corpora*. Pro utroque *σκίνωμα*
capitur, *uii et tabernaculum*.

(114) *Dioseuri.*] Dicitur hic presbyter. Quare di-
stinctus videtur a Dioscoro episcopo, cujus mentio su-
pra, cap. 10. Nisi idem ante presbyter, post episco-
pus factus sit. Vide dicta, ad Rufini lib. II,
cap. 20, ubi alios auctores de hoc Dioscoro nostro
citavimus.

(115) *Nitrienses.*] Vide notata ad Rufinum lib. II,
cap. 21. [Patrol. Lat., t. LXXII.]

(116) *Ammonio.*] De hoc non memini legere præ-
terea quæ habes, apud Rufinum, lib. II, cap. 23.

(117) *Isidori.*] Vide Notationem ad lib. II Ruf-
ini cap. 17. [Patrol. Lat., tom. XXI.]

(118) *Ammonæ.*] Dicitur hic supra Rufino, lib. II,
cap. 32, *Piammon*.

(119) *Sacrificium.*] Προσπίρων λατρείας. Quæ vox
licet proprie cultum vel obsequium sonet, tamen et
pro sacrificio usurpatur; et suffragatur nobis Rufini-
nus, quem comperimus, cap. 32, scripsi-se, P amo-
nem hæc vidisse, cum Domino sacrificio offerret
(sic enim appellat quem hic Palladius Ammonam) et
σημετούμενον Hervetus signantem, clarius notantem,
in charta scilicet scribentium eorum nomina, ut expo-
nit idem Rufinus, accedentium ad altare scribentem
nomina; et Sozomenus uberius cap. 29 lib. VI Histor.
Τὸν Πάμμωνα ἰερωμένον θεάσασθαι περὶ τὴν ἱερὰν τρά-
πεζαν θεῖον ἄγγελον ἰστώτα, καὶ τῶν μοναχῶν τοὺς πα-
ρόντας ἐγγράφειν βιβλῶ, τοὺς δὲ ἀπόντας ἀπαλείφειν.
« Piammonem cum sacrum faciebat, vidisse circa sa-
cram mensam stantem angelum Dei, et monachos
presentes in libro quodam scripsisse, absentes vero
delevi-se. » Nicephorus, lib. XI, cap. 35. FRONTO.

(120) *Joanne.*] Consule notata ad lib. II Rufini,
cap. 35. [Patrol. Lat., t. XXI.]

(121) *Pityrionis.* Meminit Nicephorus, I, IX, cap. 14,
Pithyrionis, qui apud Athenas asceterium habuit.

(122) *Parvam pultem ex farina.*] Græce ζωμὸν ἀλεύ-
ρου. Hervetus verterat, *parvum farinæ jusculum*.
Credo intelligi, quæ hic alibi dicuntur *sippulæ*. Vide
Onomasticon.

(123) *Eulogii.*] De hoc vide citatos auctores ad
lib. II Rufini, cap. 4. [Patrol. Lat., t. XXI.]

(124) *Serapionis.* Vide de duobus Serapionibus
notata ad Rufinum, lib. II, cap. 18. [Ibid.]

(125) *Artabas.*] Ægyptiæ hæc mensura, faciens
modios tres cum tridente.

(126) *Pæmenium.*] Locus in Palæstina, a pastoribus
ita dicitur Ποιμίνιον.

(127) *Hieronymi.*] Notat hic magister sacri Palatii
libro supra citato, ad verba Posidonii de Hieronymo;
vel Posidonius iste vaticinans adversus sanctum Hie-
ronymum fuit impostor, vel Palladius odio in sanctum
Hieronymum (quod est propensius) aperte mentitur,
et rabie in eundem furit. Sed haud crede, lector,
impudenti Origenistæ et Pelagiano Palladio, dum ma-
ledicentiæ frena effundit in sanctissimum virum an-
gelis venerandum.

789 (128) *Paula.*] Notissima nobilissimaque femi-
na, cujus Vitam habes apud sanctum Hieronymum.

(129) *Serapionis Sindonitæ.*] In Menæis, 24 Maii,
vocatur ὁ ἀπὸ Σινδόνος. Si idem cum nostro, legem-
dum ὁ ἀπὸ Σινδόνος. Nam Palladius clare Sindonitæ
ait dictum, quod sola sindone uteretur.

(130) *Viginti solidis.*] Interpres, *viginti nummis*.
Vide Onomasticon.

(131) *Qui erant in dignitate.*] Hervetus legisse vi-
detur οἱ εὐταλεῖς, non οἱ ἐν τιμῇ, vertit enim, *qui*
erant viles et abjecti. Heraclidis autem interpres le-
ctioni Regii Codicis et Excusi astipulatur: « stetit
supra quemdam colliculum civitatis, ubi primates
ejusdem oppidi concilium habere consueverant. »
FRONTO.

(132) *Pallium gestabant et byrrum.*] Græce, τρι-
βωνοφόροι τε καὶ θυρρόφοροι.

(133) *Evagrius.*] Dignum patella operculum. Pal-
ladius Origenista celebrat suum præceptorem Eva-
grium hæreticum pariter Origenistam, ab Ecclesia
sæpius condemnatum. Sed qualis fuerit Evagrius,
vide supra (lib. II, not. 43, ad cap. 27), ut hinc
cernas hæretico de hæretico et ejusdem hæresis
mysta proidenti quænam sit deferenda fides. Ita ma-
gister sacri palatii sæpe jam citatus.

(134) *Civitatis Iberorum.*] Heraclides: *Hiberorum*.
Græc. Venet. Ἰβέρων. Paris. Ἰβάρων. Hervetus im-
presserat *Liberorum*. Est quidem alibi *Liberorum*,
Ἐλευθερίων civitas; sed quia Ponticus dicitur Eva-
grius, investiganda civitas *Hiberorum* in Ponto. Di-
vius Hieronymus, epistola ad Ctesiphontem contra

Pelagium, vocat *Hyperboritam*, ubi Grævius restituit *Iberitam*. In concilio Constantinopolitano primo, quod fuit secundum generale, in subscriptionibus episcoporum, habes duplicem Pontum, videlicet *Amasiæ*, ubi ponitur *Pantophilus Iberorum episcopus*; et *Polemoniæ*, ubi ponitur *Atarbius episcopus*. Quare *Ponticum* et *Iberitam* Evagrium capio ex *Ponto Amasiæ*, qui fuit dicitur *Helenopontum*, ut alter *Polemoniæ*. Est autem *Ἰβηρὰ*, *Ibora* civitas *Helenoponti* in *Authenticis*, collat. iv, tit. 7, novell. 28, apud *Porphyrogenetam* *Cappadociæ*. Unde apud *Hieronimum* legitur *Iboritam*. *Sozomenus*, *Socrates*, *Nicephorus*, locis mox citandis, *Evagrium ex Iberibus* faciunt, qui *Pontum Euxinum* accolunt.

(135) *Episcopa ecclesiæ Cæsareæ ad Argeum*.] Hoc cum sequenti, *Post decessum sancti Basilii episcopi*, deest in Græco Veneto. Est in Paris.

(136) *Nyssenius*.] Ita Græcus Paris. *Heraclides*, et Græcus textus Venetus, *Nazianzenus*, et iis deest *frater episcopi*, cui datur *honos inter apostolos*. Jure dubites, an *Nyssenus*, an vero *Nazianzenus* hic intelligendus sit. Pro *Nyssen*o facit, quod hic dicitur *Gregorius* veniens ad concilium reliquisset *Evagrium Nectario*. Nam constat *Nyssenum* ad concilium Constantinopolitanum venisse, *Nazianzenum* vero jam tum Constantinopoli aliquot annis habitasse. Si filius *Nicephori* catalogus, duodecim annis dicitur habitasse Constantinopoli. Et ipse *Nazianzenus* oratione valedictoria, quam ipse *Συνακτῆριον λόγον* inscribit, nomine c. episcoporum sic dicit: *Τοσοῦτος χρόνος, φασίν, ἔξ οὗ τὴν ἐκκλησίαν ἄγει μετὰ τῆς τοῦ καιροῦ ῥοπῆς*: «Tanto jam tempore, inquit, ecclesiæ præes, temporis ope et auxilio fretus.»

Pro *Nazianzeno* adduci posset quod in testamento ejus fiat mentio *Evagrii* diaconi, cui quædam legat. Quo loco hunc nostrum *Evagrium* intelligit *Baronius*, tomo IV, anno Christi 389, qui etiam anno Christi 379 et 381, *Evagrium* hunc nostrum a *Nazianzeno* diaconum ordinatum asserit. Certe et *Socrates*, lib. 19, cap. 23, Græcæ edit., seu cap. 18 *Latiniæ*, *Evagrium* a *Nazianzeno* diaconum ordinatum scribit, quem exseribit *Suidas* in *Μακάριος*. Ita igitur de *Evagio* *Socrates*: *Τούτων Εὐάγριος γενόμενος μαθητὴς, τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐπέηρατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὢν, ὅς ἐν τῇ Κωνσταντινῶν πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνίου, εἰς τὴν τοῦ διακόνου προχειρισθεὶς τάξην, εἶτα ἅμα αὐτῷ εἰς τὴν Ἀργυρῶν κατελεύθων, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχῶν ἀνδράσι τὸν ἐκείνων βίον ἐξήλωσε. Καὶ τὸσαῦτα τεράστια ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ γέγονεν ὅσα καὶ ἐν ταῖς τῶν αὐτοῦ καθηγητῶν: ἐπιστορῶν (duorum *Macariorum*) discipulus fuit *Evagrius*; qui studium sapientiæ in initio quidem verbis duntaxat, postea autem factis diligentissime excoluit. Hic primum Constantinopoli a *Gregorio Nazianzeno* est ordinem diaconi consecutus; deinde una cum illo in *Ægyptum* profectus, ibique cum illis piis viris, quos supra dixi, colloctus, illorum vivendi genus ardenti studio imitari cœpit, totque miracula ab eo edita quot a *Macariis* præceptoribus suis.» Similia habet *Sozomenus*, lib. vi, cap. 30; *Nicephorus*, lib. xi, cap. 42. Suggesti aliquas utrinque rationes dubitandi. Certius decidi poterit si pures manuscripti Græci in alterutrum conspiciant.*

(137) *Riciniis scateret*.] Græcæ est: Ὅς καὶ τὸ σῶμα πρότερον ἐκδράσαι, quod *Heraclides* vertit, *ut per corpus ipsius totum quedam papulæ esirent*. Vide ad veterem *Palladii* *Lausiacam*;

(138) *Pior*.] Mentio ejus supra, cap. 41. De hoc quoque *Sozomenus*, lib. vi, cap. 29. *Cassiodorus* lib. vii, cap. 4, *Nicephorus* lib. xi, cap. 37.

(139) *Contentus inebentis amaritudinibus aquæ*.] Ita verterat *Heraclides*. *Hervetus*: *se aquæ concludens amaritudinē*; quasi nimirum legisset, *τιχίσις ἐν τῷ, προ-στοιχῆσας*. *Ruffinus*, lib. iii, cap. 51, hunc ipsum *Pior* apud semetipsum ait cogitasse: «Quoniam qualemque aquam inveno, oportet me ipsa contentum esse.» *FRONTO*.

(140) *Moysis*.] *Nicephorus*, lib. xi, cap. 37.

(141) *Propter quod missus sum di' ἀποσταλῆς*.] Hæc contraxerat interpres *Hervetus* hoc modo, dicens: *Non ideo missus sum*. Sed amplio rem sententiam in Græcis tenebat *Heraclides*, cap. 27: «Propter quod sum, inquit, missus, hoc factum est, nam ut cibum caperem, nemo me misit.» *Sozomenus*, lib. vi, cap. 29: *Ὅτι ἀπέστειλε, φάσας, μὴ ἐπὶ τούτῳ ἀποσταλῆαι, ἠνύσθαι δὲ ἐφ' ᾧ ἦλθεν*: «Noluit, dicens, se non ea de causa ad eos missum, atque rem, ob quam ipse venerat, jam esse confectam.» *Nicephorus*, lib. xi, cap. 32: *Ὅτι ἀπέστειλε, εἰπὼν, μὴ ἐπὶ τούτῳ ἦσαν, ἠνύσθαι δὲ αὐτῷ, δι' ὃ παραγγίλη*. «Morem illis non gessit, non ea de causa se venisse dicens, effectum autem esse id, cujus causa venerat.» *FRONTO*.

(142) *Chronii*.] De alio *Cronio* supra, cap. 25.

(143) *Paphnutii Cephalæ*.] De variis *Paphnutiis* videlicet ad l. ii, c. 16. n. 32. [*Patrol. Lat.*, t. XXI.]

(144) *Stephano*.] Alius hic ab eo, de quo supra, cap. 30.

(145) *Hoc est non ad utilitatem*.] Restitutus est hic locus, quem mutilum sic exhibuerat interpres: «In verbis inanibus, non impletis verborum testimonio. Ex derelictionibus ergo una quidem est.» Locus autem *Jobi* est prior c. vi, 6, posterior autem c. xl, 3, nonnihil diversus. Ἡ ἀποκοπὴ μου τοῦ κρίμα; οἷς δὲ με ἄλλως σοὶ περὶ χρηματικῶν ἢ ἕνα ἔσται; δίκαιος; nunquid 790 repellis iudicium meum? *Putas autem me aliter respondisse tibi, quam ut appareas justus?* In quibusdam tamen libris editis legitur, ut hic a *Palladio* citatur, *μη ἀποκοπῆς. Ne repellas*. *FRONTO*.

(146) *Necessario*.] Hic mutilata interpretatio *Herveti* ex auctoris et veteris interpretis verbis restituta est. Sic apud *Platonem* ψυχῆς κίνησις *Cicero* interpretatur *animi commotio*, qui et *Tusculana* iram definit: *πάθος ἐστὶν ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, Perturbatio aversa a recta ratione contra naturam animi commotio*. Ὁργὴ ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκούντος ἠδικηθέντος οὐ πρόσκαιρός. *Ira est libido sentiendi ejus qui videatur læsisse injuria*. *Aristoteles*, in *Rhetoric*, cap. 2: Ὁργὴ, ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένη διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν καὶ προσαιτιώσεως. *Appetitus cum dolore conjuncta ejus quæ appetit ultionis propter eam quæ apparet despicientiam, non convenienter*. *FRONTO*.

(147) *Ventos pascens*.] *Oniserat* interpres, et *bras persequens*, non *Heraclides*: «et pastor quadammodo insipiens videbatur esse ventorum, atque persecutor umbrarum,» cap. 47. Locus est *Eccles. xxxiv, 2*: Ὅς θρασυόμοσος σκιάς, καὶ διώκων ἔμπρη, οὕτως ὁ ἐπέχων ἐν ὑπνοῖς. *Quasi qui apprehendit umbras, et persequitur ventum, sic qui attendit somnum*. Legimus quidem in *Vulgata Latina*, *Osee* xii, 1. *Ephraim pascit ventum*, sed Græcæ est, ὁ δὲ Ἐφραὶμ πονηρὸν πνεῦμα. *Ephraim autem pascimus spiritus*. Est et *Proverb. x, 4* in *Latina Vulgata*, cui Græcæ minime respondent, *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aves volantes*. *FRONTO*.

(148) *Ephræm*.] Vide dicta ad vitam ejus. [*Patrol. Lat.*, t. LXXIII, col. 325 seq.]

(149) *Omnes enim res cauponantur*.] *καταλευσσι τὰ πράγματα*, ut dixit *Poeta* vetus apud *Ciceronem* de *Offic.*: «Non cauponantes bellum, sed belligerantes.» *Ignatius*, epist. ad *Trallianos*. *Ἡσέπρωται: τὸ ὄνομα Χριστοῦ, καὶ καταλευστές τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου*. «Circumferentes nomen Christi, et Evangelii sermonem nundinantes.» *Basilius Seleuciensis*, orat. 8: Οἱ μὲν οὖν τὴν φύσιν καταλευστές νεκροῦ μόνον δουλεία τὸν παῖδα καταδικάζουσι. «Illi naturam cauponati abjectum pro notho puerum damnant servitute.» *Apostolus* ipse, *II Cor. ii, 17*: *καταλευστές τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Adulterantes verbum Dei*. Apud *Hierolotum*, *γυμνασίον πόντος καὶ πράγματα*, est, *eis omnes questus habere*, ut apud *Philostrophum*, *τὸν σοφὸν καταλευστές*, est *Βυδᾶν, philosophium lucro posi-*

habere. Sozomenus de hoc ipso Eubraim, lib. III, A cap. 15 : Σχεδόν πάντων πρὸς κέρδος κερνήτων, καὶ καπηλείων τὸ πρῶτον ποιουμένων. « Cum omnes fere lucri cupiditate ardeant, et hanc rem velut mercaturam ad questum faciunt. » Nicephorus, lib. IX, cap. 16 : Πάντες γὰρ πρὸς κέρδος κερνήτες εἰσι τὰ τοιαῦτα ἀσχερῶς καπηλεύοντες. « Omnes enim lucri inhiare, et talia foede in suum questum vertere. » FRONTO.

(140) Sub imperatore Constantio.] Heraclides interpres. « Sub imperatore Constantio in principiis ejus imperii in magnorum virorum ordine militasset. » At r vetus interpres Palladii : « In initio imperii Constantini abrenuntiavit saeculo. » Hervetus vertit, inter magistratus. Τὰς ἀρχάς ἰgitur hic non magistratos intelligas, sed initia imperii, ut in Prato spirituales, cap. 112 : Ἐν ταῖς ἀρχαῖς Τιβερίου τοῦ βασιλέως. Initio imperii Tiberii imperatoris ; « t cap. 155 : Εἰς τὰς ἀρχάς τοῦ πιστοτάτου ἡμῶν βασιλέως Μουρτίου : Initio imperii fidelissimi imperatoris Mauritii. » Esdræ, IV, 6 : Ἐν ἀρχῇ βασιλείας αὐτοῦ. In principio regni ejus. FRONTO.

(151) Qui inter domesticos militabat.] Δομοστικῶν στρατιωτῶνων. Hervetus vertit, domesticum qui militabat. Dicebantur domestici peculiari appellatione, qui in aula imperatoris militabant tam equites quam pedites (quos alii etiam oxiarios vocant) destinati custodiae Imperatoris : de quibus pluribus agit Meursius in Glossario. FRONTO.

(152) Viam minime tritam.] Interpres, valde immutabilem, quasi legisset ἀτραπτον, non, ἀτριπτον, quod Heraclides vertit, a nullo pene detritam ingressus est viam. Ita Lucretius, lib. IV :

Avia Pieridii peragro loca, nullus ante Trita solo.

Ambros. sermone 74, de Natali martyris : « Via vitae abi Dominus resurrexit nota facta, solo attrita est plurimorum. » FRONTO.

(153) Abramio.] Cassianus, collat. XV, cap. 4 et 5, C de alio Abraham abbat.

(154) Frustum sarmenti.] κόμμα κλήματος. Hervetus frustum scalarum scripsit, quasi legisset, κλήματος. Heraclides, cum exiguam partem sarmenti ex arida vite teneret.

(155) Eustathii.] Sozomenus, lib. III, cap. 15, de alio Eustathio Sebasteae episcopo.

(156) Ut tota ejus.] Vitiosa lectio peperit ineptam interpretationem, ut sol ejus ossium fabrica perspicue ostenderet. Ita nimium Lugdunobatava, p. 151 : Ὡς ὄλον διαφαίνετο αὐτοῦ τῶν ὀστίων τὸ πῦγμα. Neque emendationem Codicem nactus est Heraclides, apud quem lego, cap. 57 : Ὡς ὄλον διαφαίνεσθαι αὐτοῦ. FRONTO.

(157) Gaddanæ.] Sozomenus, lib. VI, cap. 31.

(158) Huic monachorum exceptori.] τούτῳ δὲ τῷ δεξιῶτι τῶν μοναχῶν. Nempe Sabbati duplex officium monachis praestitit ; et eos transeuntes hospitio excepit, et iisdem necessaria ad cellas tulit. Hervetus vertit dextero mensæ structori, cui rei sufficit una vox εὐπράκτεος, quae sequitur.

(159) Philoromo.] Alius Philoromus martyr cum Philæa tempore Diocletiani, de quo Eusebius libro VIII, cap. 10, et Nicephorus, lib. VII, cap. 9. Hic noster sub Juliano passus est. Non recte Meursius hunc cum alio confundit.

(160) Validissime verberari.] Secuti sumus interpretem Heraclidis, cap. 32 Paradisi : « Calvitie ei prius facta jussit a pueris verberari, qui supplicium plagarum patientissime serens. » Ferri tamen potest. Herveti interpretatio, et a pueris ei stanti alapas impingi, quod Græce est κοσασσῆσαι. Suidas : κόσος, τὸ βάκιον, alapa seu plaga. Ita supra, cap. 29 : Ἀπομακρῖς ὄν ἐγὼ ἔδωκα κόσων. Furore ergo percussus impegi ei colaphum. Heraclides, cap. 40, percussus cum dextera mea. Tertull., de Spectaculis, cap. 30,

Colaphis diverberatur. Et solebant aliquando martyres ita colaphis et alapis caedi. FRONTO.

(161) Quem morbum tyrannidem.] Τυραννῖδαν τὸ πάθος, ex ms. scripsimus ; interpres πλῆθος legisse videtur, non πάθος, nam vertit : quod tyrannidem exercens exagitat multitudinem. Heraclides dixit : « quos ille animi et corporis morbos ita superavit, veluti si quis immensum incendium validissimis aquis exstinguat. » FRONTO.

(162) Coram Deo loquens.] Ὡς ἐπὶ Θεοῦ ἡμᾶς ἔπεισεν. Quæ Heraclidis interpres obscure vertit : sicut persuadere ante Deum nobis solebat. Obscurus Hervetus, sed eum qui ex propriis ad nos venit divinitus. Idem valet ὡς ἐπὶ Θεοῦ, quod, coram Deo loquor, ut supra, cap. 16, ὡς ἐπὶ Θεοῦ ἀμωπτόρους εἶδον, quod Heraclides, ante Deum vobis loquor. Et cap. 30, de Adolio : vere enim sub Deo loquor. Et cap. 2 hujus 791 Lausiaca : ἐπὶ Θεοῦ μάρτυρος οὐκ ἔγνω τούτου. Deum testor me nunquam eum cognovisse. » FRONTO.

(163) Severiani.] Quod hic est, in Ancyra Galatiæ, in Græc. Venet. est, τῇ Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίᾳ : In Casarea Cappadociae.

(164) Nullam possessionem.] Οὐδὲν κτήμα dixit, non οὐδὲ κλῆμα, ut excusum fuit in editione Lugdunensi. Et interpres extudit minus aptam versionem ex manuscripto libro nihilo castigatior, quibus ne vitis quidem sarmentum dederunt, at Regius, κτήμα, possessionem ; quemadmodum et paulo post ait Palladius, τοὺς καρποὺς κτημάτων ἡμῶν κομισομεθα, fructus possessionum nostrarum colligemus. Heraclides vero, c. 51 Paradisi : quibus ne unam quidem unciam tradiderunt. FRONTO.

(165) Bisarionis.] Varia Bisarionis apophthegmata passim in Vitis Patrum occurrunt. Quod hic de vendito libro sequitur, refert Nicephorus lib. XI, c. 43, ex Evagrio, suppresso nomine.

(166) Irnarcha.] Id est, tranquillitatis publicæ et securitatis studiosus latrunculator.

(167) Melania. Vide preluhia ad lib. II De Vitis Patrum [Patrol. Lat., t. LXXIII. col. 707], ubi de ejus Vita et Peregrinatione ratione Ruffini comitis, ut Baronius existimat.

(168) Romana.] Græce est, Σπίνη ἢν το γένος ἦγον Ῥωμαῖα. Quod videtur Heraclidis interpres veteres voluisse, beata Melania de Hispano vel urbeico genere descendens. Nam et apud Paulum legitimus, Rom. XV, 24 : ἐὰν πορεύσωμαι εἰς τὴν Σπανίαν ; cum in Hispaniam proficisci cæpero ; et apud Gellium, l. IX, c. 13, pro Hispanico gladio, reponunt, spanico gladio, et apud Hieronymum, in LXIV Isaia, Spaniarum et Lusitanias. Sic et antea, c. 16, Σταυροφόμος, Heraclidi mercator Hispanicus. FRONTO.

(169) Marcelli consularis.] Μαρκελλίνου τοῦ ἀπὸ ὑπάτων. Heraclidis interpres vertit : fuit Marcellini cujusdam exconsulis, aptius quam Hervetus, Marcelli consularis.

(170) Vigesium secundum.] Ita et Heraclides, et textus Græcus. Hervetus, vigesimum tantum habebat.

(171) Arsisium.] Græce, Ἀρσίσιον. Hervetus habebat Orsisium.

(172) Pissimum et Adelphium.] Græce Πισσίμιον et Ἀδελφίον. Hervetus habebat, Pitimium et Adelmum.

(173) Serriti caracalla.] Græc. Aug. et Parisiensis, παιδαρίον καρακάλλον. Græc. Venet. καρακάλλον δουλον. Heraclides, tunica puerili. Vide Onomasieon.

(174) Ut eam terret.] Προσεδόξασε ταύτην κεννίσσαι. Hoc Ms. ita exhibuit, ταύτην κατακονίσσαι, labore conficere, fatigare. Sed in altero loco idem Codex habuit κεννίσσαι, nec aliter legisse videtur interpres Heraclidis : Credens quod sinus suos possit fumo quodam atque terrore ex pecunia ejus implere. Ac deinde in altero loco : Nec terere igitur me in aliquo vales. Hervetus, speravit fore, ut ei fumo oculos perstringeret ; sed metaphorice κεννίσσαι hic idem valet quod fatigare, vel perterrefacere. Similem habes conatum

alterius præsulis provinciae, Act. xxiv, 27, et sperans A quod pecunia ei daretur a Paulo. FRONTO.

(175) *Ruffini.*] Palladius Origenista, et Gennadius et Cassianus Pelagianis faventes, multis laudibus Ruffinum extulerunt. At sanctus Hieronymus Ruffinum tanquam haereticum perpetuo insectatus est, cuius iudicium cum ipsa Romana Ecclesia nos etiam probare par est. Sic enim inquit sanctus Gelasius I, in Romano concilio lxx episcoporum: « Sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus Ruffinum de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ fratrum Hieronymum sentire cognoscimus. Et non solum de Ruffino, sed etiam de universis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit. » Hæc sanctus Gelasius. Ruffini res sincerissime ex probatis auctoribus excerptas exhibent tibi tomus IV et V Annalium Ecclesiasticorum. Hactenus magister sacri palatii sæpe jam citatus.

(176) *Schisma.*] Ita restituendus hic locus mire deformatus, quod legisse videretur interpret σχῆμα, non σχίσμα. Vertit enim: *Juberit quoque habitum, qui est secundum Paulinum.* Vide et Sozomenum, lib. iv, cap. 26.

(177) *Unigeniti.*] Græce μονογενοῦς. Sed tamen dicendum et vertendum unici. Ita recte apud veterem Heraclidis interpretem, nam et duos alios habuit liberos.

(178) *Qui duos quoque habuit filios.*] Editio Meursii ἔσχε δι τέκνων δύο δικαίωμα. Unde in notis annotatur scribendum, τέκνων τριῶν δικαίωμα. Notum enim esse in re Romana jus trium liberorum, et ortum esse mendum e confusione ε και γ. At Regius Codex veram lectionem exhibuit τέκνων δυάδα, cui astipulatur Heraclides, *matrimonium ex quo et filios suscepit duos*; accedit et liber, quo usus interpret Hervetus. FRONTO.

(179) *Apronianum.*] Græc. Aug. Venet. et Paris., Ἀπρονιανόν. Hervetus ediderat Apronianum.

(180) *Piniano.*] Πινιανῶ. Male in Herveto erat Apriano.

(181) *Filii.*] Græcus Venet. ἀδελφοῦ.

(182) *Liberasset.*] Supplevi hic quædam ex Græco. In Veneto Codice erat: ἤγαγεν ἐπὶ τὸν μονήτην βίον και τὸν Πουπλικῶν ἐπὶ υἱὸν τὸν νεώτερον κατήχησι: » Duxit ad vitam solitariam, et Publici juniorem filium catechesi instituit. » Atque ita etiam Heraclides, ubi tamen deest nomen Publici. Gr. Codex Augustanus habet Ποπλικόλα. Parisiensis, Ποπλικόλα, loco Πουπλικῶν.

(183) *Parvæ Melaniæ.*] Hujus Peregrinationem legere est *Patrol. Lat.*, [t. LXXIII, p. 708-735.]

(184) *Piniano.*] Græc. Aug., Πινιανῶ. Græc. Paris., Πινιανῶ. Græc. Venetus, Ἀπρινιανῶν, vel Ἀσπρινιανῶν. Hervetus habebat Pipiano.

(185) *Filio Severi.*] In Vita sanctæ Melaniæ apud Metaphrastem, 31 Decemb., *fratri Severi.*

(186) *Superhumeralia.*] Græc., ἡμιφόρια.

(187) *Presbytero.*] Græc. Venet. addit: και μοναχῶ δερματισίω. Paris., Δαμιατισίω. Heraclidis interpret, *monacho Dalmata.* Et sic in textu addidi.

(188) *Ex ore leonis.*] Alludit (ait Fronto), de Alarico loquens, ad illud Apostoli, II Tim. iv, 17: Ἐρρύσθη ἐκ στόματος λέοντος. *Et liberatus sum de ore leonis.* Eusebius, in Chronicis, anno Abrahami 2427, circa an. Christi 413: « Roma orbis quondam victrix a Gothis Alarico duce capta. »

(189) *Fratre.*] Id est, Piniano marito. Alibi, *nunc usu fratre*, nisi et verum fratrem habuerit, de quo hoc intelligi possit.

(190) *Albina.*] De ea divus Hieronymus in variis epistolis.

(191) *Piniano.*] Græcus Ms. Venetus, Ἀπρινιανός, Aprinianus. Aug., Πινιανός, Pinnianus. Paris., Πινιανός.

(192) *Pammachio.*] Græc. Ms. Venet., Μάχχιος vel Μάχχιος, *Matthius* vel *Matthius.*

(193) *Macario.*] Græc. Ms. Ven., Ἀγ.θεου, *Agathon.*
(194) *Ex Vicaria.*] Græc. Ms. Venet. ἐκ τῆς βικαρίας. Paris., ἐκ τῆς βικαρίας. Heraclides, *ex vicariis.*

(195) *Constantio.*] Quod hic *assessor* dicitur Constantius, Græce est συναξιθερος. Heraclidis interpret habet, *consiliarius.* Vide Jacobum Sirmoedum nostrum, ad Sidorium, lib. i, epist. 3.

(196) *Paula.*] Quid furens odio Origenista Palladius 792 in sanctum Hieronymum et sanctam Paulam inequissime garrit? quorum sanctitas tanto clarior, quanto Palladii nequitia detestabilior. Ita Joannes Maria magister sacri palatii hic ascribendum monet.

(197) *Theodora.*] Nicephorus, l. xvii, c. 5, de vita Theodora sub virili habitu monasticen professæ.

(198) *Usia.*] Aliter vertit Heraclides in *Paradiso.* [*Patrol. Lat.*, t. LXXIV.]

(199) *Avia.*] Quod hic est, maritum ejus dictum Apronianum, ita restitutum ex Græco textu. Hervetus impresserat, *Primiano.*

(200) *Magna.*] Quod hic hæc dicitur vixisse in civitate Ancyra, in Græc. Ms. Venet. est τῆς Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας, in *Cæsarea Cappadociae.*

(201) *Virgine.*] Totam hanc narrationem de virgine Athanasium sex annos occultante, fide notæ, magnis ostenditur argumentis tomo III Annal. Ecclesiasticorum, anno Christi 356. Ita Joan. Maria magister sacri palatii hic annotat.

(202) *Stichario et birro.*] Heraclides, *tunica et byrrho.* Metaphrastes, in Vita sancti Athanasii, *το στιχάριον και τὸ βύρρον.* Legerit Hervetus *καρόν, ὄρο βύρρον*, vel *βύρρον*, qui hic *ceream* posuerat.

(203) *Coluthus.*] Sic olim sanctus Basilius martyr sancto Joanni Chrysostomo apparuit, et obitum prædixit.

(204) *Abduci et colligi.*] Græce hic *συνάγεσθαι.* Sic Num. xxxi, *colligeris ad populum tuum.*

(205) *Sitvania.*] De ea Georgius Alexandrinus in Vita sancti Chrysostomi. In Græco Σάλβια dicitur.

(206) *Jubino.*] Heraclides, *Jovinus.*

(207) *Præter extrema manuum.*] Additur causa, b quam manuum extrema la varet, quod nimirum sanctissimum Christi corpus illis daretur manibus excipendum.

(208) *Pierii.*] Græc. Ms. Venet., Πέτρου, *Petri.*

(209) *Olympiade.*] De ea Sozomenus, lib. viii, cap. 24; Nicephorus, lib. xiii, cap. 24; Georgius Alexandrinus, in Vita sancti Chrysostomi.

Olympiadis celebris memoria in Menol. Græcorum, 28 Julii: « Sanctæ Olympiadis, quæ fuit sub imperatore Theodosio, Arcadio, et Honorio filiis, Augusti Secundi comitis filia, neptis Ablavii præfecti, sponsa paulisper Nebridii, qui fuit ex numero præfectorum. Cum autem adhuc esset virgo, ejus viro ante conjugium sublato, et virgo simul et vidua remansit, omnia tempus transiens in jejuniis et orationibus, et pauperum beneficentia. Itaque omnes opes suas in curam Christi sacerdotum exhausit, præsertim in sanctum Joannem Chrysostomum, quem præcipue honorabat. » Martyrol. Romanum, 17 Decembris: « Constantinopoli sanctæ Olympiadis viduæ. »

Quod hic in Menologio dicitur mansisse virgo, idem testatur Nicephorus, l. xiii, c. 24: « Et collocata quidem illa viro in matrimonio, non tamen prorsus virginitalis cælibatu orbata. Vingtique mensibus in conjugio cum illo exactis, postquam illum ei mors ademit, quamquam ea esset ætate, et secundas non dehonestaret nuptias, pudicitiam tamen complexa atque in ea per vitam omnem acquiescere maluit. » Virginem quoque mansisse testatur hic Palladius, hoc cap. 144, et Heraclides, c. 45. Georgius Vita Chrysostomi c. 50: Ἄντα ὄρα καὶ οὕτω ἀνδρὶ συνήρθη μιν, οὐ διεθάρσα δὲ τὴν παρθενίαν, ὡς φησὶ περὶ αὐτῆς εἰδέαζε· βιώσασα δὲ μετὰ τοῦ αὐτῆς ἀνδρός περὶ πον εἰκοσι μῆνας, συντόμως τὸ τῆς φύσεως χρέος

ἀκατηθείς τίλει τοῦ βίου ἐχρίσατο: « Parentibus or-
bata hæc viro quidem copulata est, neque pudorem
alioqui virginis sanctimonie eam corrupisse cele-
bris fama edocuit. Hæc cum convixisset viro men-
sibus circiter viginti, ille repelitus ut naturæ debi-
tum solveret, hoc temporis compendio finem acce-
pit vitæ. » Quæ desumpta sunt ex Palladii dialogo
de rebus Chrysostomi. Quare *συνουσία ἀνδρός*, in
epistola 2 Chrysostomi ad Olympiadem, intelligen-
dum de *familiari cum viro conversatione*, non de *vi-
rili concubitu*.

(210) *Filia Seleuci.*] Menologium jam citatum,
Anisii Secundi.

(211) *Sponsa.*] Heraclidis interpres, *nurus*. In
Græco est *νύμφη*, quod utrumque significat. Baro-
nius, t. IV, anno Christi 388. Quod vero Græci ha-
beant in Menologio hanc Nebridio nuptui traditam,
Palladius vero (imo Heraclides, quem Palladii no-
mine semper citat Baronius; nam hic Palladius
sponsam vocat) dicat *nurum* fuisse Nebridii, concili-
ari eo modo inter se possunt auctores ut filio il-
lius Nebridii clarissimi viri sub Constantio imp.
præfectura prætorii insigniti, cujus meminit Am-
mianus lib. xxvii; Nebridio item dicto conjuncta
fuerit matrimonio Olympias, de qua agimus. Ha-
ctenus Baronius. Ego existimo varietatem inter
auctores natam ob diversam interpretationem, dum
νύμφη unus *nurum*, alter *sponsam* vertit.

(212) *Oxyrato.*] Græce, ὄξυράματα. Heraclides,
c. 44, *posca*, uti ibi restitui.

(213) *Gelusia.*] Ad hanc exstat divi Hieronymi epi-
stola, notat marginator Parisiensis Palladii. Sed ve-
reor ne labatur, et memoriae ejus observata fuerit
Algasia, ad quam Hieronymi epistola 151 habetur.

(214) *Juliana.*] Baronius, tomo II, an. Christi
205, postquam ex Eusebii lib. vi, c. 3, recitavit quo-
modo Origenes Alexandriae exagitatus, coactus fue-
rit subinde mutare domicilium, quarum latebrarum
hic ipse Origenes apud Palladium meminit, subdit:
Quæ certe non ad alia tempora, quam ad Severi per-
secutionis sunt referenda; nam longe ante Maximini
vel Decii persecutionem libri illi Symmachi reperti
erant. Sed de acceptis a Juliana Symmachi interpre-
tatione ejusdem Origenis quoque testificatione idem
tradit Eusebius, lib. vi, cap. 12. Hactenus Baronius.

(215) *Qui et ipse.*] Nunc sensus clarus est ex Græ-
co Codice, quod Origenes occultus fuerit, non liber,
uti verterat Hervetus. Bene Heraclides: *cum apud
ipsam laterem*.

(216) *Femina.*] Nicephorus, l. vii, c. 12 et 13 de
Virginibus mira arte pudicitiam tuentibus.

(217) *Magistrano.*] De hoc nomine dixi quædam
ad lib. v Pelagii, libello vi, n. 2. [*Patrol. Lat.*, tom.
LXXXIII.]

(218) *Camisia.*] Græce est: τοῖς τε καμισίαις, καὶ
τῇ χλαμύδι. Hervetus, *tunica, camisia, et chlamyde*.
Videtur auctius exemplar habuisse; nisi quia in
Græco est *καμισίαις* plurali numero, id per *tunicam*
et *camisiam* expresserit.

(219) *Uxore.*] Quod hic *accepto ense* dicitur se oc-
cidisse, de ea re vide Augustinum, lib. 1 de Civit.
Dei, a cap. 17 ad 28, et aliorum Patrum sententias
apud Leonardum Lessium nostrum, lib. 11 de Justitia
et Jure, cap. 9, dubit. 6.

(220) *Fratris.*] Quis hic fuerit, nullibi exprimit.
An fuit Heraclides, qui eadem Paradisi nomine
edidit?

INDICES ANALYTICI

IN SS. MACARIUM ÆGYPTIUM ET MACARIUM ALEXANDRINUM.

I.

INDEX RERUM MEMORABILIUM

QUÆ IN SS. MACARIORUM ÆGYPTII ET ALEXANDRINI VITIS, ACTIS, APOPHTHEGMATIBUS, EPISTOLIS, NEC NON ET IN PRECIBUS CONTINENTUR.

Revocatur lector ad paginas editionis nostræ. Litteræ a, b, c, d inchoantem, mediam ac desinentem paginam signant.

A

Abraham abbas; fabula de Macario ab illo narrata, 123 b, c, d.
Abulpharagius Artemonium laudat, 90 b.
Ælurion anachoreta, 150 b.
Agathon abbas; illius responsa, 142, 143.
Aio abbas; in Thebaide habitavit, 135 a.
Amatas simul cum Macario S. Antonii discipulus, 102 b; 119 a; 120 b.
Ammon abbas, 4 c; 96 b; 128 c. Nitriæ montium monasteria fundavit, 4 c.
Ammonius episcopus, in monte Nitriæ anachoretas de gentes invisit, 156 c.
Ammonius monachus; illius abstinentiæ, 87 a.
Amor proximi, cæteraque virtutes quantopere cum amore Dei cohæreant, 426, 427.
Anachoretæ longe ab eremitis differunt; illorum vivendi modus, 6 *et seqq.*; 147 b, c.
Angeli custodes, 222 a, b; ad illos oratio, 417 b.
Anima, filia regis, scilicet Dei, 414 c; 418 a. Anima sponsa Dei, 415 b, c; templum Spiritus sancti, *ibid.* Anima, regina Deo copulata, 418 a.
Anthemius imperator; illius filia sub Dorothei nomine sit eremita, 157 *et seqq.*
Antichristus; scilicet diabolus, 104 a; 203 c.
Antonius Iphesi episcopus, 80 c.
Antonius abbas, 6 c; 41 a; 54 b; 56 b; 87 c; 91 c, 94 a; 95 b; 98 c; 102 d, 105, 106, 118 a, 119 a, 141 c, 152 b; 163 b, 173 b.
Aphraates monachus, equum imperatoris sanat, 47 a.
Apollinarius virgo, habitu virili assumpto et nomine, vitam ducit eremiticam, 131 a, b, 157 *et seqq.*
Apollo abbas, illius abstinentiæ laudatur, 87 c, 88 a.
Apollonius abbas futura prædict, 22 a.
Apothegmata Patrum a Cotelerio edita, 56 c, 150 b, a Possino 38 a, 149 c.
Aqua benedicta dæmoniæ curantur, 40 c, d; 46 a, 70 c.
Arsenius ex palatio egressus, sit monachus, 8 b; una somnii hora illi sufficiebat, 88 c, laudatur, 118 c.
Arsenoita regio, 50 b, 93 c, 146 c; 210 c.
Aspuna urbs, 81 a.
Athanasius (S.) citatur, 55 b, 127 b, 160 a.
Athenagoras, scholæ Alexandrinæ præpositus, Hadriani et Antonini temporibus florebat, 173 a.
Augustinus (S.) de Ægyptii monasteriis devastatis loquitur, 144 a, b.

B

Beduini, incertis semper sedibus, huc illuc per solitudines ad prædandum vagantur, 129 a.
Benedictus (S.), vita monastica inclutus, 10 c.
Benjamin, Nitriæ abbas, 163 b.
Besarion abbas, in Scete habitans, 145 a.
Blemmyes, populi nomades, finium Ægypti accolæ, 80 a, 81 b, 97 a, b.
Bubuli lacte Macarium nutriunt, 67 a, b, 92 b, 190 a.
Buccellatum quid, 63 a, 87 b.

C

Cassianus, illius scripta, 34, 35, 121, 122.
Cassiodorus, illius Historia de Macariis tripartita, 167 a.
Cellia vel Cellulæ sanctorum Patrum eremitaria, 4 a, 109 d, 112 a, 154 c.

Centuriatores Magdeburgenses, 119 b.
Chrysostomus (S.), 78, 79, 164 d; quis auctor Dialogi de ejus Vita, 78, 79.
Collecta Græcæ σύναξις, quid sit, 112 a.
Columbanus abbas, quid de potu et cibo præscripsit monachis, 114 c.
Cronius Macarium invisit, 102, 148 c.

D

Dæmones, illorum varia genera, 41 b, 56 b; variis induunt formas, 66 c, 94 b, 103 c, 111 a, b, 125 c, 142 c, 203 a, b. Pacta cum dæmonibus inita, 45 d, 92 a. Illorum conatus ad eiciendum e cordibus nostris Dei amorem et timorem, 450 b, c.
Deus qui essentia unus est, multa nomina accipit propter dispensationem salutis hominum, 418 a.
Despectio vel abnegatio sui quid sit, 422 d.

E

Elephantine insula, 151 c.
Encomium Macarii Ægyptii ineditum, 167 b.
Epiphanius Hagiopolita, 168 b.
Erasmus, illius sententia de exemplariis vitæ S. Pa. li. 119 a, b.
Eremitæ et illorum vivendi modus, 5 *et seqq.*
Eucharistia illusiones dæmonum arcentur et destruantur, 47 b.
Eugenia virgo, habitu virili assumpto, in eremo sanctæ vixit, 151 b.
Eugenius tyrannus, 21.
Eulogius presbyter, 102 a; 202 b. Accedentium ad sacramenta mentem perspiciebat, 96 b.
Eunomius hæreticus, 48 a, b.
Eusebius Historiæ ecclesiasticæ auctor, 27 c; 107 a.
Eustathius lector Cæsareæ urbis in Palæstina, 151 c.
Euzoius Antiochiæ præsul, 160 b.
Evagrius et illius scripta, 5 b; 33 a; 87, 88; 106 c, 105 a.

F

Fanustus magus, 45 a; 53 a.
Fidei expositio antiqua, 51 c, d; 211 c, d.
Fiducia omnium passionum genitrix, 143 a.

G

Glycas Michael, 154 a.
Gratiæ Dei homini datæ, 403, 406 *et seqq.*

H

Hellas abbas in Apeliote, 163 b.
Heliodorus frater, 116 b.
Heliopolis in Phœnicia, 160 b.
Heraclides, 29 a; 108 a; 160 d, 163 a; ejus Paradisus, 14 a; 15, 16 c; forte Lauso dedicatus, 28 d.
Hieracius, qui resurrectionem mortuorum negabat, 48 a; 50 b; 54 a; 210 d.
Hieronymus (S.), 33 b; 93 b; 115 d. Quando obiit, 21 c.
Hilarion abbas, et ejus miracula, 11 a; 45 b; 47 a; 118 a; 128 c.
Humandi corpora quando et a quo mos obtinuit, 49, 58.

I

Inhabitatio Dei cum sanctis, 410 c.
Isidorus monachus, 16 c; 96 a; 108 a; 117 b, c; 156 c; 160 d; 163 c; 165 b.

J

Joannes et Mambres Magi, 63 d; 85 b; 89 c; 90 d.
 Joannes sancti Antonii discipulus et minister, 59 c; 42 a.
 Joannes S. Macarii minister, 179 b.
 Joannes Hagiopolita, 134 b; 167 a, b.
 Joannes in Lyco eremita, 21, 22; 79, 80; 98 a.
 Joannes subdiaconus, libri sexti Vitarum Patrum in-
 epres, 148 b.
 Joseph abbas, 152 b; 165 b.
 Julianus monachus, 118 a.
 Justus episcopus Lugdunensis, 156 d.

L

Latrones in Aegypto creberrimi, 123, 129.
 Leo Ailatus, 167, 168.
 Leo abbas in parva palude Arsinoitis habitabat, 142 c;
 145 b.
 Lucius Artianus, Alexandriae episcopus, 16 b, c; 144 a;
 160 a.

M

Macarius Aegyptius; ejus vite chronologia, 57, 58. De
 eo Palladius, 58 et seqq. De eo Rufinus, 104 et seqq. De
 eo Evagrius, 113 et seqq. Illius Apophthegmata a Cote-
 lero et Possino edita, 149 et seqq. Macarius Aegyptius
 feminam, quae instigante juvene libidinoso in equam fue-
 rat mutata, sanat, 40 a, b, c; 106 a; 179 d; 182 a, b.
 Cuniculum subterraneum sibi effodit Macarius, 40 d;
 47 c; 182 c. Mortuum resuscitat ad refellendum Hiera-
 citam, 41 a; 47 c; 106 c; 183 a; 166 c; 182 c. Adoles-
 centem, qui a daemone vexabatur, sanat, 41 a, b; 56 b;
 182 c, d. Puellam ante januam a parentibus projectam
 sanitati restituit, 59 b, c; 106 a. Macarii exhortatio ad
 humilitatem ac patientiam, 60 a, b. Alia ejusdem ad
 fratres admonitio, 62, 63. Ejusdem admonitio de eo quod
 iracundia commotus in alius increpandis sibi ipsi nocet,
 64 a, b; 125 a; 158 d; 149 d. Macarius ad vitam revocat
 occisum hominem, ut liheret eum cui caedes falso im-
 pingebatur, 105 b, c; 124 d. Macarii expositio cur ac-
 ceptarum ab hominibus injuriarum remittendo vim
 memoriae laedamus, malorum vero a demonibus infictio-
 rum recordatione non laedamus, 114 a; 159 a; 148, 149.
 Ejusdem verbum Evagrio dictum: *Umbra contentus esto*,
 114 b; 144 c. Ejusdem affirmatio se viginti annis
 aqua, pane et somno ad satietatem usque usum non esse,
 114 b, c, 144 c. Ejusdem expositio de daemone, qui
 sanctas Scripturas legentibus somnum immittunt, 115 a.
 Ejusdem exhortatio ad jejunia et continentiam, 121 c, d.
 Macarius exhortat in quo utilis sit cenodoxia, 122 a. Moy-
 ses abbas ob Macarii reprehensionem daemone traditus,
 ab eo statim sanatur, 123 c, d. Ejusdem Macarii res-
 ponsum Moysi abbati quiete vivere cupienti, 123 a.
 Macarii fabula de tonsore, 123 b, c. Macarius quo-
 tiescunque cum fratribus vinum bibebat, postea pro
 quovis calice diem integrum etiam aqua abstinebat, 123
 a, b; 153 c. In cella sua furem deprehendit, 127 c;
 159 a; 148 c. Illi revelatur a Deo, eum virtutem duarum
 mulierum nondum attingisse, 129 a; 144 c. Macarius accu-
 satur a puella gravida se corruptum esse ab illo men-
 tente, 150, 151, 159 a. A Macario sola humilitate se vinci
 fatetur diabolus, 151 c, d; 152 a; 159 a; 148 c. Macarii
 lenitate sacerdos ethnicus ad fidem convertitur, 152, 153.
 Macarius caput aridum sacerdotis gentilis de penis infero-
 rum interrogat, 133 b, c; 144 c; 167, 168. Doctrina
 Macarii de recuperanda salute, 154, 155; de modo orandi,
 137, a, b; 139 a; de opere monachi, 139 b. Macarius lati-
 gatus, postquam oravisset, elevatur et trans flumen demit-
 titur, 157 c; 144 b. Macarii expositio de sui corporis
 ariditate, 159 c. Ejusdem verba Nitriae monachos ulti-
 mum visitantis, 140 a, b. Ejusdem ad monachos ut multi-
 loquium fugiant exhortatio, 140 b, c. Ejusdem cum sancto
 Antonio congressus, 141 b, c. In monumento Terenuthim
 dormit Macarius, 142 a. Ejusdem cum Agathone collo-
 quium de periculis Iudiciae, 142, 143. Ejusdem vaticinium
 de Scetis vastatione, 145 c. Filium paralyticum ad os-
 tum a patre projectum, sanat Macarius, 145 a. Evocat a
 sepulcro mortuum qui depositum quoddam ubi posnerit
 revelat, 145, 146. Ejusdem enarratio de duobus monachis
 quos in insula eremi nudos invenerat, 147 a, b. Macarii
 doctrina, perfectum monachum non posse in passionem
 cadere immundam, 149 a. Macarius velut Deus terrenus
 in fratribus eminebat, 149 b. Macarii simplicitas, 151 a.
 Macarii dictum de nostro amore in diaboli pauperis im-
 puritatem, et de Dei divitis lege repudiata, 152 a. Ma-
 carii querimonia, quanta difficultate suae aetatis monachi
 salutem recuperaturi sint, 151 a, b. Praeceptum Macarii
 Paphnutio datum, ne quem laedat neve condemnet, ut
 nascatur salutem, 152 c, d. Macarius prohibet ne

quis dormiat in cella fratris male audientis, 153 a. Ma-
 carii responsum datum fratribus, qui adhortabantur ut in
 pagum ascenderet ad refectionem, 153 a, b. Macarii la-
 crymae de ficu, quam puer cum aliis buculias pascentes sub-
 latam comederat, 153 b, c. Macarii responsum abbat
 Theodoro datum de paupertate pulchris actibus praefe-
 renda, 141 a, b. Ejusdem perpalchra exhortatio, 155 a, b,
 207 d, 210 a. Macarius puerum utilitatis causa interrogat,
 156 a, 210 c. Cum Apollinari virgine confabulatur, 157 b, c.
 Macarius Alexandrinus somnum superare studet, 65 b,
 c; 88, b; 186 a. Ob culicem, qui ipsum pupugerat,
 occisum sex menses in palude Scetis sedet, 65 c, 86 a;
 89 a, 186 b. Cenotaphium Janne et Mambre magorum in-
 visit, 65 d; 85 b; 86 b; 89 c. 109 b. Aspidem quae illum
 momorderat, a faucibus apprehensum discerpit, 67 a; 92
 c; 190 a. Virginem paralyticam sanat, 67 d; 190 b, c.
 Pachomii monasterium visitat, 68 a; 190 c, d. Ejusdem
 propositum quinque diebus mentem in solo Deo defigendi,
 tertio die irritum a daemone factum, 69 c, d; 94 b; 194
 a, b. Sacerdotem fornicatorem funestissimo cancri morbo
 laborantem sanitati reddit, 69 d; 94 c; 194 b, c. Puerum
 a daemone vexatum pariter sanat, 70 c; 195 a. Catulo
 hyaenae oculos restituit, 72 c; 198 b, c. Ejusdem Macarii
 narratio de Marco abbate qui ab angelo oblationem de
 altari accipiebat, 71, 72; 96 a; 166 d; 195 d. Uva Ma-
 cario Alexandrino missa, 99 c; 125 a. Illum Valens mo-
 nachus contumelia afficit, 103 b, c, d; 203 a, b.

Macarius Aegyptius et Alexandrinus. De Macariis Hiero-
 nymus, 115, 1116; Cassianus, 121 122; Liber III de
 Vitis Patrum 124 d; liber V, 138 c. liber VI, 144 b; liber
 VII, 148 b. Sententiae Patrum Aegyptiorum de iisdem, 149
 b, c. De iisdem Socrates, Sozomenus, Suidas, Nicephorus,
 Callistus, 165 c. Dies quibus memoria eorum agatur, 171 b.
 Macarius S. Antonii discipulus et minister, 99 d; 102
 a, b; 104 c; 119 a; 120 c; 172 a.

Macarius Hierosolymorum episcopus, 175 a.
 Macarius junior, 100, c; 149 a; 174 d.
 Macarius πολιτικός scholae Alexandrinae antistes, 175a.
 Macarius ptochotrophii Alexandrii praefectus, 100 c,
 121 b; 174 d.

Macarius Rufini discipulus, Origenista, 116 d.
 Macedonius (S.), et illius miracula, 47 a; 56 b.
 Magi et illorum incantationes, 40 a, b; 42, c; 45, 44.
 Makrisi de Macariis, 84 c; 107 b; 169 a.
 Malchus (S.); vita ejus a S. Hieronymo conscripta, 129 a.
 Mameluci, a scorpione puncti, super recens vulnus
 conterunt ipsum scorpionem, ut vulnere medeantur, 93, a.
 Marcella vidua; ejus epitaphium a S. Hieronymo, 116, c.
 Marcus abbas, 71 b, c, 96 a; 193 c, d. Cum Macario
 Alexandrino confunditur, 75, 74.

Marina virgo, quae habitu sub virili, sancte in eremo
 vixit, 151 b.

Martyrologia vetera, 171 b.
 Mazicum gens crudelissima, 144a.
 Melania virgo, 17 a; 29 a.
 Melotes quid, 6 b; 144 a.
 Menaea Graecorum, 154 a; 171 b.
 Mennas sancta, et illius sepulcrum, 157 b, c; 168 b.
 Menologium quid, 171 b.
 Metalla Phennensia et Proconensia, 160 c.
 Minutoli, 89 b.

Monachi Aegyptii; eorum severitas, 5, 6; eorum num-
 erus, 8, 9; eorum prodigia quomodo intelligenda, 12,
 13. Mos monachorum, messis tempore, ad metendum se
 conducendi, 146 b, c.

Monasteria Macariana; eorum status hodiernus, 1, b;
 antiquus, 3, 4, 5; illorum numerus, 3, c, d.

Moyses abbas, ex latrone monachus, 87 c; 122 c; 144
 a; 165 b.

N

Necromantia apud veteres, 54, 55.
 Neocæsarea urbs, a Judeis inhabitata, 160 c.
 Nesteros anachoreta, 48 a.
 Nicephorus Blemida, 154 a.
 Nicephorus Callistus, 167 a.
 Nilus flumen, 99 a; 137 c.
 Nitria regio, 1; 2; 107 b; 108 a; 109 c; 116; 117; 140,
 a; 147 a.
 Numenius Pythagoreus, 90 a.

O

Oleo sancto infirmi curantur, 46 a; 69 b, c; 57 d; 190
 c; pariter et daemones, 46 a; 70 c; 183 a. Varius olei
 usus, 87 b, c.

Or abbas, 19, 20; 29 b, c.
 Oratio Macarii, 446, 447. Quomodo sit orandum, 137 a,
 b. Oratio vera quænam, 433 a, b; illius fructus, *ibid.*
 Origenes, 90 a.

(15) *Dominus illuminat cæcos.* Editio Lugdunensis mendose σοφορίζει. Communis editio Psalmorum, psal. cxlv, 8, σοφοὶ τυφλοὺς. Augustinus et vetus Psalterium, sapientificat; et Heraclidis interpres hoc loco, *Dominus sapiens facit cæcos.* At Chrysostomus admonet alium Græcæum Interpretem editisse, κύριος σορίζει: unde Romanum Psalterium, et vulgata Latina: *Dominus illuminat.* FRONTO.

(14) *Ut obruatur præ cura cognatorum.* Vide egregiam Collationem super hæc re sancti Antonii apud Cassianum, collat. xxiv, cap. 41.

(15) *Macarius.* Heraclides hæc tribuit Isidoro. Et ne error sit in ambiguo vocabulo μακάριος, quod nunc appellative *beatus*, nunc proprie *Macarius* vertitur, exprimit nomen Isidori.

(16) *Lapidarius.* Meursius in Lexico Græco barbaro notat hic in Græco esse καθιδάριος. Certe Hermetus recens Palladii, et vetus Heraclidis interpres, uterque vertit *lapidarius*. In Græco textu, qui nunc prodit est: Λεθουργός, ἐν λέγουσι καθιδάριον.

(17) *Arsisii.* Ita caput hoc inscripsi, quia hic post in textu vocatur *Arsisius*. In edito omnibus Palladii per Hermetum caput hoc hæcenus inscriptum fuit, *Arsacii*.

Fuit quidem *Arsacius* aliquis generis Persæ, ex milite, et regionum leonum custode, confessor tempore Licinii, post monachus in arce Nicomediæ, ubi et obiit. De quo Sozomenus, lib. iv, cap. xv; Nicephorus, lib. ix, cap. 58.

Sed alius hic videtur *Arsisius*, apud quem Palladius habitasse se dicit. De quo Sozomenus, libro vi, cap. 50, et Nicephorus, lib. xi, cap. 37.

Meursius hic, in præfatione regulæ Pachomii, *Arsesii* pro *Orsiesii* substituit, minus recte. Orsiesius vixit cum Pachomio, et ei post Petronium successit, ut habetur in ejus Vita, cap. 53: *Arsisius* obiter dicit se eum vidisse.

(18) *Quinque millia virorum.* Sic hodie in Atho monte xxii insignia sunt monasteria Græcorum monachorum ordinis sancti Basilii, quæ tributi nomine Turcarum tyranno quotannis ex vineis et olivetis suis pendunt 6000 obolorum Turcicorum. Mons is a Christianis ἅγιον ὄρος, hoc est, *sanctus mons* dicitur, a Ruthenis *Savata hora*. Ita notavit Joan. Langus ad lib. xi; Niceph., c. 58.

(19) *Flagionem.* Apud Sozomenum, libro vi, cap. 50, et Nicephorum, lib. xi, cap. 37, *Arsisio* seu *Arsesio* jungitur *Arsion*. Heraclides hic *Agionem* habet. Fors *Arsion* ex *Agione* depravatam, vel contra.

(20) *Flagellum.* Ecce vetustam disciplinam, ut vocant, memoriam, de quibus vide Gretzerum nostrum accurate disserentem, peculiari ea de re libro.

(21) *Amor.* De hoc Socrates, lib. iv, cap. 18; Sozomenus, lib. i, cap. 14; et ex eo Cassiodorus, histor. Tripar. lib. i, cap. 11; Nicephorus, libro viii, cap. 41.

(22) *Et corona redimiri.* Et sponsus et sponsa olim corona redimiri soliti.

(23) *Domina et soror.* Qui continenter in matrimonio vivebant, uxores suas vocabant sorores.

(24) *Or.* De eo Nicephorus, lib. xi, cap. 54.

Hic est ille Or hæreticus Origenista, quem Evagrius Ponticus (imo Rufinus, ut prolego bene 4 docui) inter sanctos alios, sicut de Vita Patrum libro (supra hic, lib. ii, cap. 2) immerito inseruit, ut auctor est sanctus Hieronymus, epist. ad Ctesiphontem. En quales sanctos nobis obtrudit Palladius. Vide Scholium nostrum, tom. V (Bibliotheca Patrum) ad initium Operis Evagrii, ubi quoque observavimus, ex decreto sancti Gelasii I, idem esse iudicium Romanæ Ecclesiæ de ejusmodi hominibus, et sancti Hieronymi. Ita magister sacri palatii supra citatus.

(25) *Pambo.* De hoc Socrates, lib. iv, cap. 18; Nicephorus, lib. ix, cap. 14.

(26) *Ammonii et Eusebii, et Euthymii fratrum, et*

A Origenis filii.] Ita suppletam ex Græco Codice Parisiensis editionis, cum autem esset, *Ammonii et Joannis filii*. Bene Heraclides.

(27) *Qui ne duos quidem obolos.*] Qui hic oboli, Marci xii, 42, dicitur λεπτά.

(28) *Curassem.*] Latinis *curare*, quod Græcis ἐπινοήσασθαι. Hermetus hic *sepelire* verterat, non recte.

(29) *Origene presbytero ac œronomo.*] Ita est in Græco Parisiensis. In aliis: Μακρίων τῶν πρεσβυτέρων, quod hic proprium videtur esse nomen, non appellativum, ut cepit Hermetus, qui vertit, *beato presbytero*. Apud Heraclidem, c. 2, est, *Paulo presbytero*. Nisi forte per *beatum presbyterum* intelligatur Isidorus.

(30) *Pior.*] De hoc infra hic, cap. 87.

(31) *Ammonii.*] De hoc Sozomenus, libro vi, cap. 50; et ex eo Cassiodorus, lib. x hist. Trip., capite 7; Nicephorus, lib. xi, cap. 52.

B Baronius, tomo III, anno Christi 340, Julii papæ 4, Constantini, Constantii, et Constantis imperatorum 4. Quod pertinet, ait, ad Athanasii Romam advenum, reperimus duxisse secum inter alios Ammonium admirandæ sanctitatis virum (alius hic ab illo, quem tempore Constantini in Domino quiescere diximus; nam hic longe post Antonii obitum defunctus est), comitem habuit. De quo sic Socrates, lib. iv, cap. 12: « Alius quidam monachus erat vir plane admirabilis, qui Ammonius vocabatur. Iste idea parum curiosus fuit, ut cum Romæ una cum Athanasio forte versaretur, nihil ex magnificis urbis operibus, præter templum Petri et Paulo dicatum videre omnino desideraret. » Pervenit iste usque ad Theophili Alexandrini episcopi tempora, a quo creandus episcopus cum Evagrío, auriculam sibi præcidit, ne (quod sibi videbatur) eligeretur indignus.

Magister sacri Palatii, supra citatus, hic notat: Hic Ammonius fratresque ejus fuerunt palam hæretici Origenistæ, qui ex Ægypto Constantinopolim fugientes, magnarum turbarum in ecclesia causa fuerunt. Quos nimium execrati sunt Hieronymus epistola ad Ctesiphontem, et Theophilus Alexandrinus epistola ad sanctum Epiphanium, quæ 67 apud sanctum Hieronymum. Horum res nefarie gestas et turbines ab ipsis excitatas, ex certissimis auctoribus et monumentis exactissime exponit tom. V Annalium Ecclesiast. Ita ille.

(32) *Memoriter.*] Græce, ἀποσθηδίζων. Eo fere verbo in hac re utuntur Græci, quod et infra, capite 21, in Marco, et cap. 39, in Aphthonio occurrit.

(33) *Impatibilis.*] Miser Palladius præceptoris sui Evagrii dogma de impassibilitate Stoica hic obtrudere conatur. Vide Divini Hieronymum epist. ad Ctesiphontem. Ita magister sacri palatii hic annotat.

Heraclides hic immediate ante Benjamin quædam intersevit de Evagrío et Ammonio, et ecclesiæ Rufiniana. Videtur Evagrío tribuere quod Rufinum e fonte suscepit, et sic citat et intelligit Baronius tomo IV, anno Christi 594.

(34) *Benjamin.*] De hoc Sozomenus, lib. vi, capite 29; et ex eo Cassiodorus, hist. Trip. lib. viii, capite 10; Nicephorus, lib. xi, cap. 35.

(35) *Sella latissima.*] Διπρος πλατύτατος. Hermeto fuit *currus latissimus*. Nos *sellam* maluimus vertere cum Heraclide; cui suffragatur et Nicephori Callisti interpres lib. xi, cap. 35: διπρὸν πλατύτερον ἐκπέτατον, *latiore sella consedit*. FRONTO.

(36) *Apollonii.*] Hujus etiam meminuit Sozomenus, lib. vi, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. viii, cap. 1; Nicephorus, lib. ix, cap. 14, et lib. xi, c. 55.

(37) *Vasa medica omne genus.*] Πικυοῖα ἰατρικῶν, καὶ κελλαρικῶν. Heraclides: *omnem remedium speciem atque celiaria comparans*. Meursius in Glossario τὰ κελλαρικὰ exponit res quæ in cellaris et penuris recondi solent, et citat Haruonopolium, l. ii, tit. 10.

Quæ in fine dicuntur *frivola*, Græce est *γυρτάρια*. A vel *ἑπεικτικῶς*, vel *εὐκτικός*, *παρὰ τὸ εἶναι*. Heraclides

(38) *Pæcii et Isaïæ.*] De his Nicephorus, l. ix, c. 14

(39) *Meratore Hispanico.*] Græce, *ἐμπόρου Σπανοδρομού*. Heraclidis vetus interpres vertit : *usque ad Hispaniam semper negotiando pergebat*. Vidi Excerpta, in quibus erat *Πανοδρομού*. An a civitate Panos in Ægypto? Hic, infra, cap. 39 : *Εἰς Πανὸς τὴν πόλιν*. In Panos civitatem. *Patrol. Gr.*, t. LXXXVIII, in Vita S. Joannis Eleemosynarii, c. 36, occurrat *Gallodromus*.

(40) *Nobis pedes tuos attingentibus.*] Ita restitutum ex Græco, cum ante nullo sensu esset in Herveto, *ex tuis pedibus*. Obscurationis species est, *pedes attingere, pedibus aduolvi*.

(41) *Deum.*] Græca sonant, ut vertit Heraclides, *Ante Deum vobis loquor, utrosque in paradiso simul stare comperi*. Ita Paulus, II Corinth. XII, 19 : *κατένώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν*. *Coram Deo in Christo loquimur*, et ad Gal. I, 20 : *Ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, οὐ ψεύδομαι*. *Ecce coram Deo, quia non mentior*; ut intelligatur esse quædam species jurisjurandi III Tim. II, 14 : *διαμαρτυροῦμεν ἐνώπιον τοῦ κυρίου*. *Testificans coram Domino*. Simile illud infra, cap. 113 : *Ὡς ἐπὶ Θεοῦ ἡμᾶς ἱκέσεν*, *Ut coram Deo loquens nobis persuadebat*. FRONTO.

(42) *Macarii junioris.*] Sozomenus, libro VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, hist. Tripart. lib. VIII, cap. 1; Nicephorus, lib. XI, cap. 35.

(43) *Solitudine.*] Interpres ediderat, *ut despneret dæmones solitudini insultantes*, quasi esset *ἐντροφῶντας*. At Heraclide tuetur receptam lectionem: capite 4 : *Ut exsultans solitaria vita illuderet dæmones atque despiceret*. FRONTO.

(44) *Et taurea.*] Non, *taurina pelle indatus*, ut Hervetus scripserat.

(45) *Macarii Ægypti et Alexandrini.*] De his Sozomenus, libro VI, cap. 29; Socrates, lib. IV, cap. 18; et ex eo Cassiodorus, hist. Tripart. lib. VIII, cap. 7; Nicephorus, lib. IX, cap. 14; et lib. XI, cap. 42, 43.

vel *ἑπεικτικῶς*, vel *εὐκτικός*, *παρὰ τὸ εἶναι*. Heraclides suffragatur nostræ correctioni : « Puteum quoque fecerunt, eo quod sine aliquo videtur humore idem locus esse. » Alter vetus interp., *Humectus est enim locus*. Ratio enim redditur, cur maximum puteum effoderint. FRONTO.

(52) *Narravit autem nobis.*] Hoc loco Heraclides intulerit narrationem Macarii de Marco, quæ habetur et sequitur hic, cap. 21. Inde sequitur hic narratio Paphnutii etiam de Marco. Et dicitur Marcus dedisse Athanasio pellem, et Athanasius Melaniæ. Forte Marcus positus pro Macarius, ex compendio literarum. Tamen quod de ætate narratur, sexaginta videlicet annorum fuisse post baptismum, et quadraginta ante baptismum, ut habet Heraclides, convenit Marco, quem dicit centum annos vixisse. Rufinus vero, libro II Histor., c. 4, Macario tribuit historiam de læna, uti et Græcus textus hic.

Similem historiam habes *Patrol. Lat.*, t. LXXXIII, lib. IV, cap. 8, ex Severi Sulpicii dialogo I, cap. 9, de anachoreta anonymo circa Memphim, et quinque cæcis lænæ catulis ab eo illuminatis.

(53) *Marci.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII, cap. 1; et Nicephorus, lib. XI, cap. 35.

(54) *Moyis.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, Hist. Tripart. lib. VIII, capite 1; Nicephorus, lib. XI, cap. 36 et 46. De eo etiam Theodoretus, lib. IV Hist. cap. 21.

(55) *Cum saltem Iulicorum circiter octodocim.*] Græce, *σαίτην ὡς Ἱταλικῶν δεκαοκτώ*.

(56) *Communica sacramentis.*] Magna olim sacra communionis reverentia fuit, ut quicumque somniis voluptuosis fuissent inquietati, si communionem eo die abstinerent.

(57) *Pauli.*] De hoc Sozomenus, lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII, cap. 1; Nicephorus, lib. XI, cap. 36; Cassianus, collat. VII, cap. 26 de Paulo apud Panephy-in.

(58) *Calculum.*] Vel hinc probatur vetus usus calculorum rosarii; ut frustranei sint hæretici, qui vel recentem inventionem vel superstitionem calumniatur.

(59) *Cronio.*] Nicephorus, lib. XI, cap. 37.

(60) *Inter Babylonem.*] Hervetus, *inter Babylonem et Herculas*. Heraclides, *inter loca quæ Babylonis et Hercules habent nomen*. Alius vetus interp., *In er medium Babylonis et Heractæ*. Capite 72 hic mentio *Ἡρακλίου; Θηβαῖδος*; apud Rufinum, in regionibus *Herculeis*.

(61) *Eulogio.*] Nicephorus, lib. XI, cap. 25, de alio Eulogio agit.

(62) *Abi hinc, scelerate fugitive.*] Græce, *σγάτα, γλουττων, φυγοκύρι*. Meursius in Glossario pro *σγάτα, γλουττων*, legendum hic censet *σκατογλουττων* : quod idem est quod apud Aristophanem in Pluto *σκατοφάγος*, id est, *stercorivorus*. Idem pro *φυγοκύρι* scriptum reperit *φαγοκύρι*, quod exponit *dom nus helluo*, quasi *φάγων κυρίως*, idque dictum fuisse vult in convicio. Apud Vitas Patrum, lib. VII, interprete Paschasio, legimus, « Fugitive, qui propriam domum devorasti »; et apud veterem interpretem Palladii : *Multa mala commisisti, fugitive, forsitan domini tui alienas pecunias furatus es.* » Itaque Paschasius, cum vertit, *qui propriam domum devorasti*, legisse videtur *φαγοκύρι*, quasi *κυρίων φάγος*; sed idem tamen habet vocem *fugitive*, quemadmodum et Hervetus, et interpres vetus Palladii; proinde verior lectio *φυγοκύρι*; quasi *φυγὰς κυρίου, qui dominum fugis*, ut *φυγοδέμνος, φυγοπόλεμος*, et *φυγαργός*. Sic Plautus in *Pseudolo* :

Fur, fugitive, fraus populi, fraudulente.

FRONTO

(63) *Mutilate, maculate.*] Græce est, *λελωθημένε, πεπηλωμένε*. Apud Paschasium, sup., lib. VII, cap. 19, n. 3 : *Elephantiose, cæno et luto horride*. Vetus Palladii

De pœna culicum a se exacta Petrus Damianus, lib. V, epist. 8 : « Nunquid et beatus ille Macarius di-gne ridebitur, qui dum se inimicum quid admisit e-pœnituit, acutissimis culicum rostris, quæ videlicet apros transigerent, per sex menses membra sua nudus exposuit? »

(46) *Cum Deo versari quam hujus mundi rebus occupari.*] Interpres Hærvetus aliter : *et majori tempore vel cum Deo, vel in rebus versari cælestibus*. *Ἡ ὕπ' οὐρανόν, οὐρανὸν*.

(47) *Erga conjugem suam virginitatis.*] Edidimus, cum antea legeretur *erga suum maritum Parthenicum*, quasi nimirum Parthenicus proprium esset mariti nomen; imo *παρθενικός ἀνὴρ* in Scriptura dicitur, qui apud Plutarchum in Pompeio dicitur *παρθένος ἀνὴρ*. *Πάρθενα* (sic) τὸν παρθένον ἀνδρα κείμενον. *Publium qui me virginem adhuc duxit*. Joel. I, 8 : *Θρήνησον ὑπὲρ νύμφην περιεζωσμένην σάκκον ἐπὶ τὸν ἀνδρα τὸν παρθένον*. *Plange magis quam virgo cilicio præcincta propter virum suum virginem*. Vulgata lat., *Super virum pubertatis suæ*. Poetis est *κορυίδιος πόσις, ὁ ἐκ παρθενίας γεγαμηκώς γυναῖκα*. Sic *Ἰλιδ. Ε'*. *κορυίδιον ποθίουσα πόσιν τὸν ἀριστον Ἀχαιῶν*. FRONTO.

(48) *Amphoræ unius Cilicensis.*] Græce *Ἀμφορέα Κιλικιστίου ὕδατος*.

(49) *Spiritus fornicationis.*] Videtur Hervetus alio Græco textu usus, ut et vetus Palladii interpres. *Plinius* et alio sensu in Græco.

(50) *Ex lapidibus quadratis.*] *Ἐκ τετροπέδων λίθων*. Hervetus verterat, *quatuor pedum magnitudine*.

(51) *Locus humidus.*] Græce *ὕπικμος*, ex Ms., non ut est in excuso Lugdunensi *ὕπικμος, locus humidus*. Hervetus, *locus qui cedit facile*, quasi esset *εἰκτικῶς*

dii interpres : *Leprose, inveterate dierum malorum.* Quia Paschasius vertit : *casno et luto horride*, videtur legisse *πεπλωμένω*, a *πλῆος lutum*, vel simile quid. Certe *πλωμένος* est *lutuosus, lutum contrahens*. Ms. Venetus *λελωθμένον και πεπρωμένον, mutilatum et truncatum*; quem initio hujus capitis vocat *λελωθμένον*, *δς ο'τι χείρας είχαν, ο'τι πόδας, mutilatum, qui nec manus habebat, nec pedes*. Talis apud Suidam *κυλλός* dicitur. Suidas : *κυλλός, ὁ πεπρωμένος, οὐ μόνον πόδα, ἀλλὰ και χείρα. Cyllus, mutilatus non solum pede, sed etiam manu. Πεπρωμένος, ait Fronto, ut in Epigrammate, ὁ μὲν γυίος πηρός, captus et truncatus membris dicitur, apud Herodotum dicitur quis ἐαυτὸν λωβάσθαι λέγων ἀνακαστον, qui mutilat sibi faciem ut eam deformet; ut necesse non sit hic elephantiasin suspicari, tametsi Heraclides, c. 32, λελωθμένοις vertat, elephantioso laborantibus morbo.*

(64) *Charitate.* Agapas Latini Patres convivia quædam Christianorum appellant, quibus pauperes excipiebant, ut annotarat hic interpres Hervetus, ideoque hic interpretatus erat, *et venerunt in cellam suam in fine agapæ*. Sed charitatem hic potius indicari vidit Heraclides, cum vertit, cap. ix, *redintegrata pace*; nec aliter Paschasius, cap. 19. Ita dixit paulo ante Antonius : *και μετὰ καθαροῦς ἀγάπης ὑποστρέψατε, et cum bona dilectione revertimini*; ut I Joan. iv, 18 : *Ἡ τελειὰ ἀγάπη ἔξω βάλει τὸν φόβον. Perfecta charitas foras mittit timorem.* FRONTO.

(65) *Pauli Simplicis.* De hoc Sozomenus, libro 1, cap. 13; et ex eo Cassiodorus, lib. 1 Trip. Hist., c. 14; Nicephorus, lib. viii, cap. 40.

(66) *Pertransit octo mansiones.* Ὅκτω μόνάς. Ita hoc loco vertendum erat, non ut Hervetus, *octo monasteria*.

(67) *Habens principalem savissimum dæmonem.* Vide Serrarium nostrum in Tobia capite iii, part. 1; q. 5, quomodo aliqui dicantur principales dæmones.

(68) *Helluo senex.* In Græco Parisiensi est *φαγόγαστ, helluo senex*. At in meis Græcis *καχόγηστ, improbe senex*. Sic et supra, cap. 21.

(69) *Helluones isti in senectute.* Græce : *πολιοφάγοι οὔτοι*.

(70) *Pachon.* De hoc Sozomenus, lib. vi, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. viii Trip. Hist., c. 1 Nicephorus, lib. xi, cap. 36. Vincent., Spec. hist., lib. xvii, capite 79; Antonius, parte ii, tit. 15, cap. 11. Dicitur hic Cassiodoro, Heraclidi, Vincentio, Antonino *Pachonius*, sed legendum *Pachonius*, a *Pachon*, quod imposuit P. Maturio nostro ad Antonium, ubi Cassiodori locum citat pro Pachomio Tabennensi, de quo hic, infra, cap. 38 agit Palladius.

(71) *Stephani.* De eo Sozomenus lib. vi, c. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. viii Trip., cap. 1; Nicephorus, lib. xi, cap. 36

(72) *Ex latere.* Hervetus : ex transverso. Scribendum potius, a *latere Marmarico*, vel, *non longe a Marmarica*. Sozomenus, lib. vi, cap. 22, *περὶ τὸν Μαρειῶν οὐκ ἀποθὲν τῆς Μαρμαρικῆς, circiter Mareotem, non longe a Marmarica*. Nicephorus, libro xi, c. 36, *περὶ τὸν Μαρειῶν οὐ πολλὸ τῆς Μαρμαρικῆς ἀποθὲν, circa Mareotem non longe a Marmarica*. Sic Deut. xxxi, 26 : *Θύσσετε αὐτὸ ἐκ πλαγίων τῆς κιβωτοῦ. Vulgata : Ponite eum in latere arce Domini.* Et I Reg. xx, 24 : *Ἐκίδισεν Ἀβεννὴρ ἐκ πλαγίων Σαούλ. Sedit Abenner a latere Saul.* Ita postea, cap. 35; *Ἐκ πλαγίων τοῦ μοναστηρίου, ad latus monasterii.* FRONTO.

(73) *Valente.* De hoc nihil nunc occurrit.

(74) *Eronæ.* Cassianus, collat. v, cap. 2, meminit Heronis senis, qui se in puteum præcipitavit, diversus videtur ab hoc Eronæ.

(75) *Ad eorum culturam instrumenta.* *κῆπους, και τὰ τούτων χρυστέρια.* Hervetus verterat, *hortos et eorum oracula*; at qui non solum oracula *μαντήια* dicuntur τὰ χρυστέρια vel loca in quibus ea redduntur, sed et τὰ χρυστέρια *σχίον* sunt utensilia, apud Pollucem τὰ *κῆπλα*; itaque Heraclides hic edidit, *hortulos*

A quoque et instrumenta diversæ suppellectilis necessaria. FRONTO.

(76) *Pachonii.* Vide de hoc Auctores citatos l. 1, ad ejus Vitam. *Patrol. lat. t. LXXIII.*

(77) *Tabennests.* Græce *Ταβενήσιος*, a *Tabenna*.

(78) *Sine villis.* Græce, in Parisiensi editione, *ἀμαλλα*, et sic etiam legit Heraclides interpres, qui vertit, *sine villo*. Hervetus verterat *molles*, quæ-i legisset *ἀμαλά*, quod est in Excerptis Græcis Codicis Augustani; et Hesychius *ἀμαλὸν* exponit *ἀκαλὸν, molle*. In Veneto erat, *ἀμαλλαιῶς*; sed lege, *ἀμωλλα ὡς*.

(79) *Et cum ad vespertinum lumine.* Græce est, *ἐν τῷ λυχναῖῳ*, id est, *in vespertino lumine, ut habet Heraclides interpres*.

(80) *Aphthonii.* Sic et Græce Ἀφθόνιος. In Heraclide Antonius ante erat in prima editione. Nunc ex variis Mss. *Aphthonius* restitui.

(81) *Panis civitatem.* Græce, *εἰς Πανὸς τὴν πόλιν*. Atque ita interpres Heraclides, cap. 19, legit. In Herveto erat, *in Spaniam quidem*. Vide supra, cap. 16.

(82) *Ædificans.* Videtur Hervetus legisse *οὐκ ἐδομοῦντες*. Sed Mss. August. Ven. et Paris. habent, *ἐδομοῦντες, distribuentes*, recte. Nempe per monasteria et carceres distribuunt ea quæ manibus lucrati sunt. Heraclides, cap. 19 : *Et ex his quæ quotidiano victui superesse poterant, etiam monasteriis feminarum, carceribusque vicinis necessaria quæque præbent.*

(83) *In arte fullonia, alius in parandis coriis.* Græce, *ἄλλος γναφίων, ἄλλος βυρσίων*. Hæc non exhibebat textus Latinus Herveti, tantum habebat, *in consuendis calceis*. Forte id in suo Græco textu habuit, vel ita *βυρσίων* extulit. Heraclides, capite 19, præquam de fullone egit, addit : *Alter pellium, aliter coriorum confectione sudabat.* Quare ejus interpres auctus Græcæ un exemplar habuit. Excerpta Augustana post *βυρσίων* habent *συντορομίων*. Lege *σχο:σνομίων*, et hoc forte Hervetus vertit, *in consuendis calceis*.

(84) *Virgine.* Quod hic habes *oblationem* pro desperata non oblatam, vide simile exemplum apud Cassianum, collat. ii, cap. 5.

(85) *Et hoc scelus.* Hervetus scripserat, *et fraternitati tantum attulisset dolorem*; videtur legisse *ἀγος*, non *ἄγος*, ut habet excusus; et Heraclides vertit, *non ferens tanti sceleris atrocitatem*. Sed quod addit Palladius *ἀδελφότητος*, suadet ut *ἀγος* potius ampliandum; nisi malis casum mutare, ut sit *εἰργάσαστο τὸ ἀγος τῇ ἀδελφότητι*. FRONTO.

(86) *Virgine.* Non fuit hæc dicta *Amma* proprio nomine, ut quidem putarunt, sed appellativo, ex virtute, quod ita matres spirituales vocarentur, ut hic sequitur.

(87) *Redimiculum.* Τὸ διάδημα. Hervetus Latin extulerat, *diadema in capite*; at Heraclides : *Et hæc igitur involutum pannis habebat caput.* Pelagius, l. vi, libello xviii, *coronam vertit*; sed postea : *Et cum vidisset frontem ipsius panno involutam*; quod hic Græce est, *και τὸ ῥάκος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς και τῷ μετώπῳ*. Cætera nimirum religiosæ virgines cuculis coopertum habebant caput, hæc redimiculo vel tunicâ simplici, vel panno. FRONTO.

(88) *Salem.* Quid Sale sit, sequitur : *Et Sic etiam vocant illic cas, quæ non sunt sanæ mentis.*

(89) *Joanæ.* Vide de eo citatos auctores supra, l. 1 lib. ii, cap. 1. *Patrol. lat. t. LXXIII.*

(90) *Tyrannorum.* Græcus Codex exprimit nomina : *Μαξιμου και Εὐγενίου : Maximi et Eugenii*. Ita et Heraclides.

(91) *Tempus ascensus.* Græce, *καιρὸς ἀναβάσασαι*. Puto intelligi ascensum Nili. Sic supra, cap. 31, *cas Nilus ascenderet*.

(92) *Venerabilem senem.* Græce, *καλόγηρον*

(93) *Morbus enim.* Hervetus, *timens ne ferem hydropicus*. Heraclides, *atque illic hydropem meditantem*. τὰ *ματῶν* hic idem valet, quod *studere, cogitare, vergeret*.

ut qui meditatur defectionem, ad eam tendit. Sic A
Jonas 1, 4: *Et navis putavit conteri, ut ex Hebræo*
Vatablus; vulgata, *periclitabatur conteri*. FRONTO.

(94) *An divina voluntate.*] Interpres ediderat *an po-*
tentiori voluntate. Rectius Heraclides, *utrum studio*
hominum, an voluntate divina, ἢ εὐδοχίας τοῦ κρείττο-
ρος, quæ vox Numen divinum etiam apud profanos
significat. Plutarchus, in Pyrrho: *Ὡς τὸν τῶν κρείτ-*
τόνων θαυμάσαντες, tanquam aliquem ex diis admiran-
tes. Socrates, lib. 1, cap. 4. Histor. *Ὁμολογήσαι χάριν*
τῷ κρείττονι, τοῦ κρείττονος ἐπινοούτος. Deo opulante,
Nicephorus, lib. xvi, cap. 29. Ita hujus Lausiaca historiæ
cap. 52, *τὴν εὐδοκίησιν οὕτω σχῆμα παρὰ τῷ*
κρείττονι, quod perperam interpres, digna laboribus
consequatur a potentiori. FRONTO.

(95) *Nuntiata est.*] Retinuerat vocem Græcam inter-
preter: « *Hodie, aiebat, venerunt Alexandriam episcopia*
maxime pii Theodosii. » Prosper in Chronico, ad
annum Christi 495, meminit hujus Prophetiæ
Joannis: « *Joannes anachoreta, clarus habetur; qui*
ornatus prophetiæ gratia Theodosium consulentein,
de eventu belli, quod adversus Eugenium movebat,
victorem futurum prædixit. » FRONTO.

(96) *Ammonæ.*] De hoc [vide dicta ad Rufinum
lib. II, cap. 5. [Patrol. Lat., tom. XXI.]

(97) *Be.*] *Benus* hic dicitur Rufino lib. II, capite 4.
[Ibid.]

(98) *Theona.*] *Theon* hic dicitur Rufino lib. II,
cap. 6. [Ibid.]

(99) *Elia.*] Vide citatos de hoc auctores ad librum
II Rufini cap. 12. [Ibid.]

(100) *Apollo.*] De eo citatos auctores vide ad dic-
tum librum Rufini cap. 7. [Ibid.]

(101) *Et nicolaos maximos, et panes mundos et cali-*
dos.] Græcus Ms. Venetus: *καὶ νικολάους καμμυγέθεις,*
ἄρτους δὲ καθαρούς καὶ θερμούς. Parisiensis editio
Græca loco δὲ habet *δέξα, decem*. Deceptus Hervetus,
qui verterat: *Et nicolaos panes maximos, et puros lu-*
pinos. Nempe *θέρμους* legit, id est, *lupinos*. pro *θερ-*
μούς, calidos.

(102) *Copre.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 28; Cassio-
dorus, lib. VIII, cap. 50; Nicephorus, I. II, c. 34.

(103) *Anaph.*] Nicephorus, lib. XI, cap. 14.

(104) *Hellenis.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 23; Cas-
siodorus, lib. VIII, cap. 50; Nicephorus, lib. XI,
c. 34.

(105) *Apelle.*] Sozomenus, Cassiodorus, Nicepho-
rus, ibidem.

(106) *Joannis.*] Nicephorus lib. XI, cap. 30.

(107) *Mittebat eulogias.*] Hervetus interpres verte-
rat, *mandabat benedictiones*. Vide Onomast.

(108) *Paphnutio.*] De variis Paphnutiis vide dic-
ta ad lib. II Rufini, cap. 16. [Ibid.]

(109) *Mercatore.*] Sozomenus, lib. VI, c. 31. Nice-
phorus lib. XI, cap. 38.

(110) *Apollonii.*] Dubito an de hoc Sozomenus lib.
VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII Tripart.,
cap. 5; Nicephorus, lib. IX, cap. 14. Vide notata ad
Rufinum, supra, lib. II, cap. 19 *Patrol. t. XXI.*

(111) *Philemone.*] Vide dicta ad Rufinum eodem
libro et capite.

(112) *Martyrio.*] Id est, templo martyrum. Vide
Onomasticon.

(113) *Tabernacula.*] Græce *σκήνωματα*. P. Fronto
noster hic substituit *corpore*. Pro utroque *σκήνωμα*
capitur, *uii et tabernaculum*.

(114) *Dioscuri.*] Dicitur hic presbyter. Quare di-
stinctus videtur a Dioscuro episcopo, cujus mentio su-
pra, cap. 10. Nisi idem ante presbyter, post episco-
pus factus sit. Vide dicta, ad Rufini lib. II,
cap. 20, ubi alios auctores de hoc Dioscuro nostro
citavimus.

(115) *Nitrienses.*] Vide notata ad Rufinum lib. II,
cap. 21. [Patrol. Lat., t. LXXII.]

(116) *Ammonio.*] De hoc non memini legere præ-
terea quæ habes, apud Rufinum, lib. II, cap. 23.

(117) *Isidori.*] Vide Notationem ad lib. II Ruf-
ini cap. 17. [Patrol. Lat., tom. XXI.]

(118) *Ammonæ.*] Dicitur hic supra Rufino, lib. II,
cap. 32, *Piammon*.

(119) *Sacrificium.*] *Προσφίρων λατρείας*. Quæ vox
licet proprie cultum vel obsequium sonet, tamen et
pro sacrificio usurpatur; et suffragatur nobis Rufini-
nus, quem comperimus, cap. 32, scripsisse, *P amonem*
hæc vidisse, cum Domino sacrificium offerret
(sic enim appellat quem hic Palladius Ammonam) et
σημιούμενον Hervetus signantem, clarius notantem,
in charta scilicet scribentem eorum nomina, ut expo-
nit idem Palladius, accedentium ad altare scribentem
nomina; et Sozomenus uberius cap. 29 lib. VI Histor.
τὸν Πιάμωνα ἱερωμένον θεάσασθαι περὶ τὴν ἱερὰν τρά-
πεζαν θῆτον ἄγγελον ἱστῶτα, καὶ τῶν μοναχῶν τοὺς πα-
ρόντας ἐγγράφειν βιβλῶν, τοὺς δὲ ἀπόντας ἀπαλείφειν.
« *Piammonem cum sacrum faciebat, vidisse circa sa-*
cram mensam stantem angelum Dei, et monachos
præsentem in libro quodam scripsisse, absentes vero
delevisse. » Nicephorus, lib. XI, cap. 35. FRONTO.

(120) *Joanne.*] Consule notata ad lib. II Rufini,
cap. 33. [Patrol. Lat., t. XXI.]

(121) *Pityrionis.* Meminit Nicephorus, I. IX, cap. 14,
Pithyrius, qui apud Athenas asceterium habuit.

(122) *Parvam pultem ex farina.*] Græce *ζωμὸν ἀλεύ-*
ρον. Hervetus verterat, *parvum farinæ jusculum*.
Credo intelligi, quæ hic alibi dicuntur *sippulæ*. Vide
Onomasticon.

(123) *Eulogii.*] De hoc vide citatos auctores ad
lib. II Rufini, cap. 4. [Patrol. Lat., t. XXI.]

(124) *Serapionis.* Vide de duobus Serapionibus
notata ad Rufinum, lib. II, cap. 18. [Ibid.]

(125) *Artabas.*] Ægyptiaca hæc mensura, faciens
modios tres cum triente.

(126) *Pæmenium.*] Locus in Palæstina, a pastoribus
ita dictus *Ποιμῆνον*.

(127) *Hieronymi.*] Notat hic magister sacri Palatii
libro supra citato, ad verba Posidonii de Hieronymo;
vel Posidonius iste vaticinans adversus sanctum Hie-
ronymum fuit impostor, vel Palladius odio in sanctum
Hieronymum (quod est propensius) aperte mentitur,
et rabie in eundem furit. Sed haud crede, lector,
impudenti Origenistæ et Pelagiano Palladio, dum ma-
ledicentiæ frena effundit in sanctissimum virum an-
gelis venerandum.

789 (128) *Paula.*] Notissima nobilissimaque femi-
na, cujus Vitam habes apud sanctum Hieronymum.

(129) *Serapionis Sindonitæ.*] In Menæis, 21 Maii,
vocatur *ὁ ἀπὸ Σειδόνης*. Si idem cum nostro, legem-
dum *ὁ ἀπὸ Σίνδονος*. Num Palladius clare Sindonitam
ait dictum, quod sola sindone uteretur.

(130) *Viginti solidis.*] Interpres, *viginti nummis*.
Vide Onomasticon.

(131) *Qui erant in dignitate.*] Hervetus legisse vi-
detur *οἱ ἐπίτεις*, non *οἱ ἐν τιταί*, vertit enim, *qui*
erant viles et abjecti. Heraclidis autem interpres lec-
tioni Regii Codicis et Excusi astipulatur: « *stetit*
supra quemdam colliculum civitatis, ubi primates
ejusdem oppidi concilium habere consueverant.
FRONTO.

(132) *Pallium gestabant et byrrum.*] Græce, *τρι-*
βωνοφόροι τε καὶ βύρροφοροι.

(133) *Evagri.*] Dignum patella operculum. Pal-
ladius Origenista celebrat suum præceptorem Eva-
grium hæreticum pariter Origenistam, ab Ecclesia
sæpius condemnatum. Sed qualis fuerit Evagrius,
vide supra (lib. II, not. 45, ad cap. 27), ut hinc
cernas hæretico de hæretico et ejusdem hæresis
mysta pro denti quænam sit deferenda fides. Ita ma-
gister sacri palatii sæpe jam citatus.

(134) *Civitatis Iberorum.*] Heraclides: *Hiberorum*.
Græc. Venet. *Ἰβέρων*. Paris. *Ἰβέρων*. Hervetus im-
presserat *Liberorum*. Est quidem alibi *Liberorum*,
Ἐλευθερίων civitas; sed quia Ponticus dicitur Eva-
grius, investiganda civitas *Hiberorum* in Ponto. Di-
vius Hieronymus, epistola ad Ctesiphontem contra

Pelagium, vocat *Hyperboritam*, ubi Grævius restituit *Iberitam*. In concilio Constantinopolitano primo, quod fuit secundum generale, in subscriptionibus episcoporum, habes duplicem Pontum, videlicet Amasiæ, ubi ponitur Pantophilus Iberorum episcopus; et Polemoniæ, ubi ponitur Atarbius episcopus. Quare *Ponticum et Iberitam* Evagrium capio ex *Ponto Amasiæ*. qui fuit dicitur *Helenopotium*, ut alter *Polemoniæ*. Est autem Ἰβωρὰ, *Ibora* civitas Helenoponti in Authenticis, collat. iv, tit. 7, novell. 28, apud Porphyrogennetam Cappadociæ. Unde apud Hieronymum legitur *Iboritam*. Sozomenus, Socrates, Nicephorus, locis nox citandis, Evagrium ex *Iberibus* faciunt, qui Pontum Euxinum accolunt.

(135) *Episcopo ecclesiæ Cæsareæ ad Argeum*.] Hoc cum sequenti, *Post decessum autem sancti Basilii episcopi*, deest in Græco Veneto. Est in Paris.

(136) *Nyssenus*.] Ita Grævus Paris. Heraclides, et Grævus textus Venetus, *Nazianzenus*, et iis deest *frater episcopi*, cui datur honos inter apostolos. Jure dubites, an *Nyssenus*, an vero *Nazianzenus* hic intelligendus sit. Pro *Nyssen*o facit, quod hic dicitur Gregorius veniens ad concilium reliquisse Evagrium Nectario. Nam constat Nyssenum ad concilium Constantinopolitanum venisse, Nazianzenum vero jam tum Constantinopoli aliquot annis habitasse. Si fidus Nicephori catalogus, duodecim annis dicitur habitasse Constantinopoli. Et ipse Nazianzenus oratione valedictoria, quam ipse *Συντακτικὸν λόγον* inscribit, nomine ei episcoporum sic dicit: *Τοσοῦτος χρίνος, πατὴρ, ἐξ οὗ τῶν ἐκκλησιῶν ἄγχι μετὰ τῆς τοῦ καιροῦ ἰσοπῆς*: «Tanto jam tempore, inquit, ecclesiæ præes, temporis ope et auxilio fretus.»

